UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jus Canonicum Ad Libros V. Decretalium Gregorii IX.

Huth, Adam

Augustæ Vindelicorum, 1732

urn:nbn:de:hbz:466:1-63433

Visual Library

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th. 4838.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jus Ca-
noni-
cum.
Hoc Lumi-
ne clara.
Nox.
Ignorantia.
Error.

JUS CANONICUM

Collegii AD Societatis JESU
LIBROS V. Paderborn
1736
DECRETALIUM
GREGORII IX.

EXPLICATUM
ET PER
QUÆSTIONES AC RESPONSA
IN METHODUM BREVEM
ET CLARAM REDACTUM

AUTHORE
R.P. ADAMO HUTH
è Societate JESU, Ss. Canonum Doctore,
eorúmque in Alma Electorali Universitate
Heidelbergensi Professore Publico
& Ordinario.

Editio secunda emendatior.

Cum Privilegio Sac. Cæs. Majestatis,
& Faculate Superiorum.

AUGUSTÆ VINDELICORUM,
Sumptibus MATHIÆ WOLFF Bibliopolæ.
M. DCC. XXXII.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

FACULTAS
R.P.PROVINCIALIS

Cum Privilegio Cæsareo.

CUM Dominus Mathias Wolff Bibliopola Augustanus Jus Canonicum ad Libros V. Decretalium Gregorii IX. à R. P. Adamo Huth è Societate JESU Ss. Canonum Doctore, eorúmque in Alma Electorali Universitate Heidelbergensi Professore Publico & Ordinario explicatum, & per quæstiones ac responsa in methodum brevem & claram redactum, atque à deputatis Societatis nostræ Patribus lectum & approbatum typis mandare velit: Ego infra scriptus per Provinciam Rheni Superioris Societatis JESU Præ-

positus Provincialis, potestate ab Admodùm Reverendo Patre Francisco Retz Vicario Generali Societatis JESU mihi concessâ, eidem Domino ad decennium facultatem concedo, simúlque communico Privilegium Cæsareum, quo aliis Bibliopolis & Typographis interdicitur, ne dictum librum citra consensum Superiorum recudere, vel intra fines Romani Imperii, & hæreditarias Sacræ Cæsareæ & Catholicæ Majestatis Provincias inferre, aut vendere præsumant. In cujus rei fidem has literas Chirographo meo, & consueto Officii Sigillo munitas dedi. Moguntiæ 11. Septembr. An. 1730.

(L.S.) JOANNES HARTUNG.

APPRO-

APPROBATIO THEOLOGICA.

OPus hoc paucis abhinc annis divisim, & per partes publicis typis evulgatum tanta litterarii orbis approbatione exceptum fuit, ut multorum vota illud recudi denuo expetierint. Jure igitur de novo publicam lucem subit, ut in quo, cùm fidei orthodoxæ dogmatis & bonis moribus pugnans nihil, sed totius Sacræ jurisprudentiæ placita concinno ordine per quæstiones digesta, solidis responsionibus & momentis explanata, ac perspicuâ brevitate in talem contracta sint epitomen, quæ studentium commoditati mirificè serviat, & pauciſſimis verbis dicat plurima. Ita censet.

Heidelbergæ calend. Augusti 1730.

(L.S.) FRANCISCUS SCHWARTZ S.J.
Ss. Theol. Doctor, ejusdémque in Universitate Heidelbergensi Professor Publicus & Ordinarius, Sacræ Facultatis ex parte Catholicorum p. t. Decanus.

APPROBATIO JURIDICA.

NOS Decanus, Senior, aliíque Doctores Professores Facultatis Juridicæ in hac alma & perantiqua Electorali Palatina Universitate Heidelbergensi legimus & perpendimus Tractatum R. & Clar. P. Adami Huth Societ. JESU, Ss. Canonum Doctoris ac Professoris Publici & Ordinarii, Collegæ nostri æstimatissimi ad quinque Libros Decretalium per Quæstiones ac Responsa in methodum brevem & claram redactum; in quo, cum nihil in Leges, nec Imperii Constitutiones militans deprehenderimus, ipsum prelo committi & ad majorem Audentium utilitatem in lucem benè edi posse judicavimus. In cujus rei fidem Sigillum Faculatis nostræ apprimi fecimus. Heidelbergæ die tertiâ Julii 1730.

(L.S.) CAROLUS OTTO THYLLIUS,
J. U. D. Sac. Imp. Palat. Comes, Status Regim. &. Supremi Appellationum Judicii Electoralis Palatin. Consiliarius. nec non Curiæ Matrimonialis Director, & Prof. Primar. in Univers. Heidelb. Facult. Jurid. p. t. Decanus.

ELEN-

ELENCHUS TITULORUM.

Tituli Libri I. Decretalium.

1. DE Summa Trinitate & Fide Catholica - - - fol. 14
2. De Conſtitutionibus - - - 17
3. De Reſcriptis - - - 36
4. De Conſuetudine - - - 48
5 De Poſtulatione Prælatorum - - 59
6 De Electione & Electi poteſtate - 65
7 De Translatione Epiſcopi - - 79
8 De authoritate & uſu pallii - - 83
9 De renuntiatione - - 85
10 De ſupplenda negligentia Prælatorum 89
11 De temporibus ordinationum & qualitatibus ordinandorum - - - 93
12 De Scrutinio in ordine faciendo - 102
13 De ordinatis ab Epiſcopo, qui renuntiavit Epiſcopatui, vel ab excommunicato - 105
14 De ætate & qualitate, & ordine præficiendorum, h. e. promovendorum ad dignitates & beneficia Eccleſiaſtica - - 107
15 De Sacra Unctione - - - 110
16 De Sacramentis non iterandis - - 113
17 De Filiis Presbyterorum ordinandis vel non - - - - 114

)(18 De

18 De Servis non ordinandis & eorum manumissione - - - 117
19 De obligatis ad ratiocinia ordinandis vel non - - - 120
20 De corpore Vitiatis ordinandis vel non 122
21 De bigamis non ordinandis - - 124
22 De Clericis peregrinis - - - 127
23 De Officio Archi-Diaconi - - - 129
24 De Officio Archi-Presbyteri - - 131
25 26 27 De Officio Primicerii, Sacristæ & Custodis - - - 132
28 De Officio Vicarii - - 134
29 De officio & potestate judicis delegati 140
30 De Officio Legati - - - 148
31 De Officio judicis ordinarii - - 153
32 De Officio judicis - - 163
33 De Majoritate & obedientia - - 167
34 De treuga & pace - - 171
35 De pactis - - - 174
36 De transactionibus - - 181
37 De postulando - - - 184
38 De Procuratoribus - - 189
39 De Syndico - - - 198
40 De his, quæ vi metúsve causâ fiunt - 201
41 De in integrum restitutione - - 206
42 De alienatione judicii mutandi causâ facta - - - 215
43 De arbitris - - - 217

Tituli Libri II. Decretalium.

1 DE judiciis - - fol. 1
2 De foro competente - - 12

3 De oblatione libelli - - - 29
4 De mutuis petitionibus - - 38
5 De litis conteſtatione - - 42
6 Ut lite non conteſtatâ non procedatur ad teſtium receptionem vel ad Sententiam definitivam - - - 45
7 De juramento Calumniæ - - 48
8 De dilationibus - - 52
9 De feriis - - - 57
10 De ordine cognitionum - - 60
11 De plus petitionibus - - 63
12 De cauſa poſſeſſionis & proprietatis 66
13 De reſtitutione Spoliatorum - - 78
14 De dolo & contumacia - - 84
15 De eo, qui mittitur in poſſeſſionem causâ rei ſervandæ - - - 90
16 Ut lite pendente nihil innovetur - 94
17 De ſequeſtratione poſſeſſionum & fructuum - - - 98
18 De confeſſis - - 102
19 De probationibus - - 110
20 & 21 De teſtibus & atteſtationibus & de teſtibus cogendis - - - 117
22 De fide inſtrumentorum - - 128
23 De præſumptionibus - - 136
24 De jurejurando - - 140
25 De exceptionibus - - 151
26 De præſcriptionibus - - 156
27 De ſententia & re judicata - - 171
28 De appellationibus, recuſationibus & relationibus - - - 183

29 De Clericis peregrinantibus - - 204
30 De Confirmatione utili & inutili - 206

Tituli Libri III. Decretalium.

1 DE vita & honestate Clericorum - fol. 1
2 De Cohabitatione Clericorum & mulierum - - - 8
3 De Clericis conjugatis - - 11
4 De Clericis non residentibus in Ecclesia vel præbenda - - - 15
5 De præbendis & dignitatibus - 24
6 De Clerico ægrotante vel debilitato - 49
7 De institutionibus - - 51
8 De Concessione præbendæ & Ecclesiæ non vacantis - - - 56
9 Ne sede vacante aliquid innovetur - 60
10 De his, quæ fiunt à Prælato sine consensu Capituli - - - 63
11 De his, quæ fiunt à majore parte Capituli - - - 65
12 Ut Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur - - 70
13 De rebus Ecclesiæ alienandis vel non 73
14 De precariis - - 82
15 De commodato - - 85
16 De depositо - - 88
17 De emptione & venditione - - 91
18 De locato & conducto - - 100
19 De rerum permutatione - - 110
20 De feudis - - - 113
21 De pignoribus & aliis cautionibus 120
22 De fidejussoribus - - 125

23 De

23 De Solutionibus - - 130
24 De Donationibus - - 135
25 De peculio Clericorum - - 139
26 De teſtamentis & ultimis voluntatibus 142
27 De ſucceſſionibus ab inteſtato - 156
28 De Sepulturis - - 161
29 De parochiis & alienis parochianis - 167
30 De decimis, primitiis, & oblationibus 169
31 De regularibus & transeuntibus ad religionem - - - 179
32 De converſione Conjugatorum, id eſt, de transeuntibus ad religionem poſt matrimonium contractum - - 187
33 De converſione infidelium - - 189
34 De voto & voti redemptione - - 190
35 De Statu Monachorum & Canonicorum regularium - - - 196
36 De religioſis domibus, ut Epiſcopo ſint ſubjectæ - - - 200
37 De Capellis Monachorum & aliorum religioſorum - - - 202
38 De jure Patronatûs - - 204
39 De cenſibus, exactionibus, & procurationibus - - - 214
40 De Conſecratione Eccleſiæ vel altaris 218
41 De celebratione Miſſarum, & Sacramento Euchariſtiæ & divinis officiis - - 223
42 De baptiſmo & ejus effectu - 228
43 De Presbytero non baptizato - - 230
44 De cuſtodia Euchariſtiæ, Chriſmatis & aliorum Sacramentorum - - 231
45 De reliquiis & veneratione Sanctorum 232

 46 De

46 De obſervatione jejuniorum - - 233
47 De purificatione poſt partum - 236
48 De Eccleſiis ædificandis & reparandis 237
49 De Immunitate Eccleſiarum, Cæmeterii & rerum ad eas pertinentium - - 239
50 Ne Clerici vel Monachi ſæcularibus negotiis ſe immiſceant - - 250

Tituli Libri IV. Decretalium.

1 DE Sponſalibus & Matrimonio - fol. 1
2 De deſponſatione impuberum - - 22
3 De clandeſtina deſponſatione - - 25
4 De ſponſa duorum - - 33
5 De conditionibus appoſitis in deſponſatione aliisque contractibus - - 36
6 Qui Clerici vel voventes matrimonium contrahere poſſunt - - 40
7 De eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium - - 43
8 De Conjugio leproſorum - - 46
9 De conjugio ſervorum - - 47
10 De natis ex libero ventre - - 50
11 De Cognatione ſpirituali - - 52
12 De Cognatione legali - - 57
13 De eo, qui cognovit conſanguineam uxoris ſeu ſponſæ - - 61
14 De Conſanguinitate & affinitate - 61
15 De frigidis & maleficiatis, & impotentia coëundi - - - 70
16 De matrimonio contracto contra interdictum Eccleſiæ - - 73
17 Qui filii ſint legitimi - - 78

18 Qui matrimonium accusare possunt vel contra illud testificari - - 85
19 De divortiis - - - 89
20 De donationibus inter virum & uxorem & de dote post divortium restituenda 102
21 De secundis nuptiis - - - 107

Tituli Libri V. Decretalium

1 DE accusationibus, inquisitionibus & denuntiationibus - - fol. 2
2 De calumniatoribus - - 12
3 De Simonia, & ne aliquid pro spiritualibus exigatur vel promittatur - - 13
4 Ne Prælati vices suas vel Ecclesias sub annuo censu concedant - - 26
5 De Magistris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi - - 28
6 De Judæis Saracenis & eorum servis - 31
7 De Hæreticis - - 36
8 De Schismaticis & ordinatis ab eis - 40
9 De Apostatis & reiterantibus baptisma 42
10 De his qui filios occiderunt - - 44
11 De infantibus & languidis expositis 46
12 De homicidio voluntario vel casuali 49
13 De torneamentis - - 57
14 De Clericis pugnantibus in duello - 59
15 De Sagittariis - - - 64
16 De adulterio & stupro - - - 65
17 De raptoribus, incendiariis & violatoribus Ecclesiarum - - 72
18 De furtis - - - 76
19 De usuris - - - 81

20 De crimine falsi - - 92
21 De Sortilegiis - - - 95
22 De Colluſione detegenda - - 98
23 De delictis puerorum - - - 99
24 De Clerico venatore - - - 100
25 De Clerico percuſſore - - 102
26 De maledicis - - 103
27 De Clerico excommunicato, depoſito vel interdicto miniſtrante - - 106
28 De Clerico non ordinato miniſtrante 107
29 De Clerico per ſaltum promoto · 108
30 De eo qui furtivè ordinem ſuſcepit · 108
31 De exceſſibus prælatorum & ſubditorum - - - 109
32 De novi operis nuntiatione - - 111
33 De privilegiis & exceſſibus privilegiatorum - - - - 113
34 & 35 De purgatione canonica & vulgari - - - 122
36 De injuriis & damno dato - 124
37 De pœnis - - - 128
38 De pœnitentiis & remiſſionibus - 133
39 De ſententia excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti - - 138
40 De verborum ſignificatione - - 150
41 Et ultimus. de regulis juris. - - 151

(*)

LIBER I.
DECRETALIUM GREGORII IX.
DE
JUDICE ECCLESIASTICO
PER
QUÆSTIONES AC RESPONSA
IN METHODUM BREVEM
ET CLARAM REDACTUS
AUTHORE

R.P. ADAMO HUTH
è Societate JESU, SS. Canonum Doctore,
eorúmque in Alma Electorali Universitate
Heidelbergensi Professore Publico
& Ordinario.

Editio secunda emendatior.
Cum Privilegio Sac. Cæs. Majestatis,
& Faculate Superiorum.

AUGUSTÆ VINDELICORUM,
Sumptibus MATHIÆ WOLFF, Bibliopolæ,
M. D. CC. XXXII.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

QUÆSTIONES PROOEMIALES IN JUS CANONICUM.

Quæst. 1. Quid importet, sive pro quo supponat vocabulum JUS? R. Accipitur variè: 1. pro æquo & justo accepto *generatim*, sive pro omni eo, quod dictamini rationis, Legi divinæ & humanæ conforme est. 2. Pro eo *specialiter*, quod alteri debitum est ex *justitia strictè sumpta*. 3. Pro sententia judicis. 4. Pro loco, in quo causæ deciduntur. *L. 11. ff. de J. & J.* 5. Pro potestate morali & legitima aliquid agendi vel omittendi, vel obligandi alterum ad aliquid faciendum aut omittendum. 6. Pro ipsis legibus & constitutionibus. 7. Pro libro, in quo leges descriptæ continentur; ita dicitur Corpus Juris. 8. Pro Legum & Canonum scientia sive notitia. *L. 1. ff. de J. & J.*

Q. 2. Qualiter Jus dividatur? R. 1. Jus *pro potestate morali agendi aliquid vel omittendi acceptum* dividitur in *Jus proprietatis*, quod est po-

teſtas, ſive facultas aliquid agendi vel omittendi, aut etiam obligandi alterum ad actionem vel omiſſionem principaliter in bonum proprium obligantis; & in *Jus Jurisdictionis*, quod eſt poteſtas publica principaliter & directè ordinata in totius Communitatis, aut etiam privatorum bonum, obligandi alium ad aliquid faciendum vel omittendum. *Jus proprietatis* ſubdividitur in *jus in re, jus ad rem*, & ſecundùm multos *in jus mixtum*. *Jus in re* eſt facultas in ipſam rem nobis immediatè obligatam competens, vi cujus regulariter agere poſſumus contra quemcunque poſſeſſorem: ejus quinque ſunt ſpecies, *dominium perfectum, ſervitus, jus hæreditarium, pignus, poſſeſſio*. *Jus ad rem* eſt, quod quis habet ad actum futurum, vel ad rem debitam necdum obtentam; dicitur etiam jus perſonale, ùt plurimùm perſonam nobis immediatè obligatam reſpiciens. *Jus mixtum* juxta AA. multos eſt, quod participat aliquid ex utroque jure, nimirum jure in re & ad rem, paritque actionem quaſi mixtam ex reali & perſonali. *ff. quædam 20. Inſtit. de action.* Harum actionem aſſignant 4. *finium regundorum, familiæ herciscundæ, communi dividundo, ad exhibendum*. Jus proprietatis varias patitur ſubdiviſiones, ſed levioris momenti.

§. 2. Jus acceptum *pro ipſa Lege*, minùs aptè ad regulas bonæ diviſionis *L. 1. ff. de J. & J.* dividitur in *Jus naturale, gentium, civile*. Ratio, quia hac diviſione non comprehenduntur multæ Leges divinæ, ſaltem V. T. item multæ Leges Canoni-

nonicæ: dividitur meliùs à TT. *in Jus naturale & positivum, hoc in divinum & humanum, humanum in jus gentium, Civile & Canonicum.*

Q. 3. *Quid sit jus naturale?* R. Est voluntas DEI necessariò obligantis, intimata nobis per lumen rationis à DEO authore naturæ omnibus insitum, quo agnoscimus, aliqua esse necessariò facienda, quia intrinsecè bona; v. g. *colere Deum, facere proximo, quod quis sibi vult fieri*; aliqua esse necessariò omittenda, quia intrinsecè mala; v. g. *blasphemare DEUM, pejerare, mentiri.* Hoc jus non afficit bruta, sed homines tantùm; quia omnis lex supponit creaturam usu rationis præditam, & obligationis capacem: non ostendit solùm actuum quorundam turpitudinem, sed & eorum nullitatem; qualis actus jure naturæ nullus foret matrimonium initum in primo gradu consanguinitatis lineæ rectæ: Hoc jus naturale non patitur mutationem, nisi impropriè, materiâ scil. & objecto circa quod versatur, mutato per certas circumstantias aut conditiones, à quibus dependet.

Q. 4. *Quid sit jus positivum?* R. Est ordinatio rationis sive lex *liberâ* DEI aut hominis aliquid præcipientis vel prohibentis voluntate inducta. *Jus positivum divinum* constituunt præcepta tum N. tum V. T. in quo erant triplicis generis, nimirum, *ceremonialia, judicialia, moralia. Jus positivum humanum* est, quod immediatè ab hominibus, potestate ad hoc à DEO acceptâ pollentibus est conditum.

Q. 5. *Quid sit jus gentium?* R. Jus gentium, non *primarium*, uti sumitur in quibusdam LL. & coincidit cum jure naturali, sed jus gentium propriè sumptum est, quod quidem rationi naturali conforme est, & in eâ fundatur ac profluit, non tamen necessariò ac simpliciter solo naturæ instinctu est inditum nobis, neque etiam à determinato Principe vel regno ortum habet, sed suppositâ humanâ societate & communicatione politica, necessitate hujus convictûs sic exigente, inter omnes vel ferè omnes gentes, non scriptura, sed moribus est constitutum, vel per modum legis præceptivæ, aut prohibitivæ, vel per modum potestatis permissivæ. Hoc jus respicit homines ùt sunt cives & membra totius Communitatis humanæ; quædam, quæ juris gentium supponuntur esse, enumerantur *c. jus gentium. 9. dist. 1. L. 5. ff. de J. & J.*

Q. 6. *Quid sit Jus Civile?* R. Est jus positivum authoritate Principis vel Magistratûs sæcularis conditum, & ad rectam Reip. civilis gubernationem, pacem, & salutem temporalem immediatè ordinatum. *§. 1. Inst. de J. N. G. C.* Dividitur in jus Civile *commune & particulare*, in *publicum & privatum*, *scriptum & non scriptum*. Hodie nomine Juris Civilis simpliciter prolato venit Jus Romanum sive Cæsareum, vel Leges illæ, quæ studio & operâ Justiniani Imperatoris circa annum Christi 530. in ordinem digestæ, & in unum Corpus sunt collectæ.

Q. 7. *Quæ sint partes Juris Cæsarei communis scri-*

ſcripti? ℟. 1. Jus hoc, ſive Corpus Juris Civilis proùt modò extat, 4. partes complectitur, nempe *Inſtitutiones, Digeſta* ſive *Pandectas, Codicem, Novellas.*

℟. 2. *Inſtitutiones* ſunt quaſi compendium Juris, & prima elementa, robore tamen conſtitutionum Imperialium pleniſſimè inſtructæ. *ſ. quas ex omnibus Inſt. proœm.* Dividuntur in 4. libros, hi in titulos, tituli in §os: citantur ita *ſ. inter eas Inſt. de nuptiis.* vel §. *inter eas. 2. Inſt. de nupt. vel ſ. 2. J. de nupt.*

℟. 3. *Digeſta*, græcè *Pandecta à* Πᾶν omne, & δέχομαι contineo; dicuntur, eo quòd omnem juris doctrinam è bis mille libris veterum Jurisprudentum extractam contineant: conſtant libris 50. quorum primi 24. ſunt *Digeſtum vetus*; 14. ſequentes, *Infortiatum*, fortè quia in iis agitur de ultimis voluntatibus, quæ Leges ſunt *fortiſſimæ*, vel quía verſatur eorum materia circa *fortuitas* ſucceſſiones: Reliqui 12. *Digeſtum novum.* Dividuntur hi libri in titulos, tituli in LL. hæ ſubinde in §os citantur; L. *Jus publicum. ff. de pact. vel L. Jus publicum. 38. ff. de pactis. vel L. 38. ff. de pact.* nimirum Latinum D. & græcum Π (quo modo olim fiebat citatio) per incuriam & celeritatem ſcribendi in *ff.* converſum eſt.

℟. 4. *Codex* moderno Corpore Juris clauſus non eſt primæ Lectionis, de quo *ſ. & cum 2. Inſt. proœm.* ſed ſecundæ Lectionis, quem Juſtinianus Pandectis & Inſtitutionibus jam editis,

detractis ex priori nonnullis, & novis, suisque Constitutionibus auctum, & in 12. Libros divisum sub nomine Codicis limati, emendatique, & repetitæ Prælectionis vulgavit 16. Cal. Decembr. An. Christi 534. ùt videre est *L. un. §. 3. 4. & fin. C. de emendat. Cod.* citatur sicut & Digesta, nisi quòd loco *D.* aut *ff.* ponatur *C.* quo Codex denotatur.

℞. 5. *Authenticæ* sive Liber Authenticorum, sic dictus, quod ei veluti ipsi originali fides adhibeatur: vel etiam *Novellæ*, quasi jus noviſſimum seu novæ Constitutiones, post promulgatum jam repetitæ Lectionis Codicem, ab ipso Justiniano ab anno Imperii sui 7. usque ad 38, ejusdem, Christi 565. & laudati Imperatoris extremum, eo, quo referuntur, ordine sunt editæ. Allegatio Novell. vetus erat: *Auth. de Hæred. ab inteſt. venient. Collat. 9. Tit. 1. c. 2.* moderna & multò expeditior: *Nov. 118. c. 2. ℣. ſi autem.*

℞. 6. Prædictis Juris Civilis partibus addita sunt seqq. 1. Justiniani edicta 13. Item Novellæ aliquot Constitutiones Justini, aliquot Tiberii, & adhuc aliquot Justiniani. 2. Novellæ Constitutiones 113. Leonis Imperatoris. 3. Consuetudines Feudales, seu Libri Feudorum, partim ex Constitutionibus Imperatorum post Justinum in Occidente imperantium, partim ex consuetudinibus *à Gerardo Nigro & Oberto Orto* collecti. Duo tantùm feudorum Libri à plerisque habentur pro Authenticis, licèt eorum passim 5. numerentur. 4. Extravagantes, & Liber de pace Constantiæ.

℞. 7.

℟. 7. Præter memorata volumina dantur adhuc aliæ Conſtitutiones vim Juris in Imperio obtinentes : Aurea Bulla Caroli IV. Carolina pœnalis Caroli V. Capitulationes Cæſareæ. Pax profana. Pax Religioſa. Ordinatio judicii Cameræ Imperialis & Judicii Aulico - Imperialis. Receſſus Imperii.

Q. 8. Quid ſit Jus Canonicum ? ℟. Eſt Jus poſitivum à ſummis Pontificibus Eccleſiæ traditum, conſtitutum, vel approbatum, actiones fidelium ad vitam æternam dirigens. Vel Jus Canonicum ſunt Leges & Conſtitutiones à Pontificibus & Conciliis factæ. Harum Conſtitutionum 7. ſunt ſpecies ſtrictè loquendo. *1. Canon.* eſt Conſtitutio edita in Concilio. *2. Decretum* eſt Conſtitutio edita à Pontifice ad nullius conſultationem de conſilio Cardinalium. *3. Decretalis Epiſtola* idem eſt, quod *reſcriptum*, dum Papa ad conſultationem alterius quædam ſtatuit : alii dicunt epiſtolam decretalem ſubinde dari motu proprio, & non ad petitionem alterius, & hinc inter reſcriptum & epiſtolam decretalem faciendam eſſe differentiam. *4. Dogma* eſt Conſtitutio de re ad fidem pertinente. *5. Mandatum* eſt Conſtitutio Eccleſiaſtica ad mores & diſciplinam pertinens. *c. 6. de off. Archidiac. 6. Interdictum* (pro Conſtitutione, non pro Cenſura ſumptum) eſt Conſtitutio prohibitiva, nullâ adjectâ pœnâ in transgreſſores. *7. Sanctio* eſt Conſtitutio prohibitiva, dictans ſimul certam pœnam non obtemperantibus. Adjici his poſſet

quid *Breve Apoſtolicum*, & quid ſit *Bulla Apoſtolica*.

Q. 9. Quot ſint partes Juris Canonici? ℟. Sex. 1. Decretum Gratiani. 2. Quinque Libri Decretalium. 3. Sextus Decretalium. 4. Clementinæ 5. Extravagantes Joannis XXII. 6. Extravagantes Coñunes.

℟. 1. *Decretum* dictum *Gratiani* ab Authore ſuo Gratiano, Benedictino Profeſſo in monaſterio S. Proculi Bononiæ, continet varia dicta Pontificum, SS. PP. & CC. ab eodem circa annum 1151. collecta. Dividitur in 3. partes: *Prima* habet diſtinctiones 101. diviſas in Canones ſive Capitula: citatur hæc pars ſic: *Can. Jus Gentium 9. diſt. 1. Secunda* pars continet *Cauſas 36.* hæ dividuntur in quæſtiones, & hæ in Canones: citatur ſic: *c. conſtituit 31. cauſ. 17. q. 4.* vel *c. ipſa pietas 24. XXIII. q. 4.* vel *c. non poteſt. 2. q. 7.* ubi notandum, quòd cifra literam q. immediatè præcedens ſemper *cauſam* ſignificet. Cauſæ trigeſimæ tertiæ Quæſt. 3. inſertus eſt Tractatus de Pœnit. habens 7. Diſtinctiones: citatur ſic: *c. cogitationis 14. diſt. 1. de pœnit.* ſubintelligitur. *cauſ. 33. q. 3. Tertia pars* Decreti, in qua agitur de Conſecratione, conſtat 5. diſtinctionibus in Canones ſubdiviſis: citatur ſic: *can. relatum. 11. diſt. 2. de Conſecr.* Decreto hinc inde inſperſa ſunt capitula ſub nomine *paleæ*, quæ non quidem nullius momenti quisquiliæ ſunt, ſed *additiones* quædam vel ab ipſo Gratiano vel ab alio in margine adjectæ: illud tamen in univerſum verum eſt, quæ in Decreto continentur, non

ha-

habere majorem authoritatem, quàm habeat Author, ex quo desumpta sunt.

℟. 2. *Decretalium Libri* sunt Constitutiones & epistolæ Decretales Pontificum ad varia interrogata ex variis mundi partibus proposita missæ, & jussu ac authoritate Gregorii IX. à. S. Raymundo de Pennafort Ordinis S. Dominici, ejusdem Pontificis Pœnitentiario circa annum 1230. in 5. Libros collectæ & publicatæ. Dividuntur in titulos, tituli in capitula: citantur sic: *c. si diligenti 12. de for. compet.* olim sic; *c. Judæi. 2.* ⁜ *de testib.* quæ nota ⁜ indicabat capitulum *extra* Decretum esse inquirendum.

℟. 3. *Sextus Decretalium*, sic dictus, quia accessit Libris 5. Decretalium Gregorii IX. continet item varia decreta Pontificum, & duorum Conciliorum generalium, Jussu Bonifacii VIII. circa Annum 1294. vel, ùt alii, 1300. collecta. Dividitur hoc opus, sicut & Decretales Gregorii noni, eodémque modo citatur, nisi quòd addatur: *in 6.* v. g. *c. licet pater 4. de sepult. in 6.*

℟. 4. *Clementinæ* sunt Constitutiones ab Authore Clemente V. nuncupatæ, qui eas vel ante, vel in, vel post Concilium Viennense à se latas compilari jussit, sed cum morte præventus non vulgâsset, publicavit eas Joannes XXII. An. 1317. Constant itidem 5. Libris, iisdémque *titulis*, licèt paucioribus, quibus 5. Libri Decretalium; *tituli* dividuntur iterum in *Capitula*, & ita citantur: *Clement. ne Romani. 2. de elect. vel c. ne Romani de elect. in Clement.*

℟. 5. *Extravagantes Joannis XXII.* sunt 20. Constitutiones editæ à Joanne 22. dictæ Extravagantes, quia diu extra Corpus Juris incertâ quasi sede vagabantur. Habent 5. Libros in *titulos* valdè paucos & *Capitula* divisos, & ita citantur: *c. Execrabilis de præbend. & dignit. in Extrav. Joan. XXII.* vel *Extrav. Joann. XXII. Execrabilis. de præbend. & dignit.*

℟. 6. *Extravagantes Communes* sunt Constitutiones, quæ post priores omnes à diversis Pontificibus emanârunt. Dividuntur in 5. Libros. Libri in titulos, hi in capita. Citantur hoc modo: *c. Ambitiosæ. de Reb. Eccles. non alien. inter Extrav. Comm. vel Extrav. Comm. Ambitiosæ. de reb. Eccles. non alien.* Singuli horum voluminum textus decisivi vim Legis obtinent; quia ab habente potestatem ferendi Leges sunt conditi.

Q. 10. An non sint aliæ Constitutiones Canonicæ, non clausæ Corpore Juris, quæ tamen vim Legis obtineant? ℟. Affirmativè *1. Concilium Tridentinum*, quod quoad *dogmata* sive *Articulos Fidei* est infallibilis authoritatis; quoad *decreta morum*, sive *Constitutiones* disciplinæ Ecclesiasticæ *reformationem* concernentes, habet authoritatem & rationem Legis universalis, & Juris communis nouissimi. Idem est de aliis Conciliis œcumenicis. *2. Bullarium magnum* sive Liber diversas summorum Pontificum Constitutiones continens plus authoritatis non habet, quàm alii libri continen-

tinentes vel Pontificum vel Imperatorum Conſtitutiones, eorum authoritate non confirmati & publicati; hinc ut tales Bullæ juris authoritatem obtineant, eas pro tota Eccleſia latas, ritè promulgatas, uſu receptas, & cum originali correſpondere conſtare debet. 3. *Declarationes Cardinalium*, Concilii Trid. interpretum, vim legis univerſalis obtinent, ſi *primò* factæ ſint conſulto Pontifice; ſic enim ſtatuit Sixtus V. *deinde* ſi fuerint tantùm *comprehenſivæ*, non *extenſivæ*, hoc eſt, ſi ſolùm interpretentur, non extendant, ſeu legem novam non ponant. *Demum* ſi producantur in forma authentica. 4. *Deciſiones Rotæ Romanæ* (Rota Rom. dicitur judicium ſeu tribunal S. Pontificis, in quo cognoſcuntur & deciduntur cauſæ litigioſæ fori Eccleſiaſtici ex toto orbe Catholico) vim legis univerſalis non habent, ſed inter partes jus tantùm faciunt, eámque præſtant authoritatem, quam ſententia ſumma cum maturitate ab uno ex ſupremis totius orbis tribunalibus lata. 5. *Regulæ Cancellariæ*, quæ ſunt Conſtitutiones Pontificiæ maximè cauſas beneficiales concernentes, die electionem Pontificis ſequente ab ipſo reaſſumi & publicari ſolitæ, ad vitam Papæ rationem habent Legum univerſalium, quatenus generaliter ſtatuunt de reſervationibus Apoſtolicis, reſignationibus, diſpenſationibus &c. 6. His *Concordata Germaniæ* addi poſſunt.

Q. 11. Quid dicendum de rubricis, ſuperſcriptionibus, ſummariis capitulorum, & gloſſis?

§. 1. *Rubricæ*, quo nomine veniunt inſcriptiones, ſcripti tituli, præfixi & ſuperſcripti Libris, Legibus, diſtinctionibus &c. exprimentes per verba generalia id, de quo agitur, ſic dictæ, quia olim rubro charactere exprimebantur, maximæ ſunt authoritatis & authenticæ, ita ut rubrica faciens ſenſum perfectum poſſit diſpoſitivè allegari. v. g. *ne Clerici vel Monachi ſæcularibus negotiis ſe immiſceant.* Ratio, quia, ùt Bonifacius VIII. *in proœm. ad 6. Decretal.* ait: *textus ſub debitis titulis* (hoc eſt, rubricis) *ſunt confirmati.*

§. 2. *Superſcriptiones Capitulorum* [qualis eſt: *Innoc. III. Elienſi Epiſcopo.* perſcriptio. *cap. 14. de reſcriptis*, quæ utì & aliæ omnes diſtinguuntur à ſummariis capitulorum] poſitæ in Decretalibus ſunt authenticæ; eo quòd reſectis omnibus ſuperfluis, hæ relictæ, & approbato toto volumine, ſint approbatæ.

§. 3. *Summaria*, quibus capitula ſummantur, & dicta in iis velut compendio proponuntur, etſi ſint doctrinalia magnæ æſtimationis, quia confecta ex ipſis Canonibus & Legibus, non tamen ſunt de textu, nec vim deciſivam habent, niſi in quantum concordant cum textu ſubſequente, adeóque longè minorem rubricis authoritatem habent, & vix majorem, quàm quæ à ſuis Authoribus vel uſu DD. conferri potuit. Idem dicendum *de Gloſſa*, quòd magna quidem ſit ejus authoritas in juris interpretatione, & præferenda alterius Doctoris ſententiæ, non tamen

vim

vim Legis habeat. Est autem Glossa uberior explanatio canonum & textuum in margine apposita, & facta ab Accursio, antiquo Juris Canonici Glossatore.

Q. 12. Quis & quando sit usus utriúsque Juris in utroque foro? R. De hoc sequentes regulæ possunt statui. 1. Cùm de Ecclesiis rebúsque Ecclesiasticis & spiritualibus agitur, in utroque foro Jus Canonicum est observandum; quia extra limites jurisdictionis sæcularis sunt personæ & res Ecclesiasticæ. 2. Si dispositio Juris Civilis est merè favorabilis, Ecclesiæ, nec ullam affert obligationem personis Ecclesiasticis, deficiente dispositione Canonica in utroque foro observatur. Vide *Auth. quas actiones, & Auth. Ingressi. C. de SS. Eccles.* 3. Si de conscientia & peccato agitur, & inter Jus utrumque est differentia, tenendum est Jus Canonicum, etiam in terris Imperii, & foro Civili. Exempla sunt in *c. fin. de præscript. c. fin. de sepultur. Trid. sess. 24. c. 8. de reform. matr. & sess. 25. c. 24.* 4. In materia profana & animarum salutem non concernente, si inter utrumque Jus non conveniat, quodlibet in suo foro tenendum. Ratio, quia in materia profana nec potestas sæcularis Ecclesiasticæ, neque hæc illi est subordinata. 5. Si in materia profana decisio civilis dubia est, Canonica verò clara, huic etiam in foro Civili standum. *Nov. 83. cap. 1.* 6. Si quid in Jure Canonico dubium, v. g. circa contractus & pacta, tanquam materiam profanam, jure autem Civili

cla-

clarum, etiam huic in foro Eccleſiaſtico locus eſt. *c. 1. & 2. de nov. oper. nuntiat.* quid de criminibus mixti fori dicendum, ſtatuetur *Libr. 2. Decretal. tit. 2.*

LIBER I. DECRETALIUM GREGORII IX.

Q. *Un. Quæ & quo ordine in Decretalibus contineantur?* R. Licèt multi Canoniſtæ non malè Jus Canonicum juxta triplex Juris Objectum ad tria revocent capita, quemadmodum & Civiliſtæ facere conſueverunt, omne Jus ad perſonas, res & actiones reducendo; relictâ tamen tantisper hac diſpoſitione immediatam magis Compilatoris digeſtionem ſequimur, quam complectitur Gloſſa in præfixo Decretal. Gregorian. proœmio hoc verſu:

Judex, Judicium, Clerus, ſponſalia, crimen.

TITULUS I.

De Summa Trinitate & Fide Catholica.

Q. *1. Quæ contineat hic titulus?* R. Duobus hic titulus capitulis abſolvitur in Decretalibus Gregorii IX. *In c. firmiter 1. h. t.* habetur doctrina Catholica de ſanctiſſima Trinitate: aſſeritur, conditam eſſe à DEO ſubſtantiam merè

ſpiri

ſpiritualem, corpoream, & mixtam : proponitur ſymbolum, in quo tamen omiſſum τὸ *ſepultus* : dicitur, unam eſſe Eccleſiam, extra quam nulla ſalus : agitur de ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, quòd verè in eo contineatur Corpus & Sanguis Chriſti Domini *ſub ſpeciebus* panis & vini, *transſubſtantiatis* pane & vino : Item de Baptismo & Pœnitentia. Ita Innoc. III. *in Concil. General. Lateran. Anno 1215.*

In cap. damnamus. 2. eod. tit. pergit idem Pontifex ſtatuere, ſtabilire & explanare myſterium ſanctiſſimæ Trinitatis, damnando errorem Joachimi Abbatis Florenſis, qui negavit dari in DEO unam ſubſtantiam, eſſentiam, naturam, quæ ſit verè ac propriè communis tribus Perſonis. Damnat inſuper ſub finem errores cujusdam Almarici Galli, patriâ Carnotenſis, qui tamen non exprimuntur.

In c. fideli unic. h. t. in 6. contra Græcos aſtruitur, Spiritum Sanctum à Patre & Filio procedere, non duabus, ſed unicâ Spiratione, non tanquam à duobus, ſed uno principio.

Clement. Fidei Catholicæ. h. t. explicatur Filium DEI incarnatum ex Maria Virgine, paſſum & jam mortuum lanceâ perforatum : Reprobatur dein tanquam doctrina hæretica docentium, animam rationalem non eſſe verè & per ſe formam Corporis humani : aſſeritur demum confitendum unum Baptisma, & approbatur per illud conferri etiam parvulis gratiam ac virtutes.

Q. 2. *Quid observandum ratione secundæ partis hujus tituli, quæ inscribitur* DE FIDE CATHOLICA? R. 1. Non agitur hic de fide, ùt sumitur *pro actu intellectûs*, quo assentimur firmissimè veritatibus à DEO revelatis; neque pro *habitu supernaturali*, quo ejusmodi actus eliciuntur; sed pro *summa & collectione articulorum fidei seu veritatum*, quæ nobis à DEO per Ecclesiam credendæ proponuntur.

R. 2. Non sufficit fidem corde tantùm tenere, sed eandem etiam exteriùs profiteri necessum est, quandoque *jure divino*, aliàs *jure humano*.

Jure divino, dum vel honor DEI, vel Religionis Catholicæ, vel salus proximi Professionem hanc exigit; juxta *Matth. 10. Rom. 10.*

Jure humano, vi nimirum Concilii Trid. ad externam fidei Professionem ab eodem Conc. præscriptam tenentur *1. beneficium curatum* habentes & provisi de Canonicatu vel dignitate in Ecclesia *Cathedrali*: utrique intra duos menses à die adeptæ *quietæ* possessionis, ita ut si *culpabiliter* omittant vel per se, vel saltem per *Procuratorem* Professionem fidei, fructus non faciant suos, sed absque omni aliâ sententiâ, etiam declaratoriâ, fructus *post elapsum bimestre* perceptos teneantur erogare in pauperes, vel Ecclesiæ fabricæ applicare. Partim hæc clarè deciduntur, partim arg. ex *Trid. sess. 24 c. 12. de reform.* 2. Tenentur ad Professionem promovendi in Patriarchas, Primates, Archi-Episcopos, Episcopos; idque in prima Synodo Provinciali. *Trid. sess. 25.*

c. 2. de reform. §. idemque & Conſtit. Gregor. XIV. *Onus Apoſtolicæ.* edit 13. Martii. 1591. 3. Prælati Monaſteriorum, Conventuum, domorum, aliorúmque locorum Regularium quorumcunque, etiam Ordinum militarium, uti Trid. extendit pius IV. Conſtit. *Injunctum nobis.* edit. idib. Nov. 1564. 4. Magiſtri, Regentes, & alii cujuscunque artis liberalis Profeſſores, ſive Clerici, ſive Laici. Conſtit. Pii V. quæ incipit *In Sacroſancta.* quâ latæ ſententiæ, ſed non reſervatæ Excommunicationis & privationis omnium dignitatum, beneficiorum, & officiorum, & ad eadem, aliáque beneficia impoſterum obtinenda inhabilitatis pœna decernitur in eos, qui ad Cathedram, Gradúsque literarios promoverint aliquem ſine prævia Profeſſione; & Gradus ac promotio irritatur.

TITULUS II.

De Conſtitutionibus.

Q. 1. *Qualiter Conſtitutio definienda?* R. Accepta generaliter & pro lege humana ſcripta, utì in hac rubrica ſumitur, eſt *Ordinatio rationis ad bonum commune ab eo, qui curam habet Communitatis, promulgata.* D. Thom. *1. 2. q. 90. a. 4.* includit actum intellectûs & voluntatis, & imperium, ſive intimationem factam ſigno aliquo externo. Alii definiunt ſic,: *Lex eſt præceptum commune, juſtum, ſtabile, à Republ. vel homine*

mine Communitatis curam gerente latum & sufficienter promulgatum.

Q. 2: Quænam sit forma legis ? R. 1. Sunt verba vel alia signa externa, quibus Legislatoris legem condentis voluntas manifestatur Communitati ; qualia sunt, *præcipimus, mandamus, jubemus, interdicimus, teneantur &c.* R. 2. Ad rationem & formam legis scriptura non requiritur ; quia hæc ex natura legis non probatur esse necessaria ; neque etiam stabilitas legis essentialis scripturam includit. R. 3. Sententia quoque à Principe lata non habet vim legis. *L. 2. C. de LL. & c. 25. de sent. & re judic.* Ratio, quia sententia non respicit bonum commune, sed speciale, non casum futurum, sed præteritum &c. Aliud foret, *si mentem suam Legislator sufficienter declararet*, velle se sententiam quandam legis instar observari, mandando v. g. talem sententiam inseri Corpori Juris &c.

Q. 3. An ad rationem Legis spectet promulgatio & qualis requiratur ? R. ad 1. aff. ita ut vera lex non sit, nec obliget ante promulgationem. *L. 9. C. de LL.* Ratio, quia Lex est regula non unius personæ, sed totius Communitatis, ergo debet esse ritè proposita & sufficienter promulgata.

R. ad 2dum. 1. Promulgatio debet esse publica, id est, in publico facta, nec sufficit, factam esse in consistorio Principis. *Can. 3. §. Leges. dist. 4. & ratione antè data.*

R. ad 2dum 2. Lex Civilis pro toto Imperio lata,

lata, in singulis Imperii provinciis *jure positivo* debet promulgari, & duo insuper à facta promulgatione menses concedi, usquedum subditi obligentur. *Nov. 66. rubr.*

℟. ad 2dum. 3. Ad Legem Pontificiam, ut astringat omnes Christi fideles saltem in actu primo, probabiliùs sufficit, promulgationem debitè esse factam Romæ, nisi lex ipsa vel Pontifex aliud declaret. Ratio, quia plus nec ex natura Legis, nec ex jure positivo requiritur; & ita praxis Romana habet.

Q. 4. An sicut promulgatio Legis, sic etiam acceptatio populi sit necessaria ad valorem Legis? ℟. Negativè extra statum Democraticum. Ratio. *Vel* enim 1. acceptatio sumitur pro *consensu populi*, quasi verò hic ad substantiam legis sit necessarius; & falsum est, cum quoad *Leges Civiles* ferendas populus absque ulla reservatione supremam potestatem & legislativam in Principem transtulerit. *L. 1. ff. de Constit. Princ.* quoad *Leges Ecclesiasticas* verò Pontifex independenter à populo immediatè à Christo acceperit potestatem. *Joan. 21. & Matth. 16.* Vel 2. acceptatio sumitur pro *voluntate recipiendi in se obligationem legis jam conditæ*, acsi hæc voluntas per modum conditionis, ut lex obliget, sit necessaria; & incurritur propositio damnata ab Alex. VII. *an. 1665. 24. Sept.* Vel 3. sumitur acceptatio populi pro *actuali legis observantia*, ut absque hac neque stabilis in effectu sit lex, neque firma; & concedimus talem acceptationem requiri juxta

L. 32. ff. de LL. & can. 3. dist. 4. Sed talis acceptatio jam supponit legem in esse suo constitutam,

Q. 5. Quænam sit materia Legis? R. 1. Materia sive objectum, circa quod lex versatur, sunt actiones & omissiones humanæ, quæ præcipi, prohiberi, permitti, puniri possunt. Arg. *L. 7. ff. de LL.* Hinc 1. Legis *præceptivæ* materia non potest esse res physicè vel moraliter *impossibilis*; cum ad impossibile nemo obligetur: nec actus valde *ardui* virtutum. *Can. 2. dist. 4.* nec actus *per se inhonestus*; quia talis lex non esset rationabilis. 2. Nec Legis *præceptivæ, prohibitivæ, vel punitivæ* materia esse potest actus *præteritus*, quomodo enim istæ Leges ad actus præteritos se extendent? id tamen convenit Legi *irritanti & declaratoriæ. c. cum tu. de usur. c. fin. de sponsal.* 3. Legis *prohibitivæ* materia sunt non tantùm mala in se, sed & actiones ex natura sua honestæ, in quantum bono publico vel certo fini disconvenientes sunt; sic die festo prohibetur labor servilis. 4. Lex *permissiva* non modò actiones ex se indifferentes indulget, sed & subinde inhonestas, non approbando sed tolerando. 5. Lex *punitiva* persequitur actiones Legum violativas.

R. 2. Materia Legis humanæ sunt regulariter actus *externi* & occulti tantùm *per accidens*. *Deinde* actus merè interni & *per se* occulti sunt materia legis humanæ saltem *indirectè*, quia potest præcipere actum externum, v. g, auditionem sacri, ad cujus positionem necessarii sunt actus interni.

terni. *Demum* actus merè interni possunt etiam esse materia *directa* Legis humanæ *Ecclesiasticæ*. Ita Lacroix. *L. 1. n. 652.* Ratio, quia potestas pascendi fideles, item solvendi & ligandi à Christo data est generaliter sine restrictione ad actus externos, ergo & generaliter intelligi debet. 2. Ecclesia de facto varias Leges de actibus merè internis edidit: sic *Trid. sess. 13. in decreto de Ssma Euchar.* prohibet aliter *credere*; NB. de Eucharistia, quàm præsenti decreto explicatum. Videantur damnatæ ab Alexandro VII. & Inno. XI, 3. Unde habetur, quòd potestas legislativa necessariò conjuncta sit cum coactiva? &c.

Q. 6. Quæ sit causa finalis Legis? R. Causa finalis seu finis legis est bonum commune Reip. *Can. 2. dist. 4. L. 1. ff. de LL.* Et hoc bonum commune necessariò omnis Lex respicere debet, & dum desinit esse utilis Communitati, & ipsa cessat.

Q. 7. Quænam sit causa efficiens Legum Ecclesiasticarum; sive, quinam possint Leges Ecclesiasticas condere? R. 1. Leges *universales Ecclesiasticas* solus potest ferre summus Pontifex, etiam sine consensu aut consilio Cardinalium, vel Concilii Generalis. Ratio, quia in D. Petro potestas à Christo data est Papæ in totam Ecclesiam, ex qua etiam inferiorum respectu sui potestatem legislativam limitare, suspendere vel omnino auferre potest.

R. 2. Leges *Ecclesiasticas particulares* varii pro suo territorio ferre possunt, v. g. Episcopi etiam

non consecrati pro tota diœcesi. *c. 2. de Constit. in 6.* Cardinales respectu Ecclesiarum sui tituli. *c. 11. de major. & obed.* Prælati Episcopo inferiores tam exempti habentes territorium, quàm Prælati Ordinum Regularium, utpote qui habent respectu Religiosorum suorum jurisdictionem quasi Episcopalem, & potestatem gubernativam, Abbatissæ tamen hanc non habent.

℟. 3. Variæ item Communitates Ecclesiasticæ leges condere possunt; v. g. Concilium Generale accedente Pontificis authoritate pro tota Ecclesia: Concilia Nationalia, Provincialia, Diœcesana: Capitulum *Cathedrale* Sede vacante *c. 14. de major. & obed.* quod tamen nec juri Episcopali quæsito, nec competentibus Episcopo jure speciali præjudicare potest. Similis potestas ferendi Leges non competit Cardinalibus Sede Papali vacante. *c. 3. de elect. in 6.*

℟. 4. Nec Imperator, nec alius Princeps sæcularis ferre potest leges concernentes Ecclesiam, rem sacram & spiritualem, vel personas Ecclesiasticas, præsertim si Ecclesiis vel personis Ecclesiasticis sint onerosæ. Similes leges sunt imponentes Ecclesiis & personis sacris vectigalia, gabellas, collectas: excludentes à paterna successione in Religionem ingressos: prohibentes, ne bona immobilia vendantur, aut alio modo in Ecclesias alienentur. *c. 7. 10. h. t. c. 49. de sent. Excomm. Bulla Cœnæ casu 18.* & ratio est defectus jurisdictionis in Laicis respectu Clericorum, à qua jure optimo exempti sunt Ecclesiastici juxta Trid. *sess. 25. c. 20. de reform.*

Q. 8.

Q. 8. Penes quem sit potestas condendi Leges Civiles? R. 1. Pontifex pro subjectis jurisdictioni suæ temporali Leges Civiles condere potest, ùt alius *Princeps sæcularis superiorem non recognoscens*; ultra territorium potestas illa legislativa *per se & directè* se non extendit. Ratio; quia nec ex Scriptura, nec ex aliis historiis id potest probari. *Deinde* potestas legislativa respicit essentialiter subditos, in civilibus verò & temporalibus fideles extra territorium Papæ existentes subditi ejus non sunt. *Demum* ex ipsa Pontificum confessione assertio patet. *can. 8. dist. 10. can. 6. dist. 96.*

R. 2. Imperator in regnis pleno jure sibi subjectis plenam habet potestatem condendi Leges Civiles, ùt patet: in Imperio hodie cum consensu statuum. Ita habetur ex variis Imperii Recessibus & Imperatorum Capitulationibus.

R. 3. Principes & Status Imperii pro territoriis suis possunt ferre Leges particulares. *L. 9. ff. de J. & J.* etiam contrarias juri communi, idque vel ex concessione Imperatoris vel ex consuetudine: non possunt tamen Episcopi in suis diœcesibus ferre Leges Ecclesiasticas Juri Canonico communi contrarias ob ingens, quod intercurreret, animarum periculum in tali abrogatione Juris communis Ecclesiastici.

Q. 9. Ad quæ se extendat potestas humana Legislativa? R. 1. Nullus Legislator humanus sive Ecclesiasticus, sive Civilis potest Leges con-

dere contra jus naturale vel divinum præceptivum. Ratio, quia sic inferior abrogaret vel relaxaret Legem Superioris, quod fieri nequit: dum itaque dispensatur v, g. in votis, non immutatur directè Lex divina, præcipiens, vota esse servanda; sed talis dispensatio vel fit potestate aliqua non merè humanâ; vel quia vota dependenter à voluntate humana obligant, hac per Superiores, quibus subjacet, immutatâ, per consequens & indirectè votum tollitur; vel denique quia vota aliter à DEO non acceptantur, quàm proùt potest ab Ecclesia sunt approbata.

℣. 2. Jus naturale permissivum immutari potest à potestate Legislativa humana, v. g. illi addendo aliquid; utì enim ars naturam, ita Lex positiva perficit naturalem.

℣. 3. Non potest princeps cum præjudicio & diminutione juris subditorum *absque justa causa* aliquid statuere. Ratio, quia Princeps constitutus est à DEO non ut pro libitu agat; sed ut justitiam colat. Vide *Ezech. c. 46. ℣. 18. & 4. Reg. 10.*

℣. 4. Pontifex habet quidem facultatem liberam disponendi de beneficiis Ecclesiasticis. *c. 2. de præb. in 6.* Non tamen res & jura locis & personis Ecclesiasticis quæsita pro arbitrio potest auferre, quia non est absolutus horum Dominus, sed tantùm administrator. Plura habet Leur. *in for. benef. p. 2. q. 512.*

Q. 10. An leges humanæ obligare possint & obligent in conscientiâ? R. 1. aff. Ratio, quia Legislator humanus fert Leges nomine & authoritate DEI, cujus vices gerit; ipsum etiam lumen naturæ dictat esse obtemperandum justa præcipienti; insuper posse obligare in conscientia, necessarium omnino est ad rectam Reip. gubernationem. Textus ex Scriptura sunt *Rom. 13. Hebr. 13. 1. Petri 2.* Illud tamen observandum, quòd Leges humanæ *in re levi* non possint sub gravi culpa ex intentione Legislatoris obligare; quia intentio hæc Legislatoris esset iniqua: possunt tamen Leges humanæ in re gravi obligare sub veniali ex voluntate Legislatoris; quia hoc nec ratione materiæ gravis, neque ex voluntate Legislatoris, neque ex parte jurisdictionis repugnat.

R. ad 2. Omnis lex humana propriè talis semper in conscientiâ obligat saltem ad aliquid. Ratio, quia obligatio est de essentia Legis, ita ut Lex *pœnalis*, Lex *permissiva*, Lex *irritans*, Lex *fundata in præsumptione*, si maneat vera Lex, in conscientia obliget.

Q. 11. An & quando Lex pœnalis obliget in conscientia? R. 1. Datur Lex *merè pœnalis* quæ obliget ad pœnam tantùm *temporalem* in conscientia, non ad ipsum actum vel omissionem actûs; talis est, quæ vel facit mentionem solius pœnæ, v. g. *qui exportaverit frumentum, 50. fl. mulctabitur*; vel quæ prohibet actum, simúlque minatur pœnam *sub disjunctione*, dicendo v. g. *vel nemo exportet frumentum, aut qui exportaverit, 50. fl.*

mulctabitur. Ratio assertionis, quia in arbitrio Legislatoris est, vel ad actum & pœnam simùl, vel ad pœnam tantùm obligare, si ergo utitur verbis merè pœnalibus, rectè censetur velle tantùm ad pœnam obligare.

℟. 2. Si Lex pœnalis sit *conjunctivè mixta*, prohibendo actum & simul minando pœnam, v. g. *nemo frumentum evehat, & qui evexerit, 50. fl. mulctabitur*, ad ipsum actum & simul ad pœnam obligat, *nisi aliunde constet de mente Legislatoris.* Ratio, quia Legislator dum utitur verbis præceptivis vel prohibitoriis, censendus est, uti potest, obligare ad actum ejúsve omissionem. Sequitur hinc, quòd Leges tributorum & vectigalium *per se loquendo* in conscientia obligent; & probatur tum ex Scriptura *Luc. 20. & Rom. 13.* tum ex ratione, quia Lege naturæ tenentur subditi ad alimenta Principi subministranda, sed tributa ad sustentationem Principis pertinent, ergo.

Q. 12. Quid de Lege irritante dicendum? ℟. 1. Non eo ipso, quòd Lex prohibeat actum, etiam irritat illum. *c. 16. de Regular. c. un. de vot. in 6.* Ratio, quia hæc duo sunt valdè distincta prohibere & irritare.

℟. 2. Nec eo ipso, quòd Lex irritet actum, etiam illum prohibet, ut quis in conscientia illum omittere teneatur: patet in testamento absque solennitatibus facto, quod ita faciens non peccat; subinde tamen peccari potest ponendo actum irritum non vi legis irritantis, sed aliunde: sic,

v. g.

v. g. emittens Professionem nullam non servatâ formâ peccat, obligatione orta ex Lege naturali, quâ quis tenetur actus Religionis validè præstare.

℟. 3. Si lex irritans sit pœnalis, id est, inducat nullitatem in pœnam delicti, actus tali Legi contrarius *regulariter* non est irritus ante sententiam Judicis. Ratio, quia pœna ordinariè non incurritur ante sententiam.

℟. 4. Si irritatio non est pœnalis, incurritur ante sententiam Judicis saltem in foro externo, sive actus Legi irritanti non pœnali contrarius nullus est in foro externo, est communis DD.

℟. 5. Actus à Lege humana irritatus simpliciter, non hoc ipso irritus est in foro conscientiæ, sed in hoc parit obligationem; v. g. testamentum solennitatibus destitutum in foro conscientiæ tenet, si constet certò de voluntate defuncti, ut hæres ex tali testamento capere possit. Rationes multæ afferri possunt; una est hæc: Lex irritans actum ipso jure est correctoria juris & valdè odiosa, ergo si irritet actum simpliciter tantùm, quin exprimat satis, quòd etiam velit irritare in conscientiâ, id non est asserendum &c. Posse tamen etiam quoad forum internum irritari actum debitis solennitatibus destitutum, patet in Trid. annullante contractum matrimonii absque Parocho & testibus celebratum.

Q. 13. An & qualiter Lex fundata in præsumptione obliget? ℟. 1. Dum lex vel præceptum

ptum fertur ob præsumptionem aliquam facti particularis, si præsumptio falsa est, talis Lex seu præceptum non obligat. Ratio, quia cessat adæquatus finis legis & præcepti. Exempla habentur in *c. 13. de restit. spoliat. &. c. 44. de sent. Excomm.*.

℟. 2. Dum Lex fundatur in præsumptione, fraudis, damnificationis, vel alterius culpæ in quolibet simili actu particulari intercedentis, si constat de falsitate præsumptionis, non obligat Lex in conscientia. Ratio, quia præsumptio cedit veritati. *L. si Imperatores 29. ff. de probat.* Sic jus præsumit, quemcunque post quinquennium Professionis, eam aliàs invalidè emissam ratificâsse, & hinc Trid. *sess. 25. c. 9. de reform.* non permittit à Religione recedere, & tamen hac lege non tenetur, qui certò scit, se nunquam habuisse animum, illam ratificandi. Similes casus plures affert Leur. ad hunc tit. *Q. 96. num. 3.*

℟. 3. Dum Lex seu præceptum fundatur non in præsumptione facti alicujus, v. g. fraudis, negligentiæ, damnificationis intervenientis in particulari aliquo casu, vel etiam in quovis casu particulari, sed in universali periculo multarum fraudum &c. plerumque secuturarum, nisi certa legis cautio adhibeatur; talis, inquam, Lex non cessat obligare in utroque foro, licèt hìc & nunc in casu particulari constet, fraudem non interveniisse; sic matrimonium clandestinum, Professio ante 16tum annum edita, contractus pupilli sine

tutore

tutore initi &c, sunt & manent invalida. Quando autem Lex fundetur in præsumptione periculi ejusmodi communis, variant AA. nec regula satis certa datur.

Q. 14. Lex fundata in fictione juris an obliget in conscientia ? R. Aff. Ratio, quia fundatur in naturali æquitate, ob quam aliquid disponitur in causa ficto, quod observaretur in vero. Sic Canonicus v. g. causà infirmitatis absens per fictionem juris præsens censetur in ordine ad percipiendos fructus beneficii, idque ob æquitatem naturalem, ne Clericus infirmus destituatur vitæ necessariis, & ne afflicto addatur afflictio, aut alii à statu Clericali suscipiendo deterreantur. *c. 1. & seq. de Cleric. ægrot.*

Q. 15. Quinam obligentur Legibus Ecclesiasticis ? R. 1. Ecclesiasticis *universalibus* omnes baptizati adulti, rationis compotes, cujuscunque fuerint conditionis. *c. 1. de Constit. c. 4. de major. & obed. c. 13, de Judic.* Sequitur hinc, quod & Acatholici *per se loquendo* omnibus Legibus Ecclesiasticis teneantur, quia dum ingressi sunt Ecclesiam per baptismum, Christo ejúsque Vicario sunt subjecti ; secus tamen est de infidelibus, Judæis, Saracenis, Mahometanis; &c. quia in hos utpote nunquam subjectos deficit jurisdictio.

R. 2. Legibus Episcoporum seu Synodalibus tenentur omnes, qui ibi domicilium, vel quasi habent. Ratio, quia Episcopus est generalis pastor respectu suæ diœcesis. Exemptos tamen

Re-

Regulares non ſtringunt Leges Epiſcoporum, niſi in caſibus à Jure expreſſis. Ratio, quia exempti cenſentur eſſe extra territorium. Arg. *c. 1. de privileg. in 6.*

℣. 3. Legislator, adeóque S. Pontifex nec *vi coactiva*, nec *directivâ directè*, ſeu *vi legum ſuarum* obligatur LL. Eccleſiaſticis ; *non primum*, quia ſumma ſedes à nemine judicatur. *can. 7. diſt. 21.* nec à ſeipſo quis propriè cogitur. *Non ſecundum*, quia nemo in ſe ipſum exercet propriè jurisdictionem; obligatur tamen Princeps ex quadam decentia & vi juris naturalis ſuis etiam Legibus materiam communem & Legislatori æquè ac ſubditis convenientem ſpectantibus, quæ tamen obligatio non ſtatim eſt gravis, juxta *Leſſ. L. 2. c. 35. dubit. 5. &c.* etſi materia gravis ſit, quia ex deordinatione & perturbatione Reip. gravitas eſt deſumenda, quæ per ſe loquendo hìc non eſt.

℣. 4. Pueri & puellæ poſt annum ſeptimum ætatis completum regulariter obligantur Legibus humanis quoad culpam, non quoad pœnam. Ratio, quia tunc cenſentur habere uſum rationis, ergo ſicut Lege naturali obligatur, qui eſt rationis compos, ſic & humanâ, niſi excipiatur, aut certum tempus obligationis, ſicut in jejunio, determinetur : quòd pœnam *ordinariam* ſaltem, non incurrant ante annos pubertatis, habetur *c. 1. & 2. de delict. puer.*

℣. 5. Peregrini neque tenentur Legibus patriæ, à qua abſunt ; *quia extra territorium jus dicenti im-*

impunè non paretur. c. 2. de Conſtit. in 6. neque *regulariter* Legibus particularibus loci, in quo ad breve tempus morantur; quia peregrini non ſunt ſubditi, niſi in caſibus à jure expreſſis. arg. *c. nam & ego 3. de V. S. & L. 18. §. proinde ff. de judic.* eadem procedunt de vagis.

Q. 16. Quinam obligentur LL. civilibus, & præcipuè quid de Clericis dicendum? R. 1. Uti S. Pontifex, ita & Legislator *Princeps* non tenetur Legibus *ſuis*, niſi ex quadam decentia *L. 23. ff. de Legat. 3.*

R. 2. Licèt juxta dicta ſupra *h. t. Q. 7.* R. 4. Clerici (idem eſt de Religioſis) non ligentur LL. civilibus, quibus ſive directè, ſive indirectè tantùm immunitas Eccleſiaſtica læditur; iis tamen Legibus Civilibus *vi directivâ* tenentur, quæ generaliter feruntur civibus, abſtrahendo à Clericis vel Laicis, ac diſponunt de re temporali omnibus communi, ac ad eorum mutuam ſocietatem & conformitatem pertinente. Ratio, quia id exigit communio membrorum & tranquillitas Reip. Leges ejusmodi ſunt ſtatuentes formam contractibus, taxam mercibus, valorem pecuniæ. Oritur autem hæc obligatio vi juris naturalis & Canonum Leges has civiles recipientium & quoad Clericos approbantium,

Q. 17. An & quando metus excuſet ab obſervatione Legis? R. 1. Si exigit bonum commune & neceſſitas Reip. v. g. ut inſerviatur peſtiferis, habeantur vigiliæ &c. non excuſat etiam metus gravis & periculum mortis à transgreſſione Legis,

etiam

etiam humanæ tantùm. Ratio, quia in tali casu aliter consuli non potest bono communi.

℟. 2. Nullius mali, etiam mortis, metus excusat à transgressione præcepti naturalis prohibentis intrinsecè malum: sic etsi te moriturum propterea scias, non licet mentiri, fornicari, occidere directè innocentem; vel etiam violare jejunium, si id in contemptum Religionis peteretur.

℟. 3. Si actiones solo jure positivo, divino vel humano præceptæ vel prohibitæ speciales sunt, v. g. communicatio cum excommunicato, auditio, sacri, recitatio horarum, integritas confessionis, *regulariter* excusat metus & jactura gravis. Nota *regulariter*, quia & tales leges obligant, dum vel earum observantia hìc & nunc est necessaria ad bonum publicum, vel cederet in contemptum Religionis, potestatis clavium &c.

℟. 4. Si vel præcipiuntur vel prohibentur à Lege divina aut humana pertinentia ad bonum commune vel necessitatem Reip. vel spectantia ad communem ritum Sacramentorum, quicunque demum metus incutiatur, à transgressione non excusat; sic quocunque metu proposito teneor consecrare sub utraque specie, in pane azymo in Ecclesia latina, in vestibus sacris; quia bonum commune cuilibet speciali est præferendum.

Q. 18. Quæ & qualis ignorantia excuset à Legis observatione? ℟. 1. Ignorantia *invincibilis* Legis ignorantem in foro *interno* excusat à culpa & pœna: ideò *à culpa*, quia ignorantia tollit voluntarium,

tarium, & præcepto, quod neſcio, parere non poſſunt: *à pœnâ*; quia ceſſante culpâ pœna pariter ceſſare debet, juxta *Reg. jur. 23. in 6.*

℟. 2. Qui legem quidem ſcivit, pœnam tamen adjectam neſcivit, eam non incurrit, ſi ſit *medicinalis*, v. g. excommunicatio, vel alia cenſura; quia ad hanc incurrendam requiritur contumacia, & virtualis ſaltem contemptus: ſecus, ſi ſit *vindicativa.*

℟. 3. Si lex ſit verè pœnalis, & pœnam intendat principaliter in eum finem; ut puniatur delictum, & homines intuitu hujus pœnæ abſterreantur à delictis hujusmodi perpetrandis, probabiliter non incurritur pœna, quæ ignoratur annexa eſſe delicto, contra legem humanam commiſſo. Ratio, quia aliàs delictum inæquale, nimirum ſcientis legem & pœnam, & ſcientis legem tantùm æqualiter puniretur, quod non. Vide Sanch. *Libr. 3. diſt 19. n. 9. & 11.*

Q. 19. Quid circa interpretationem Legum notandum? ℟. 1. *Interpretatio legis* eſt ejus declaratio, quâ declaratur, legem ad hunc vel illum caſum eſſe extenſam, vel non extenſam. *Authentica* eſt, quæ fit per aliam legem ad declarandam priorem latam, vel ab ipſo Legislatore, vel ab ejus ſucceſſore. *Uſualis*, quæ per uſum & conſuetudinem eſt introducta. *Doctrinalis*, quæ fit arte & peritiâ Interpretum & DD. & ſubdividitur in *declarativam*, *extenſivam purè vel comprehenſivam tantùm*, ac in *reſtrictivam*, quæ eſt cum interpretamur aliquem caſum particularem pro-

pter suas circumstantias in lege universaliter lata non comprehendi, & hæc dicitur *Epykia*.

Resp. 2. Per interpretationem lex extendi debet ad casus similes (modò latè & aliquo modo significentur per verba legis) si in iis reperiatur eadem ratio, sive identitas rationis, ita ex *L. 9. §. 2. ff. de edendo. & L. 32. ff. ad L. Aquiliam* habet deductum axioma, *ubi eadem est ratio, eadem est legis dispositio.* Patet etiam ex *Nov. 115.* ubi quòd committens filius incestum cum Noverca exhæredari possit, dicitur: quæ Lex ob rationem datam extenditur ad filium cum matre incestum committentem. Assertio regulariter non procedit in exorbitantibus & odiosis, nisi detur inter personas correlatio, vel talis connexio, ut unum in alterâ contineatur tanquam pars in toto, vel aliàs sequeretur absurdum.

Resp. 3. Judices in judicando possunt ac debent legem extendere ad casus similes, ubi reperitur etiam tantùm paritas rationis. *L. 10. 12. & 13. ff. de LL.* ubi ratio datur, quia non possunt omnes casus singillatim in legibus exprimi.

Resp. 4. Per Epykiam licitè restringitur lex, si 1. aliàs lex in casu particulari fieret iniqua; sic lex præcipiens reddi depositum, non vult, ut furioso gladius depositus reddatur. 2. Si lex in casu quodam particulari præciperet quid nimis arduum. Sic lex jejunii non obligat in casu gravis infirmitatis. 3. Si prudenter credi possit, noluisse Legislatorem in hoc vel illo casu obligare. *Procedítque* hoc non tantùm in Lege humana, sed

&

& in aliquibus Legibus divinis & naturalibus. Exempla sunt *Jud. 11. & Matth. 12.* Non tamen procedit in Legibus *irritantibus*: ita dicitur, matrimonium clandestinum nullum esse ob quamcunque etiam urgentem causam præsentia Parochi & testium defuerit. Ratio, quia leges irritantes non attendunt ad casus particulares, sed ad rationem tantùm communem. Deinde nulla res potest subsistere sine forma substantiali, ergo in nullo casu absque dispensatione potest irritatio cessare, quæ oritur ex defectu talis formæ.

Q. 20. Quot modis Lex cessat? *Resp.* 1. In genere: tribus, cessatione finis, abrogatione, dispensatione.

Resp. 2. In specie: cessat Lex cessante *fine Legis intrinseco & adæquato.* Ratio, quia ita cessat essentiale constitutivum Legis, ergo & ipsa Lex.

Resp. 3. *Abrogatione* (quæ est totalis cessatio & sublatio Legis, *cum derogatio* sit particularis Legis imminutio) cessat Lex; si vel contraria priori Legi introducatur consuetudo; vel Legem latam revocet Legislator, ejus Successor, aut Superior: Inferior non potest, nisi fortè ex privilegio vel præscripta consuetudine, abrogare Legem Superioris. *c. 7. & c. 16. de majorit. & obed.* Potest tamen Legem propriam vel statutum à Superiore confirmatum confirmatione simplici & concernens favorem non publicum, sed proprium abrogare. Ratio, quia non debet judicari, velle superiorem beneficium invito obtrudere, & ad favorem recipiendum obligare nolentem.

Resp. 4. *Dispensatione* (quæ definitur esse relaxatio alicujus juris, seu exemptio alicujus ab obligatione) cessat Lex, dum ii, qui possunt, in casu aliquo particulari relaxant Legem, v. g. Legislator ipse, Successor, Superior, & cui vel tacitè vel expressè potestatem dispensandi delegavit. Hinc 1. S. Pontifex potest dispensare in omni lege *Ecclesiastica* utpote Superior. 2. Episcopi extra casus expressè vel tacitè ipsis permissos in Lege Ecclesiæ universali dispensare non possunt. *c. 16. de major & obed. & Clemen. ne Romani. 2. de elect.* 3. Circa quos exercetur dispensatio, debent esse subditi, potest tamen habens facultatem dispensandi secum ipso dispensare. Ratio, quia dispensatio est actus jurisdictionis voluntariæ, quæ distinctionem personarum non requirit. 4. Absque justâ causâ *validè* dispensat Legislator; quia ex voluntate ejus integrè Lex pendet; non tamen licitè. Trid. *sess. 25. c. 18.* Ratio, quia talis Legislator imprudenter abutitur sua potestate; committit aliquo modo crimen acceptionis personarum; ansam præbet querelis aliorum, vel etiam contemptui Legum, quæ omnia sunt contra rationem. Ergo.

TITULUS III.

De Rescriptis.

Q. 1. *Quid sit rescriptum & quotuplex?* *Resp.* ad 1. Rescriptum *generice* sumptum est respon-

ſponſum vel à Principe vel ab alio datum in ſcriptis ad alterius conſultationem, relationem, ſupplicationem. *Specificè* acceptum reſtringitur ad reſponſa ſcripto data à Principe. Si reſponſiones à Principe dentur *ſecundùm jus*, dicuntur reſcripta *ſpecificè* ſumta, & quidem *ſtrictè* talia, cùm ita excludatur *privilegium & diſpenſatio*. Si verò comprehendant, ùt fit in hoc titulo, omnia reſcripta *ſecundùm, præter, & contra jus*, dicuntur reſcripta pariter *ſpecificè* accepta, ſed *latè*. Sumptum tamen hoc etiam ſecundo modo reſcriptum differt à *vivæ vocis oraculo*, ab *epiſtola decretali* ſecundùm dicta. *q. 8. proœm.* à *Brevi Apoſtolico*, ſed nonniſi accidentaliter, cùm hoc ſit compendioſum paucisque verbis expeditum reſcriptum, exprimens in cera rubra ſigillum Papæ cum ſubſcriptione, *datum ſub annulo Piſcatoris*, à *Conſtitutione*, quòd hæc feratur in genere, ut exinde caſus particulares deduci queant; reſcriptum verò detur ad inſtantiam partium, ut à paritate tantùm rationis liceat argumentari. Reſcripto non abſimile eſt *præjudicium*, quod deſumitur ex ſententia Judicis.

Reſp. ad 2. Celebrior reſcriptorum diviſio eſt in reſcripta gratiæ & juſtitiæ. *Reſcripta juſtitiæ* ſunt, quæ dantur ad delegationem & deciſionem cauſarum. *c 22. h. t.* *Reſcripta gratiæ*, quæ ex gratia & liberalitate Principis procedunt, ſive conceduntur ad obtinendam aliquam gratiam aut beneficium. Dicuntur *beneficialia*, *vel litteræ beneficiales*, *mandata Apoſtolica de providendo*, *gratiæ exſpectativæ*, quæ verſantur circa collationes,

resignationes, aliásque dispositiones circa beneficia. Quid de exspectativis statuat Trid. *sess. 24. c. 19. de refor.* vide. His addi possunt rescripta *mixta*.

Q. 2. Quis concedere rescriptum possit, in qua materia, contra quem? *Resp.* ad 1. Solus & omnis Princeps superiorem non recognoscens, qualis v. g. est S. Pontifex in spiritualibus, Imperator, Rex, eorúmque Cancellarii, *c. 10. h. t.* Inferiorum ad aliorum instantiam factæ concessiones rectiùs vocantur literæ commissionis, restitutionis, excommunicationis, citatoriæ, inhibitoriæ; ùt ex *c. 25. h. t.* notat Vallens.

Resp. ad 2. Rescriptum impetrari potest super rebus omnibus, quæ in judicium deducuntur, quæve ex officio vel gratia concedi possunt. Vallens. *h. §. 4. n. 3.* Procedit responsio, quòd cum limitatione ad certos debitores & creditores juxta *Recessum Imper.* de anno 1548. & 1577. possint impetrari, adeóque & concedi *rescripta moratoria*, vi quorum debitores non teneantur satisfacere creditoribus ad certum tempus, quod est quinquennium. *L. 4. C. de prec. Imper. offer. L. fin. C. qui bon. cedere.*

Resp. ad 3. Contra quemcunque impetrari potest rescriptum, modò sit subjectus jurisdictioni concedentis. Si tamen in rescripto addita sit clausula: *& quidam alii.* It. *res aliæ.* vi talis rescripti conveniri non possunt personæ dignio-res, neque negotia expressis graviora. *c. 15. h. t.*

Q. 3.

Q. 3. A quo possit impetrari rescriptum? Resp. à quocunque specialiter non prohibito, juxta vulgatum axioma: *concessum intelligitur, quod expresè non prohibetur*; quod procedit in materia communiter non prohibita, qualis est hæc. Prohibentur autem 1. servi. *L. 1. C. de prec. Imper. off.* sub certis tamen limitationibus. 2. Falsi vel jam revocati Procuratores. *c. 33. h. t.* 3. Hæretici. *L. 2. C. de SS. Trin.* Quod tamen in foro sæculari, in quo tolerantur, non amplius procedit. 4. Excommunicati excommunicatione *majori c. 26. h. t.* etiam sint occulti tantùm, impetrare non possunt rescriptum, ita quidem ut ab ejusmodi excommunicato impetratum ipso jure sit nullum citra omnem exceptionem *c. ipso jure 1. h. t. in 6.* Ratio, quia excommunicatio secum trahit executionem, & Leges, quæ privativum effectum habent, aut simpliciter inhabilitatem in actum inducunt, statim absque omni sententia obligant. Valet tamen impetratio rescripti ab excommunicato super ipsa causa excommunicationis. *cit. c. 1. h. t. in 6.* Item si excommunicatio sit minor, aut conditionata: si Papa excommunicationis conscius rescripsit: si rescriptum ab Episcopo vel alio Papâ inferiore concessum, cum nomine rescripti absolutè prolati non veniant literæ ab inferioribus concessæ: si excommunicatus rescriptum impetravlt ab Imperatore vel alio Principe sæculari; quia in præsenti titulo sermo maximè est de rescriptis Papalibus.

Q. 4. An quis non tantùm pro se, sed & pro alio reſcriptum impetrare poſſit ? Reſp. 1. De reſcriptis gratiæ aff. etiamſi petens mandatum petendi non habeat. *L. 6. C. de prec. Imper. offer.* Nemo tamen pro abſente vel ignorante beneficium poteſt acceptare, quia acceptatio eſt actus perſonalis, ab eo, cui facta eſt gratia, præſtandus. *c. 17. de præb. in 6.* Sufficit tamen ratihabitio.

Reſp. 2. De reſcriptis juſtitiæ neg. *c. 28. §. ſunt & alii &. c. 33. h. t.* adeo ut tale reſcriptum ſit ipſo jure irritum. *L. 24. C. de Procurat.* Si tamen vel perſonæ conjunctæ ſint, dummodo de rato caveant, vel Procurator generalis ad lites conſtitutus nomine proprio impetrare velit reſcriptum, vel ſi conſuetudo alicubi ſit, proùt Pirh. eſſe teſtatur in Curía Romana, poterunt à quibuslibet extraneis perſonis reſcripta etiam ad lites ſine ſpeciali mandato impetrari.

Q. 5. Quæ ſit forma reſcripti ? Reſp. Hæc in legitima ejusdem expeditione conſiſtit, ad quam requiritur 1. ut nomen Pontificis vel Imperatoris, annus Incarnationis, Pontificatûs (ſi ſit Reſcriptum Pontificium) vel Imperii (ſi Imperatoris) dies expeditionis exprimatur. *c. 7. h. t. c. 6. de fide Inſtrum.* 2, Ut obſervetur ſtylus Curiæ, quo Pontifex Patriarchas, Archi-Epiſcopos *Fratres*, Laicos autem, quicunque ſint, *Filios* appellat. 3. Ut reſcripta gratiæ bullentur cum filo ſerico rubro & croceo, juſtitiæ cum filo cannabis, in quo pendeat plumbum. *c. 6. de crim. falſi.*

falsi. 4. Ut de Jure communi imperiale rescriptum scribatur scripturâ purpureâ, &c. juxta *L. 6. C. h. t.* sed hæc forma abiit in desuetudinem. 5. Ut quodlibet rescriptum interinetur seu approbetur ab Ordinariis seu Commissariis, num petita sint vera. Ratio, quia in omni rescripto Pontificio subintelligitur clausula : *si preces veritate nitantur*, vel *si ita est :* quam rescripta Imperialia, ut valeant, expressam habere debent.

Q. 6. Quid de narratione & conclusione rescripti observandum? *Resp.* 1. Quodlibet rescriptum constat *narratione*, *supplicatione & conclusione*. *Narratio* facta à supplicante est propositio eorum, ob quæ quis nititur obtinere rescriptum ; hæc, si exigatur probari debet. *L, 5. C. de fide Instrum.* facta à rescribente est vel summaria repetitio narrationis à supplicante positæ, vel nova expressio rerum, quas incidenter commemorat rescribens, Hæc narrata itidem nihil probant, nisi vel rescribens intentionem suam in iis fundaverit, vel aliquid faciant ad causam principalem rescripti. *Clem. un. de probat c. 10. de privil. in 6.*

Resp. 2. *Conclusio*, quæ & à Practicis *dispositiva* dicitur, est præcipua pars rescripti, in qua rescribens mentem suam cum debitis clausulis exprimit : hìc ipse ordo verborum est de forma substantiali rescripti, ut si in rescripto mandentur plura, id priùs sit expediendum, quod priùs præcipitur ; secus gestum est ipso jure irritum *c. 22. h. t.* Item si modus procedendi *de novo* à delegante præscribitur, sive alius, quàm à jure

communi requiratur, tali formâ non ſervatâ actus eſt irritus *c. cit.* Ratio, quia cum delegatus non aliam habeat facultatem, quàm quæ ei à delegante conceditur, cenſetur delegans non aliam huic facere poteſtatem, quàm ſub iſto modo vel conditione.

Q. 7. Quænam ſint exprimenda in petendis reſcriptis juſtitiæ? Reſp. ſeqq. Reſcriptum jam priùs obtentum in eadem cauſa *c. 3. h.* diſtantia ultra unam dietam, ſi ultra hanc reus ex propriâ diœceſi extrahatur. *c. 11. h. t. in 6.* conditio perſonæ privilegiatæ, ſi contra talem impetretur reſcriptum *c. 38. de off. jud. delegat.* lis pendens, & multò magis ſententia lata vel appellatio interpoſita *c. 12. h. t.* transactio vel pronunciatio arbitri, ſi alterutro modo jam cauſa finita ſit. Demum diffamatio vel æquivalentia huic indicia. *c. 21. §. tertiæ. c. 24. de accuſat.* ſi nimirum in reſcripto præcipiatur inquiſitio ſpecialis contra aliquem,

Q. 8. Quænam ſint exprimenda in reſcriptis beneficialibus petendis? Reſp. 1. Beneficium priùs obtentum. *c. 17. h. t.* etiam tenue. *c. 42. h.* etiam Vicaria perpetua. *c. 27. eod.* imò & penſio in titulum beneficii data, quia ſuccedit in locum beneficii. 2. Qualitas beneficii antea obtenti, v. g. an ſit Dignitas vel perſonatus. *c. 8. h. t.* an curatum. *c. 16. de præb. in 6. &c.* 3. Valor ſeu quantitas reddituum beneficii juxta ſtylum Curiæ Romanæ, juxta quem tamen omnes Canonicatus Germaniæ non excedunt 24. Ducatos, ut evitentur Annatæ.

4. Mo-

4. Modus, quo vacat beneficium, *c. 6. h. t. in 6.* 5. Jus vel ad vel in beneficio tertio cuidam fortè competens, imò & poſſeſſio colorata. *c. 6. de conceſſ. præb.*. 6. Reſcriptum alterius vel à petente vel à tertio impetratum. *c. 31. h. t.* 7. Patrimonium quod habet petens, ſi in *forma pauperum* petatur. 8. Si petatur reſcriptum ſub *forma gratioſa*, habilitas vel potiùs defectus, quo absque diſpenſatione redditur incapax beneficii.

Q. 9. Quibus modis vitientur reſcripta? Reſp. Non tantùm, quando dicta in quatuor præced. qq, non obſervantur, ſed & 1. Dum apertè peccatur graviter in latinitatem. *c. 11. h. t.*. 2. Si contineat reſcriptum raſuram in parte quadam ſubſtantiali. *c. 6. de fide Inſtrum.* 3. Si mandatur aliquid nimis durum, aut à recta ratione alienum. *c. 5. h. t.* 4. Si omnes cauſæ, præſentes & futuræ per reſcriptum uni alicui, vel certis quibusdam judicibus committerentur. *c. 10. h. t.* exceptis tamen Judicibus *Conſervatoribus.* Vel ſi Judex incertus & ad arbitrium impetrantis eligendus daretur, non additâ clauſulâ: *ex certâ ſcientiâ.* 5. Si ſit contra jus commune, contra præjudicium tertii, vel derogans juri aut privilegiis alienis, nec faciens expreſſam de iis mentionem &c. 6. Præcipuè vitiantur reſcripta per *obreptionem*, quæ propriè committitur per narrationem vel expreſſionem falſi; & per *ſubreptionem*, quæ fit per reticentiam ſive ſuppreſſionem veri, quod nimirum intrinſecè ad negotium pertinet, & exprimi debeat juxta *Q. 7. & 8.*

Q. 10.

Q. 10. Quâ ratione per ob- & ſubreptionem vitientur reſcripta? Reſp. 1. Reſcriptum gratiæ æquè ac juſtitiæ ob- vel ſubreptitiè per dolum, fraudem, & malitiam obtentum eſt ipſo jure nullum. *c. 15.* & *20. h. t.* etiamſi expreſſio falſi vel ſuppreſſio veri non fuerit cauſa finalis conceſſi reſcripti, modò pertineat ad ſubſtantiam rei petitæ. Arg. ex *cit. text.* qui non diſtinguunt, an dolus habeat rationem cauſæ finalis, an impulſivæ.

Reſp. 2. Reſcriptum tam juſtitiæ quàm gratiæ nullum eſt, ſi ſuppreſſa, etiam absque dolo, veritas, aut expreſſa falſitas talis ſit, ut eâ cognitâ Pontifex negaturus fuiſſet reſcriptum. De reſcripto juſtitiæ habetur ex *c. 20. h. t.* de reſcriptis gratiæ arg. ex *cap. 19. eod.* eſt tamen diſtinctio hoc caſu inter nullitatem utriusque reſcripti facienda.

Reſp. 3. Si ſuppreſſa veritas aut expreſſa falſitas non ex dolo, ſed ignorantia aut ſimplicitate talis ſit, ut adhuc eâ cognitâ Pontifex reſcriptum conceſſurus fuiſſet, reſcriptum *juſtitiæ* non vitiatur, ſed poterit & debebit eo caſu Judex delegatus procedere, non quidem ſecundùm formam præſcriptam, ſed ordinariam. Arg. *ex c. 20. cit.* Idem obtinet in reſcriptis *gratiæ c. 14. §. nos igitur de præbend. in 6.* niſi expreſſio veritatis vel ex ſtylo Curiæ vel jure communi tanquam forma requiratur, ùt *in c. 23. de prab. in 6.*

Q. 11. An vitiatâ una parte reſcripti ob dolosam ſub- vel obreptionem totum reſcriptum vitietur?

Reſp.

Resp. Valdè probabiliter cum Pichler defenditur affirmativa, etiamsi partes rescripti cæteræ connexæ non sint cum parte ob- vel subreptionem continente. Ratio ob verba *c. 20. h. t. nullum ex illis literis commodum consequantur*, ubi τὸ *nullum* includit negationem universalem. *c. 15. eod. mendax precator penitus NB. careat impetratis.*

Q. 12. Intra quod tempus præsentanda sint rescripta? Resp. 1. Rescripta justitiæ tamdiu durant, quamdiu & actio durat, & de se sunt perpetua. *L. 2. C. de diverſ. rescript.* non obstat *c. 9. & 23. h. t.* dum enim ibi ponitur tempus unius anni, intra quem præsentandum rescriptum, intelligitur de casu impetrati ad adversario secundi rescripti.

Resp. 2. Rescriptis etiam gratiæ ad beneficia de jure communi tempus certum statutum non est; unde ne quidem morte concedentis exspirant. *cap. 9. de offic. delegat. in 6.* Si tamen præfixum sit certum tempus, illud servandum. Vide Constitutionem Gregorii XIII. *Humano.* editam anno 1583. & Concordata Germaniæ *§. De cæteris.*

Q. 13. Quodnam tempus inspiciendum in rescriptis.? Resp. 1. In rescriptis justitiæ in ordine, ut delegato conferatur jurisdictio, vel ab eo auferatur, attendendum est tempus *præsentatæ*, id est tempus, quo tales literæ de legato sunt præsentatæ: dum autem quæritur, utrùm validè sit impetratum rescriptum; vel dum dubitatur, ad

quas

quas causas se extendat, inspiciendum tempus *datæ*, hoc est, tempus, quo literæ Apostolicæ in Curia Romana sunt expeditæ. *Clement. fin. h. t.*

Resp. 2. In rescriptis gratiæ *regulariter* inspiciendum est tempus *datæ c. 7. h. t. & c. 9. eod. in 6.* Exceptiones vide apud Schmalzgrueber *h. t. num. 23.*

Q. 14. Qualis interpretatio facienda in rescriptis? Resp. 1. Rescripta omnia juxta intentionem concedentis, colligi solitam tum ex verbis, tum ex praxi Curiæ, sunt accipienda.

Resp. 2. Si perpensis omnibus mens rescribentis maneat dubia, rescripta *justitiæ* explicari debent secundùm jus commune, etiamsi verba debeant aliquo modo impropriè sumi. *c. 18. h. t.* Deinde debent utpote odiosa & detrahentia jurisdictioni Ordinarii strictè sumi, ut à persona ad personam in rescripto non expressam, &c. non extendantur. *c. 32. & 40. de off. deleg.*

Resp. 3. Rescripta *gratiæ* sive *ad beneficia* pariter sunt strictæ interpretationis. *cap. 4. de præb. in 6.* Ratio, quia impetratio talis per ambitionem fieri solet. Hinc qui impetravit rescriptum ad beneficium proximè vacaturum, vi hujus rescripti non impetrabit beneficium, quod modò post datum rescriptum est erectum. *Clem. fin. h. t.* Similia vide in *c. 4. de præb. in 6. & c. 6. h. t. in 6.* Si tamen literæ beneficiales vel sint concessæ motu proprio, vel in compensationem damni, fortè occasione Ecclesiæ perpessi, patet, quòd aliquantò majorem mereantur favorem,

quàm

quàm si ad alicujus instantiam fuissent impetratæ.

Resp. 4. Etiam dispensationes sunt strictæ interpretationis. *Reg. jur. 141. ff. & 28. in 6.* Ratio, quia dispensatio est relaxatio juris communis & contra jus. Præterquam autem, quòd variè limitetur responsio, illud communiter receptum est, facultatem ad dispensandum datam esse latè interpretandam. Ratio, quia talis concessio meram continet gratiam, quæ nec juri communi, nec privatorum præjudicat.

Q. 15. Quinam possint ac debeant esse executores rescriptorum? *Resp.* Si sint rescripta emanata à Sede Apostolica, ejúsve Legatis (in Ordinariorum rescriptis id observandum non est) item si rescripta *causæ cognitionem & jurisdictionem in foro externo* requirant, sive deinde sint rescripta justitiæ, sive gratiæ, executio *de Jure communi* dari non potest, nisi personis dignitatem Ecclesiasticam aut personatum obtinentibus, vel Cathedralium Ecclesiarum Canonicis. *c. statutum. 11. §. sancimus. h. t. in 6.* Qui tamen rescripta *gratiæ* intra 30. dies numerandos à facta præsentatione executioni mandare debent, nisi obstet legitimum aliquod impedimentum; si ulteriùs differant, impetrans propter hoc gravamen ad delegantem poterit appellare. *c. 26. §. ult. de off. deleg.*

Q. 16. Qualiter exspirent rescripta? *Resp.* Vel *renunciatione*; quia quilibet rescripto in solius sui favorem concesso renunciare potest. Vel

revo-

revocatione concedentis, cujus revocationis exemplum habetur *in cap. fin. h. t. in 6.* & potest Princeps vel Judex Ordinarius etiam inferior jurisdictionem per rescriptum concessam revocare, si revocatio non fiat in damnum tertii vel mandatarii, etiam re non amplius integrâ. *L. 58. ff. de jud.* Vel *morte concedentis*; ubi tamen inter rescripta justitiæ & gratiæ discrimen faciendum; illa, si rescribens re adhuc integrâ moriatur, exspirant *c. 20. & 30. de off. deleg.* hæc scil. rescripta gtatiæ *jam factæ* non exspirant morte concedentis, v. g. Papæ. *c. 9. de off. deleg. in 6.*

TITULUS IV.

De Consuetudine.

Q. 1. *Quid sit consuetudo, quotuplex, & qua ejus ab aliis differentia?* *Resp.* ad 1. Consuetudo est jus non scriptum diuturnis populi moribus cum aliquo Legislatoris consensu introductum. Et ita definitur consuetudo *juris*. Consuetudo *facti* est ipse frequens usus seu actus frequentati & soliti fieri ab aliqua Communitate, ejúsve majori parte.

Resp. ad 2. Præter divisiones alias, quòd v. g. alia sit consuetudo *Canonica*, alia *Civilis*; alia *generalissima*, *generalis*, & alia *specifica*, dividitur præcipuè in consuetudinem *secundùm Legem*, quæ Legem scriptam supponit, & observando

con-

confirmat ; & in consuetudinem *præter legem*, quæ inducit jus, ubi lex necdum erat ; & *contra legem*, sive quæ est Legi contraria. Differt consuetudo *1. à Traditione*, quòd consuetudo ab usu ortum habeat, traditio autem ab institutione alicujus potestatem habentis, ab eóque per modum regulæ data sit & promulgata tunc præsentibus, & deinceps velut per manus posterorum ac successorum tradita usque nunc perseveret. *2. à stylo Curiæ & fori* tanquam includens ab incluso, vel tanquam genus à specie. *3. à Lege*, quia Lex ex publicæ potestatis expressa & publicè promulgatâ ordinatione vim habet, consuetudo ex usu tacitè approbato à Legislatore. *4. à præscriptione*, nam hæc respicit personas privatas, vel si procedat contra Communitatem, hanc tanquam personam particularem considerat ; consuetudo respicit communitatem quà talem, quam obligat : consuetudo parit Legem ; præscriptio dominium : consuetudo requirit consensum Principis saltem tacitum ; præscriptio non requirit consensum ejus, contra quem præscribitur : in præscriptione requiritur b. f. & titulus ; non in consuetudine, sed tacitus populi ac Principis consensus huic pro titulo est.

Q. 2. Quænam requirantur conditiones ad introducendam consuetudinem vim legis habentem? Resp. quatuor. 1. Ut sit rationabilis. 2. Ut duraverit tempore requisito. 3. Ut interceserit debita actuum frequentia. 4. Ut adsit consensus Legislatoris.

Q. 3. *An debeat & quomodo possit esse rationabilis consuetudo? Resp.* ad 1. Debere consuetudinem esse rationabilem, patet tum ex *L. 1. C. quæ sit longa consuet. L. 39. ff. de LL. c. fin. h. t.. c. 2. eod. in 6.* tum ex ratione; quia consuetudo obtinet vim legis, lex debet esse rationabilis; ergo.

Resp. ad 2dum. Consuetudinem etiam contrariam legi, si habet reliqua requisita, posse esse rationabilem, habetur *c. fin. h. t.* & ex paritate Legis posterioris contra priorem conditæ.

Resp. ad 2dum. 2. Erit rationabilis consuetudo, si sit de re honesta & utili Reip. *alii* dicunt, tunc fore rationabilem, quando de re illa, de qua est consuetudo, justa foret lex noviter condita, priore, si qua extabat, mutatâ, *alii* cum Reiffenstuel *h. t. n. 34.* tunc rationabilem futuram consuetudinem ajunt, dum neque juri naturali, nec divino, neque rectæ rationi, aut bonis moribus adversatur; nec peccandi licentiam præbet, aut occasionem: sed vel coincidunt hæ explicationes cum nostra, vel longiores sunt, sed per viam remotionis procedunt.

Q. 4. *An consuetudo sit hoc ipso irrationabilis, quòd ei jus positivum resistat.* R. 1. Aff. Si jus positivum consuetudinem penitus reprobet ùt corruptelam. Est communis ex *c. 7. & fin. h. t.*

Resp. 2. Si Lex simpliciter prohibeat introduci consuetudinem, non tamen eam damnet út irrationabilem, Leuren. ait. *h. t. q. 376. n. 2.* ad hunc finem censendam esse irrationabilem, ut contra legem ordinario tempore non possit in-

duci;

duci; eo quòd in tali casu desit consensus legalis ad valorem consuetudinis necessariò requisitus, cum lex semper loquatur: dicit tamen *ibidem* contrarium æquè esse probabile, scil. *ordinario* tempore posse introduci consuetudinem, quæ vetita sit introduci: rationem reddit, posse talem consuetudinem nec directe, nec indirecte, contrariam esse Legi divinæ, aut naturali; posse item intra ordinarium tempus evadere non nocivam, sed utilem Reip. ergo.

Resp. 3. Dum Lex derogatoria consuetudinis utitur clausulâ: *non obstante consuetudine quacunq; contrariâ*, extendi solùm debet ad consuetudines tempore Legis existentes, non ad futuras; adeóque potest de novo introduci consuetudo contra talem Legem. Ratio, quia, cum clausula dicta commodè intelligi possit de consuetudinibus tunc existentibus, de iis tantùm intelligi debet, cum correctoria legis velut odiosa non sint extendenda.

Q. 5. Quodnam tempus requiratur ad consuetudinem? R. Tempus in omni consuetudine *purè* tali, sive per illam abrogetur Lex, sive nova constituatur, sive consuetudo civilis, sive Ecclesiastica sit, sive Princeps sit præsens, sive absens, est decennium. Ratio, Jura requirunt ad consuetudinem tempus longum; tale est decennium. *L. ult. C. de præscript. long. temp. §. 1. Inst. de usucap. c. ult. h. t.* ergo. Decennium vero illud debet esse continuum; quia si interrumpitur, jam non durat decennio. Alii æquè probabiliter tempus ad consuetudinem requisitum arbitrio judicjs re-

linquunt, quia jus nullibi satis certum tempus determinat. Ubi & *nota*, consuetudinem præscribi nihil esse aliud, quàm eam (scil. *consuetudinem facti*, sive actus, per quos nascitur *consuetudo juris*) continuari tempore ad præscriptionem requisito; & consuetudinem scil. *juris*, esse præscriptam, significare eam esse obtentam per cursum temporis requisiti ad præscriptionem.

Q. 6. Quales possint, aut debeant esse actus, per quos introducitur consuetudo? Resp. 1. Per actus etiam malos & *lege humana* prohibitos introduci potest consuetudo. Ratio, quia illi actus non concurrunt tanquam causa ad introducendam consuetudinem legis abrogativam, sed ùt indicium voluntatis populi, obligationem legis excutere volentis. Arg. etiam ex *L. 32. §. 1. ff. de LL.* Demum ad consuetudinem contra legem requiritur, ut frequententur actus animo abrogandi legem, ut *respons. seq.* dicetur, sed hic animus haberi non potest sine scientia legis & consequenter m. f. ergo.

Resp. 2. Debent actus esse voluntarii, sine ignorantia, errore, metu, sed populus scire debet, quòd lex sit lata, ut illa per consuetudinem abrogetur, vel quòd nulla adhuc lex extet, ut circa rem illam consuetudo vim legis habens constituatur. Ratio; quia nullus actus nisi voluntarius consensum populi, per quem exurgit consuetudo indicat.

Resp. 3. Actus debent procedere *ex intentione inducendi obligationem*; quia actus non operantur ultra intentionem agentium. *L. 19. ff. de R. C.*

Dum

Dum consuetudo est *præter legem* & tendit *ad obligationem*, in dubio non præsumitur animus consuetudinem introducendi; nisi vel 1. res ardua uniformiter à Communitate observetur, quia difficilia â multis non solent circa obligationem observari; vel nisi 2. res sit valdè utilis bono communi: vel 3. nisi populus ex transgressione scandalizetur: & similes causæ sunt, ob quas jam olim præsumebatur introducta consuetudo recitandi Breviarium, nulla adhuc lege extante,

Resp. 4. Actus debent esse *externi*, cum agatur de consuetudine externa; & *publici, non* tamen *judiciales*; quia per actus publicos, licèt extrajudiciales, satìs manifestatur consensus populi, qui est anima consuetudinis.

Resp. 5. Actus debent esse *uniformes*, hoc est, à majori saltem parte Communitatis observari & practicari; quia ex actibus difformiter exercitis & continuatis non intelligitur, quid populus servari velit.

Resp. 6. Actus debent esse *frequentes*, ùt patet ex ipsa definitione consuetudìnis; certus tamen numerus relinquitur arbitrio judicis, cum is à jure præscriptus non sit.

Q. 7. *An & qualis consensus Principis requiratur ad consuetudinem? Resp.* ad 1. Aliquis Principis consensus extra statum popularem requiritur, eo quòd consuetudo habeat vim legis.

Resp. ad 2. Quòd non requiratur consensus Principis personalis & particularis ad consuetudinem propriè dictam, quo is vel expressè, vel tacitè consentiat,

ſentiat, ſciens populi mores; ſed quòd ſufficiat legalis & juridicus, qui datus eſt per jus ſcriptum, quo generaliter omnis conſuetudo debitis affecta conditionibus approbatur; Ratio eſt partim negativa, quia nullibi conſenſus perſonalis requiritur; partim, quia ſi accederet conſenſus iſte particularis Principis, valentis legem vel ferre, vel abrogare, non tam per conſuetudinem & mores populi, quam per voluntatem Legislatoris lex abrogaretur.

Q. 8. Quinam poſſint introducere conſuetudinem vim legis habentem? Reſp. 1. Non poteſt una perſona, etiamſi poteſtatem habeat legislativam, quia conſuetudo requirit conſenſum plurium & convenientiam in actibus. 2. Nec communitas imperfecta, v. g. privata familia conſuetudinem legalem introducere poteſt; quia non eſt capax ferendæ légis (qualis eſt conſuetudo) utpote quæ eſt præceptum commune perpetuum, durans etiam poſt mortem Legislatoris. *L. 32. & 35. ff. de LL.* 3, Communitas autem perfecta non recognoſcens Superiorem, v. g. regnum, Reſp. utpote potens ferre legem ſcriptam, conſuetudinem quoque vim legis habentem introducere poteſt; quia nihil refert, an ſuffragio, an reipſa voluntatem ſuam declaret. 4. Communitas perfecta, licèt recoguoſcat ſuperiorem, conſuetudinem, legalem etiam, introducere poteſt; v. g. Clerici contra Canones. Ratio, quia licèt actu non habeat Communitas talis facultatem leges condendi, eſt tamen capax de ſe poteſtatis accedente legali Principis conſenſu.

Q. 9.

Q. 9. Quinam sint effectus consuetudinis? Resp. 1, Consuetudo *secundùm legem* interpretatur legem præexistentem, etiam *authenticè*, si sit consuetudo juris. *L. 39. ff. de LL.*

Resp. 2, Consuetudo *contra legem*, abrogare potest *Legem priorem prohibentem tantùm* aut *præcipientem*, ut ejus obligationem tollat. *c. fin. h. t. & L. 32. & 35, ff. de LL.* Item Legem *pœnalem tantùm & pœnalem mixtam*, tollendo scil. simul obligationem ad culpam & obligationem ad pœnam; vel etiam tollendo solùm obligationem *ad pœnam* remanente obligatione quoad culpam, ùt probabile est ex *Extrav. 1. de reb. Eccles. non alien. & Clem. 2. eod.* Insuper consuetudo abrogare potest legem *irritantem actus & contractus*; potest enim id fieri per legem, ergo & per consuetudinem.

Resp. 3. Consuetudo *præter legem* introducit obligationem, sive novam legem: & universim loquendo consuetudo legitima prohibens aut præcipiens aliquid, utpote quæ pro Lege recipitur & facit jus non scriptum, non secus ac lex scripta obligare potest vel ad culpam gravem vel levem pro materiæ qualitate, vel etiam ad pœnam tantùm.

Q. 10. An ab allegante, & quomodo sit probanda consuetudo? Resp. 1. Consuetudinem alleganti incumbit probatio; quia ratione introductionis est res *facti*, quod probari debet. *L. 1. C. de probat.* nisi tamen sit consuetudo notoria, tunc enim sufficit eam allegare; vel nisi respiciat modum

procedendi ordinarium in judicio; talis enim (utî & ſtylus fori ac Curiæ) aliunde nota ſit judici oportet; ſique de ea dubius ſit, ipſe ſe tenetur informare,

Reſp. 2. Si cauſæ deciſio ex conſuetudine allegata pendet, probanda eſt plenè: fit autem plena probatio per duos teſtes deponentes de uſu majoris partis populi, frequentia actuum, & diuturnitate temporis, quo hi exerciti: vel ex eo, quòd conſuetudo ſucceſſu temporis redacta ſit in ſcripturam, ùt contingit in uſibus & conſuetudinibus feudorum: vel ex eo, quòd jam ſemel obtenta fuerit in judicio contradictorio, &c.

Q. 11. An conſuetudo ſit extendenda à communitate in communitatem, v. g. à tribu mercatorum ad tribum opificum: *vel à caſu ad caſum*, v. g. à venatione ad piſcationem: *vel à loco ad locum*. v. g. à civitate ad civitatem? *Reſp.* Neg. de conſuetudine *contra legem*; quia hoc ipſo, quòd contra jus ſit, eique deroget, odioſa eſt & ſtricti juris; tantùmque de potentia ſive jure habet, quantùm de actu & uſu, ùt Bald. ait *in Auth. quæ rem. C. de ſſ. Eccleſ.* quæ ultima ratio etiam procedit in conſuetudine *præter legem*. Conſuetudo tamen præter legem *ſubinde* extenditur, dum id ratio æquitatis vel convenientiæ ſuadet; v. g. dum deficit in certo loco particularis conſuetudo, ad viciniorem recurrendum, luxta *c. 22. de cenſib. & c. 3. de cognat.* non quidem ex obligatione, cum conſuetudo unius Communitatis ad aliam authenticè non extenda-

datur, sed tantùm ex æquitate; neque plus *citc. 3.* requirit.

Q. 12. An & quando possit abrogari consuetudo? Resp. 1. Quòd possit rursus tolli consuetudo ex paritate cum lege scripta certum est.

Resp. 2. Consuetudo abrogatur *1. per legem*, ùt constat ex *c. 1. de Constit. in 6. c. 9. h. t.* Lex tamen abrogans consuetudinem, debet eidem esse *è diametro opposita*; quia consuetudo legitimè inducta jus quoddam est, cujus correctio est vitanda. *Deinde* lex universalis abrogat consuetudinem æquè universalem, *ex c. 1. de Constit. in 6.* ubi tantùm singularium consuetudines dicuntur non abrogari per legem generalem. 3. Lege universali non censetur abrogata consuetudo particularis alicujus loci, nisi vel expressam hujus mentionem fecerit, vel addita sit clausula generalis derogans cuicunque consuetudini, v. g. hæc: *non obstante quacúnque consuetudine.* Ipsa tamen illa lex abrogans consuetudinem potest per contrariam consuetudinem abrogari. Ratio, quia lex prohibens consuetudinem est lex humana, quæ per contrariam consuetudinem potest aboleri.

Resp. 3. Consuetudo abrogatur etiam per aliam consuetudinem. Ratio, quia consuetudo habet omnes effectus legis, ergo. Ut tamèn effectum hunc habeat, debet esse contraria priori; hinc universalis abrogat universalem, particularis non potest abrogare universalem, sed tantùm derogat.

Q. 13. An idem sit reprobare consuetudinem ac abrogare vel prohibere; & quæ consuetudo possit reprobari? *Resp.* 1. Omnino diversa sunt; nam lex dicitur *abrogare consuetudinem*, dum eam præexistentem tollit; *prohibere* dicitur, quando non tantùm tollit, sed etiam impedit, aut prævenit, ne futura introducatur, vel ne introduci cæpta vigorem legis acquirat; *reprobare* dicitur, quando non solùm revocat aut prohibet consuetudinem, sed per expressa verba irrationabilem declarat.

Resp. 2. Non est necesse, ut consuetudo, quæ reprobatur, sit contra jus divinum vel naturale, sed potest aliqua consuetudo ex eo solùm capite reprobari, quia involvit aliquam notabilem indecentiam, vel immodum Communitatis: exemplum hujus est in *c. 5. h. t.*

Q. 14. Quæ in specie consuetudines reprobentur; Resp. Consuetudo retinendi plura beneficia, majora maximè, citra dispensationem. *c. 1. h. t. in 6. c. 28. de præb. & dign. Trid. Sess. 7. c. 2. & 4. de reform.* 2. Accipiendi distributiones quotidianas, quâvis etiam absentiâ non obstante *c. un. de Cler. non resid.* 3. Dimittendi dignitatem sine Superioris licentiâ, aut administrandi v. g. Episcopatum absque confirmatione *c. 7. h. t.* 4. Nominandi ad beneficia vacatura. *c. 2. de conces. præb.* 5. Imminuendi aut tollendi immunitatem Ecclesiasticam tam realem, quàm personalem. Præter plura *cap. Trid. Sess. 25. c. 20. de reform.* 6. Quæ præterea in materia juris-

dictio-

dictionis reprobæ sint consuetudines, vide in *c. 4. h. t. c. 2. h. t. in 6. c. 4. de offic. Archidiac.* 7. In materia judiciorum reprobatur consuetudo, accusatis de crimine capitali non permittendi advocatum: bona eorum, qui sibi mortem consciscunt, cum liberorum præjudicio tribuendi fisco: reos criminum capitalium vel omnino non, vel civiliter tantùm puniendi, qualis olim in Pollonia consuetudo fuisse dicitur abrogata à Sigismundo: res furto ablatas Magistratibus concedendi cum maximo damno legitimi Domini &c. 8. Dantur præterea reprobatæ consuetudines in materia mutui, & venationis, in mercatura &c. 9. Approbatas econtra specialiter consuetudines vide in *c. 2. h. t. c. 3. eod. in 6. ult. h. t. in 6.*

TITULUS V.

De Postulatione Prælatorum.

Q. 1. *Quid sit postulatio, & quotuplex, & quomodo differat? Resp.* ad 1. Proùt in *h. t.* sumitur, est petitio Capituli seu Collegii, quâ illud à Superiore petit, ut persona, quæ propter impedimentum Canonicum ad Prælaturam Ecclesiasticam eligi non poterat, ad eandem dispensativè ab eodem admitratur.

Resp. ad 2. Dividitur præcipuè in solennem, & non solennem seu simplicem. Postulatio *solennis* est, dum quis postulatur ab illo Superiore qui super

omni

omni impedimento, quo laborat postulatus dispensare potest. *Non solennis* sive *simplex* est, quando quis postulatur ab eo, qui non potest dispensare in impedimento, requiritur tamen ejus consensus ad promotionem sic postulati ob interresse peculiare vel jus, quod in eo habet; talis est, cum Religiosus assumitur in Episcopum, nam hunc in Episcopum eligi nulla lex prohibet, sed solùm præcipit, ut non assumatur sine Prælati licentia. Sermo hic præcipuè est de postulatione solenni.

Resp. 3. Differt 1. *à nominatione*, quòd postulatio, sicut & electio fiat de uno tantùm, nominatio verò de pluribus, dum scil. duo vel tres excellentiores, qui sunt in Capitulo, nominantur Papæ, vel etiam alteri Collatori, subinde etiam Laico [cui ex privilegio Papali competere potest] ut is uni ex illis dignetur providere de Prælatura vacante. Vel dum plures idonei ipsi Capitulo proponuntur, ut de illis fiat scrutinium. Alia nominatio, quæ pertinet ad *præsentationem*, non est hujus loci. 2. Differt ab *electione*, non quidem ratione finis, qui unus idémque est, nimirum provisio Ecclesiæ viduatæ: sed quòd electio innitatur juri, postulatio gratiæ, hoc sensu, quòd per postulationem quis præsentetur Superiori, ut ex gratia illum admittere velit, per electionem verò Canonicam vocetur quis ad Prælaturam; ita ut Superior electionem debeat confirmare. Laym. *in c. un. de postul. in 6.* Imo postulatio, licèt publicata &

po-

postulato præsentata revocari potest à postulantibus, modò necdum intimata fuerit superiori. Ratio, quia postulatio, etiamsi à postulato acceptata, nullum ei jus tribuit, habétque se tantùm consensus postulati ùt conditio sine qua non *c. 4. h. t.*

Q. 2. Quinam postulari possint vel non possint? *Resp.* 1. In genere. Ii solum postulari possunt *solenniter*, qui ob impedimentum Canonicum, quod potest & solet dispensari, non possunt eligi. Ratio, quia postulatio est introducta in subsidium electionis; frustra autem peteretur, ut ex gratia ad Prælaturam admittatur is, qui sine illa ad eam promoveri potest.

Resp. 2. In specie. Postulari possunt & debent laborantes defectu natalium. *c. 20. de elect.* ætatis legitimæ. *c. 19. eod.* Ordinis. *c. 22. eod.* Professionis Religiosæ. *c. 13. eod.* Item postulari possunt & debent vinculo spiritualis matrimonii Ecclesiis suis adstricti, quales quia non sunt Prælati Episcopis inferiores, nec Cardinales Diaconi aut Presbyteri, *simpliciter*, non tamen *solenniter* postulantur; cum econtra ob spirituale conjugium Archi Episcopi, Epicopi etiam titulares tantùm, utrique tamen confirmati, non eligi, sed possint & debeant *solenniter* postulari.

Resp. 3. Non possunt postulari omnes ii, qui impedimento laborant, in quo Superior vel non potest vel non solet dispensare: tales sunt, qui jure vel naturæ vel divino sunt inhabiles, v. g. infantes, amentes, omnino rudes: item bigami &

spu-

ſpurii, vel ex damnato coitu nati. *c. 10. de renunt.* temerarii violatores interdicti *c. 1. h. t.* falſarii *c. 7. de crim. falſ. &c.* cum quibus non ſolet diſpenſari.

Q. 3. Quinam poſtulare poſſint, & apud quem debeant poſtulationem interponere? Reſp. ad 1. Poſſunt omnes poſtulare, qui poſſunt eligere, arg. *c. 4. §. cæterum h. t.* adeo ut licèt quis extraneus vel per privilegium, vel per præſcriptionem obtinuerit jus eligendi ad Prælaturam, illi etiam hoc ipſo competat jus poſtulandi. Ratio, quia poſtulatio eſt acceſſoria ad electionem, eique neceſſariò connexa; ideoque licèt privilegium & præſcriptio ſint ſtricti juris, huc tamen debeant extendi.

Reſp. ad 2. Poſtulatio *ſimplex* fieri debet apud illum Superiorem, cui poſtulatus immediate ſubeſt, v. g. ut filius familias eligatur, poſtulatio fieri debet à patre. Poſtulatio *ſolennis* fieri debet apud eum, ad quem ſpectat Prælati, ſi electus fuiſſet, confirmatio, modò ille ſuper impedimento, quod poſtulandus habet, diſpenſare poſſit. Ratio, quia poſtulationis admiſſio vim confirmationis habet, ergo. Hinc poſtulationis admiſſio ad Epiſcopatus Germaniæ petenda eſt à S. Pontifice; ad Eccleſias inferiores, ſi non exemptæ ſint, ab Epiſcopis. Superior talis licèt non obligetur ex juſtitia ſtrictè tali poſtulationem admittere. *c. 5. h. t.* tenetur tamen ſubinde ex debito officii, ſi urgens cauſa publicæ utilitatis aut neceſſitatis ſubſit.

Q. 4. Quænam ſint pœnæ ſcienter poſtulantium indignum ob impedimentum vel defectum abſolutè indiſpenſabilem? Reſp. Privantur ipſo facto, & ante ſententiam condemnatoriam pro illa vice jure ſeu poteſtare poſtulandi & eligendi. Arg. *c. 1. & 2. h. t.* Ratio, quia ita ſtatutum eſt de eligentibus ſcienter indignum. *c. 7. §. fin. de elect.* Neque obſtat, quòd hæc conſtitutio ſit pœnalis, adeóque non extendenda; quia etiam in pœnalibus, quando duo in jure æquiparantur, quod de uno eorum eſt diſpoſitum, de altero pariter diſpoſitum eſſe cenſetur *Pro illa* autem vice devolvitur jus providendi, ſeu poſtulandi vel eligendi in Capitulares, ſi qui adſint innocentes, id eſt expreſsè contradicentes tali poſtulationi, licet ii ſint numero pauciores, *c. 2. h. t.* Ratio, quia delictum ſuos tantùm auctores tenere debet; neque in delictis cenſetur factum ab omnibus, quod à majori parte perperam eſt geſtum. *De aliis*, qui in materia poſtulationis ſimiles incurrunt pœnas, vide *cit. c. 2. h. t. & c. 20. de elect. & c. 1. & 2. de fil. presb. in 6.*

Q. 5. Quænam ſint circa formam poſtulationis obſervanda? Reſp. 1, Non tantùm in poſtulatione *non ſolenni*, utpote quæ vera electio eſt, ſed etiam in ſolenni obſervanda eſt forma & ſolennitates, quæ pro facienda electione id *c. 42. de elect.* ſunt præſcriptæ, niſi jus ſpeciale aliud permittat. Ratio, quia poſtulatio & electio æquiparantur, tantáque connexio eſt, ut poſtulatio ſit quaſi pars electionis, & huic ſubrogata, vel ei acceſſoria, ergo. *Reſp.*

Resp. 2. Non potest eadem persona simul eligi & postulari, sive non valent formulæ, *eligo postulando*, *postulo eligendo*, ex claro textu *c. un. h. t. in 6.* nec etiam juxta idem cap. valet formula: *eligo & postulo*, *prout de jure melius fieri potest*: excipitur casus *quando probabiliter dubitatur*, *utrùm quis sit eligendus vel potiùs postulandus.*

Resp. 3. Si postulatio concurrat cum postulatione, id est, si omnes Capitulares postulent, sed diversi diversum, requiritur & sufficit conspiratio absolutè majoris partis Capituli. Ratio, quia ordinariè, quod majoris partis consensu fit, pro eo habetur, acsi omnium consensu fieret. *c. 1. de his, quæ à maj. part. & L. 19. ff. ad municipal.*

Resp. 4. Si postulatio concurrat cum electione, id est, si una Capitularium pars postulet Titium aliquo impedimento laborantem, altera Cajum eligat, ut postulatio unius alterius electioni prævaleat, requiritur, ut in postulandum consentiant duæ partes, v. g. si sint Capitulares 15. qui ferant suffragia, debet postulandus ad minimum ferre 10. suffragia; econtra si eligendus pro se habeat plus quàm tertiam partem suffragiorum prævalebit postulationi electio, v. g. in casu posito ex 15. eligendo sufficiunt 6. suffragia. *c. 40. de elect.* Ratio, quia electio est via ordinaria, postulatio extraordinaria perveniendi ad Prælaturas, ergo istam præ hac oportet magis esse expeditam,

TITULUS VI.

De Electione & Electi Potestate.

Q. 1. *Quid sit electio, & quæ ejus differentia?* *Resp.* ad 1. Est personæ idoneæ ad Prælaturam vacantem per vota legitimorum electorum Canonica vocatio, authoritate Superioris confirmanda, ita desumitur ex *c. 7. & 42. h. t.*

Resp. ad 2. Quomodo à *nominatione & postulatione* differat, dictum est *præc. Tit. q. 1. Resp. 3.* Deinde à *collatione, institutione, commenda præsentatione* in eo præcipuè differt, quòd electio fiat per *vota* eligentium. Et hæc sunt duplicia, *activa*, illorum scil. qui possunt eligere, & *passiva*, illorum, qui possunt eligi.

Q. 2. *Quinam possint eligere?* *Resp. 1.* Ut nihil dicam de diversâ diversis temporibus praxi observari solitâ, nunc *de jure communi* jus eligendi Prælatum competit *solis* Ecclesiæ vacantis Capitularibus. *c. 1. & 14. h. t.* id est, illis, qui sunt membra illius Collegii, quod jus habet eligendi. Illud tamen verum est, sufficere ad jus eligendi habendum, siquis b. f. possideat beneficium, cui jus tale annexum, licèt revera ejus Dominus non sit. *c. 29. h. t. c. 9. de jure Patron.* etiam lite de proprietate jam mota. Ratio, quia pendente lite nihil innovandum.

Resp. 2. Non omnes Capitulares Ecclesiæ vacantis possunt semper eligere; nam 1. sunt à jure *inhabilitati* impuberes. Trid. *sess. 22. c. 12. de*

reform. matr. ubi, ut capax vocis activæ non sit, qui Ordine Subdiaconatûs initiatus non est. 2. Excommunicati excommunicatione majori. *c. 23. de appell.* 3. Suspensi *ab officio. c. 16. §. fin. h. t.* 4. Personaliter interdicti. *c. 16. cit. & c. 18. §. is verò. de sent. excomm. in 6.* 5. Absentes sine legitimo impedimento, *c. 42. h. t.* 6. Quilibet ad eligendum se ipsum. *c. fin. de Instit.* vel sui successorem. *can. 3. & seq. caus. 8. q. 1.* 7. Novitii & fratres laici in ordine ad eligendum Prælatum Religiosum, & Mendicantes, qui transeunt etiam cum authoritate Pontificis ad Ordinem non Mendicantium.

2dò *privantur* aliqui ipso jure, saltem unâ vice, potestate eligendi, de quibus tum dictum est *tit. præc. q. 4.* tum habetur *Extrav. un. h. t. inter Com. c. 41. h. t. c. 7.* ⁂ *& in 6. h. t. c. 43. cum c. 56. eod.*

Resp. 3. Jus eligendi Prælatum competere potest Clericis etiam extraneis. *1. Privilegio Pontificio,* si enim Laici, ùt *n. seq.* dicetur, possunt habilitari, ergo à potiori. *2. Fundatione* juxta *c. 23. de Jure Patron. 3. Consuetudine arg. c. 8. de consuetud. 4. Conventione* & consensu *unanimi* Capitularium pro una saltem vice Clericis extraneis jus eligendi potest communicari. *c. 40. & c. 8. h. t.*

Resp. 4. Laici sunt incapaces juris eligendi *c. 2. 43. 51. h. t.* Ratio, quia est jus spirituale, cujus possidendi sunt incapaces; quæ ratio etiam probat, non posse jus eligendi per *consuetudinem* vel *præscriptionem* à Laicis acquiri. *c. 56. h. t.* à

sum-

ſummo tamen Pontifice habilitari poſſunt. Ratio, quia hic plenariam habet poteſtatem diſponendi circa beneficia, & Laicos utpote non incapaces jure naturali vel Divinò poſſeſſionis juris ſpiritualis, ad id poteſt habilitare; utì defacto ad jus Patronatûs habilitavit.

Q. 3. Quinam ſint vel non ſint eligibiles? Reſp. 1. Qualitates eligendorum (qui *regulariter* ſolent eſſe ex Capitulo Eccleſiæ viduatæ) exprimuntur in *c. 7. & c. 7. & 37. h. t. in 6.* & generaliter loquendo non tantùm digni, ſed & digniores eſſe debent, qui ad Prælaturas Eccleſiaſticas eliguntur. Videatur Trid. *ſeſſ. 24. c. 1. de reform. &c. 18. de promot. Paroch.* Item *propoſitio 47. ab Innoc. XI. damnata.*

Reſp. 2. Ineligibiles ſunt ob *impedimentum naturæ:* 1. infantes, amentes, & qui requiſitam ætatem necdum adepti ſunt. *c. 3. de æt. & qual. Trid, ſeſſ. 22. c. 2. & ſeſſ. 24. c. 12. de reform.* 2. Corpore vitiati, ut vel omnino non, vel non decenter munere ſuo fungi poſſint. *tot. tit. de corp. vit.* 3. Illegitimè nati. *c. 20. h. tit.* 4. Hæreticis parentibus orti. *c. 15. de haret. in 6.* in Germaniâ noſtra, quia tolerantur hæretici, hæc diſpoſitio non obtinet, &c.

Reſp. 3. Ineligibiles ſunt *ob crimen vel defectum morum* 1. Sacrilegi. arg. *c. 34. h. t.* 2. Falſarii literarum Apoſtolicarum. *c. 7. de crim. falſ.* 3. Uſurarii manifeſti. *c. 11. de exceſ. Præl.* 4. Perjuri. *c. 10. de jurejur.* 5. Ambitioſi. *c. 46. h. t.*

6. Sodomitæ habituati. Conſtit. Pii V. *Horrendum.* edit. 1568. 7. Plura beneficia incompatibilia retinentes. *c. 54. §. nos igitur. h. t.* 8. Conſentientes in electionem ſui per abuſum ſæcularis poteſtatis factam. *c. 43. h. t.* 9. Hæretici, eorúmque fautores. *c. 2. & 15. de hæret. in 6.* 10. Simoniaci. *c. 23. 27. 33. & Extrav. 2. inter Com. de Simon.* ubi & ſpecialia circa electionem Simoniacè factam ſtatuuntur.

Reſp. 4. Ineligibiles *ratione cenſurarum* ſunt excommunicati. *c. 7. de Cler. excomm.* excommunicatione etiam minori tantùm. *c. fin. eod.* 2. Suſpenſi non tantùm ab officio. *cit. c. fin.* ſed etiam à beneficio tantùm. *c. 8. de ætat. & qual.* 3. Perſonaliter interdicti. *c. 8. de conſuet.* 4. Irregulares quicunque, ſive ex delicto, ſive ex alio defectu. Ratio, quia beneficium datur propter officium, ſed irregularis inhabilis eſt ad officium, ergo & ad beneficium, Ubi & nota: electionem indigni quandoque eſſe nullam *ipſo jure*, dum v. g. eſt inhabilis ob *impedimentum naturæ*, quia talis abſolutè eſt incapax; vel dum laborat impedimento Canonico; quia talis non poteſt *eligi*, ſed *poſtulari* debet: quandoque eſſe irritandam tantùm v. g. indigni *propter delictum*, ſi irritatio electionis à jure non exprimitur. Cæterùm ad illam Q. An electio ob impedimentum jure humano inductum nulla in foro externo, etiam in interno nulla ſit, ut à taliter indigno in conſcientia non poſſit acceptari dignitas & retineri. *Reſp.* regulatiter loquendo, neg. conformiter

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

miter noſtris principiis *Tit. 2. de Conſtit. Q. 12. Reſp. 5.*

Q. 4. Quænam in convocatione Electorum ad celebrandam electionem ſervanda? Reſp. 1. Mortuo & ſepulto Prælato, habitóque tertio depoſitionis die, niſi aliud neceſſitas ſuadeat, Decanus, vel ſecundùm locorum conſuetudinem Senior Capitulares præſentes congregat; diem, locum & horam pro electione cum iis conſtituit; per literas aut Nuntium abſentes monet, &c. Arg. *c. 24. de off. deleg.*

Reſp. 2. Ad electionem ipſam vocandi ſunt non tantùm præſentes, qui jus ſuffragii habent, ſed & abſentes, *qui debent, & volunt, & poſſunt commodè intereſſe. c. 42. h. t.* Retio, quia nemo privandus eſt jure ſuo invitus & absque juſta cauſa.

Reſp. 3 Electio, ad quam plures, quàm tertia pars, ex contemptu non ſunt vocati, v. g. ſi ex 12. habentibus jus ſuffragii contempti ſunt ſ. eſt ipſo jure irrita. Ratio eſt non propter contemptum, ſed ob defectum poteſtatis, quæ reſidet in duabus partibus habentium jus eligendi, qui debent, volunt, & poſſunt intereſſe: Si verò unus vel pauciores, quàm tertia pars, non fuerint vocati, irrita non eſt electio *per ſe loquendo*, poſſunt hi tamen, ſi velint, agere de contemptu, & ad irritationem electionis, licèt confirmatæ. *c. 28. h. t.*

Reſp. 4. Non omnibus Electoribus abſentibus, ſed illis duntaxat, qui juſto impedimento pro-

hibiti sunt venire; & qui in tali loco degunt, unde & possint & debeant vocari, concessum est, loco sui procuratorem constituere. *c. 42. § illud autem h. t.* qui Procurator. 1. debet esse membrum Capituli. *cit. c. 2.* Jurare in animam Principalis, quòd legitimè sit impeditus. *Ibid 3.* simpliciter constitutus unum, eundémque & suo & principalis nomine eligere &c.

Q. 5. Quo loco, tempore, quibus præviis celebranda electio? Resp. ad 1. Electio Episcopi juxta Constitutiones Canonicas, *si fieri potest*, peragi *debet* in Ecclesia viduata. *c. 28. h. t.* celebrari autem in hac censetur, non solùm si in choro aut navi, sed & si in Sacristia, loco capituli, alióve honesto intra ambitum Ecclesiæ contento celebretur.

Resp. ad 2. Electio in Ecclesiis Cathedralibus & Regularibus differri non debet ulta tres menses. *c. 41. h. t.* in aliis Prælaturis, dignitatibus & beneficiis non ultra 6. arg. *c. nulla 2. de concess. præb.* Ratio disp. est, quia in illis majus imminet periculum ob diuturnam vacationem, quàm in his. Si differatur ultra, ea vice amittitur ipso jure, citra sententiam, jus eligendi, & devolvitur ad proximum Superiorem de jure communi *c. 41. h. t.* Tempus tri- vel semestrale currit à die notæ vacationis, si ibi impedimentum non sit, aliàs à die remoti impedimenti. *cit. c.* Rotest etiam *regulariter* tempus illud ab *Electoribus* restringi. Ratio, quia in ipsorum favorem statutum est.

Resp.

Resp. ad 3. Aliqua præmittere *decens* est; v. g. indicere preces; per campanam *die* electionis convocare electores; celebrare sacrum de S. Spiritu, sub quo Electores communicent, recitare hymnum, *Veni Creator Spiritus &c. Necessarium* est, convocare Capitulares, observare tempus, intra quod electio facienda. *Licitum* est, præmittere tractatum tum super personâ eligendâ, tum super modo ac formâ in electione servandâ: licet præterea *Capitulationem*, ùt vocant, præmittere, quæ nec in præjudicium Ecclesiæ, nec electi tendat, v. g. ut electus pravam in diœcesi consuetudinem invalescentem tollat, Clerum reformet &c. quia per hujusmodi non infertur electo gravamen, sed tantùm officii admonetur.

Q. 6. Quæ sit forma substantialis electionis, & præcipuè quæ forma scrutinii? Resp. 1. Præmissis aliis solennitatibus accidentalibus, de quibus in *Resp.* præced. devenitur ad ipsam *formam* electionis, quæ triplex est juxta Constit. Innoc. III. in Concil. Lateran. relat in *c. 42. h. t.* scil. vel 1. per *inspirationem divinam*, sive *verè* talem, uti electus fuit S. Mathias. S. Nicolaus; sive per *quasi inspirationem divinam*, quæ dari censetur, dum omnes Electores, nullo præcedente tractatu, unanimiter absque dubitatione vel hæsitatione statim consentiunt & conclamant: vel 2. per *scrutinium*; vel 3. per *compromissum*.

Resp. 2. Scrutinium est collectio secreta votorum à tribus de Collegio fide dignis sigillatim & in scriptis facta: hoc ut *valeat*, necessariò

obſervanda ſunt, quæ in in *c. 42. h. t.* præſcribuntur. 1. Ut *capitulariter* electores congregentur; quia jus eligendi competit ipſis, non ùt perſonis ſingularibus, ſed ùt conſtituunt Collegium. 2. Debent eligi 3. ſcrutatores vel per ſcrutinium, vel per compromiſſum, vel alio modo; qui ſcrutatores ſint viri fide digni, & ex ipſo Capitulo, licèt uſus quoad hoc in aliquibus Eccleſiis alius ſit. 3. Scrutatores ſic deputati omnium eligentium vota, quæ debent eſſe abſoluta, *ſecretò*, *diligenter*, *ordinatè* exquirere, & ſi voce tradita ſint, ſcripto debent excipere. 4. Factâ votorum collectione, illa nullo actu interveniente ſunt publicanda, v. g. dicendo: Vota, quæ à Dominis Capitularibus exquiſivimus, ſunt univerſim 24. vel prout conſuetudo loci particularis habet: cujus publicationis effectus eſt, quòd eâ factâ electores non poſſint variare, id eſt, votum ſuum revocare & alteri dare, ſi electio facta eſt in concordia. *c. 58. h. t.* 5. Facienda eſt collatio votorum, ſcil. juxta *c. 55. h. t. numeri ad numerum*, *Zeli ad Zelum*, *meriti ad meritum*; cum non tantùm ab *abſolutè* majori, ſed & *ſaniori* parte Capituli electio facta eſſe debeat; quæ tamen votorum ſanitas hodie parum attenditur, ſed defectus aliis mediis ſuppletur. 6. Deinque factâ collatione, ubi ſufficientem quis votorum numerum eſt nactus, mox formari debet decretum communis electionis, id eſt, quæri debet ex Capitularibus, an placeat electum publicari? ſi reſpondeant: *placeat*, communis electio eſt

decre-

decreta, & electus vel in Capitulo vel etiam coram populo proclamandus, hac v. g. formula: *Ego nomine meo & omnium eligentium, mihique consentientium nomine in Episcopum hujus Ecclesiæ eligo, & electum pronuntio NN. in nomine Patris & Filii & Spiritûs sancti, Amen.*

Q. 7. Quæ sit forma electionis per compromissum? *Resp. 1.* Electio *per compromissum* fieri dicitur, quando Capitulares communi consensu facultatem eligendi Prælatum committunt aliis viris idoneis, ut nomine omnium Ecclesiæ viduatæ provideant. *c. 42. §. vel saltem. h. t.* Sic delecti *compromissarii* vocantur.

Resp. 2. Compromissio fieri nequit, quamdiu vel unus dissentit *reg. 29. in 6. & c. 42. h. t.*

Resp. 3. Compromissarii debent esse viri idonei, non Laici, sed Clerici, sive sint de Capitulo, sive extranei; sive unus: sive plures. *c. 8. & 40. h. t.* etiam pares numero. arg. *c. 52. h. t.*

Resp. 4. Si compromissum sit *absolutum & simpliciter* tale, non *eligendi* tantùm, sed & *postulandi* potestas data censetur. arg. *c. 30. h. t. Deinde* compromissarii in compromisso absoluto unum ex se ipsis possunt eligere, ne compromissarii munus ipsis damnosum fiat. *Demum* potest compromissarius sibi ipsi dare votum, non quidem directè, sed indirectè; dum videlicet aliorum compromissariorum votis in se directis accedit: sic si 3. compromissarii fuerint, quorum primus tertium compromissarium, secundus autem extraneum eligat, poterit tertius iste compro-

missarii vota accedere, & majora efficere. *c. 33. h. t.*

Resp. 5. Qui eligitur per compromissum, ad hoc ut valeat ejus electio, debet habere *absolutè* majora. Ratio est à pari : in electione per scrutinium ; it. in aliis actibus Capitularibus requiruntur vota absolutè majora, ergo & in compromisso. Demum compromissum non tantùm exspirat per factam electionem, verùm etiam aliis modis, quos vide apud Engel *h. t.* n. 43.

Q. 8. Quando teneantur Electores intimare electionem, & quando teneatur electus consentire? Resp. ad 2. Tenentur quamprimum & saltem intra 8. dies electionem canonicè sacram præsentare electo ; si ultra octiduum distulerint, incurrent pœnas *c. 16. §. caterum h. t. in 6.* statutas.

Resp. ad 2. Electus potest quidem electionem de se sacram recusare, vel etiam, postquam acceptaverit, eidem renuntiare ante factam confirmationem, etiam sine superioris consensu. *reg. 69. ff. de R. J.* Si tamen acceptare volet, tenetur id facere intra mensem, numerandum *à die præsentatæ sibi electionis* ; nisi omni jure per electionem sibi quæsito malit excidere. *c. 6. h. t. in 6.* Ratio, ne ob diuturnam vacationem damnis & periculis Ecclesia exponatur. Religiosis, quorum consensus à Superiorum licentiâ dependet, mensis prædictus à die datæ licentiæ primùm incipit currere, ob generalitatem textûs in *cit. c. 6.* Cæterùm si electus acceptatâ à se electione præsens sit, sub pulsu campanarum processionaliter

in

in Eccleſiam deducitur, ibique poſt decantatum Hymnum Ambroſianum in Epiſcopali Cathedra intronizatur.

Q. 9. Quodnam jus per electionem electo acquiratur? Reſp. 1. Solùm acquiritur per electionem, etiam acceptatam, jus ad rem. arg. *c. 16. de accuſat.* Deinde electio acceptata habet ſe, ſicut ſponſalia ad matrimonium, per quæ jus tantùm ad rem acquiritur.

Reſp. 2. Epiſcopi vel Prælati valdè remoti, v. g. Epiſcopi Germaniæ reſpectu Pontificis Romæ reſidentis, ſi in concordia, id eſt, per majora & ſaniora ſuffragia Capitularium, electi ſint, ante Confirmationem adminiſtrare poſſunt Epiſcopatum vel Prælaturam tam in ſpiritualibus, quàm temporalibus, ſolâ alienatione exceptâ. *c. 44. §. caterum. h. t.* Ratio, ne Eccleſia interim, dum Confirmatio petitur, patiatur damnum.

Q. 10. Quæ obſervanda circa Confirmationem, & jura confirmati? Reſp. 1. Confirmatio, quæ eſt approbatio promoti ad dignitatem, formato priùs electionis proceſſu, & conſideratis perſonæ electæ qualitatibus, à ſuperiore legitimo facta; petenda eſt intra 3. menſes. *c. 6. h. t. in 6.* Electi autem ad Cathedrales & Regulares Eccleſias, Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubjectas, intra unum menſem ab habitâ electionis ſuæ notitiâ pro petenda confirmatione ad Sedem Apoſtolicam iter arripere, vel ſi id commodè fieri nequit, perſonas idoneas *cum toto electionis & examinis proceſſu* mittere tenentur. *c. 16. h. t. in 6.* Vide Bullam

Gre-

Gregor. XIV. Onus Apoſtolicæ. à Pirh. hic *n. 319.* allegatam.

Reſp. 2. Ordinariè petitur Confirmatio à proximo ſeu immediato Superiore. *c. 32. h. t.* niſi ſpecialiter hujusmodi Confirmatio S. Pontifici reſervata ſit, proùt per Concordata Germaniæ in eâdem reſervata eſt Confirmatio Epiſcoporum.

Reſp. 3. Ut valeat Confirmatio, requiritur, ut ſi in diſcordia facta ſit electio, adverſarius citetur; ſi in concordia, generaliter citentur omnes, qui ſe opponere volunt, idque ſub pœnâ nullitatis, *c. fin. h. t. in 6.*

Reſp. 4. Per Confirmationem electus conſequitur jus in re. Conjugium ſpirituale Prælatum inter & Eccleſiam ſit ratum, quod per electionem erat inchoatum: acquirit plenam adminiſtrationem & exercitium *jurisdictionis* Eccleſiaſticæ, acquirit jus petendi inveſtituram, ſive ſolennem inſtallationem & corporalem introductionem in poſſeſſionem Prælaturæ, niſi hæc ſolennitas conſuetudine ſit abrogata: demum titulum *Epiſcopi electi* conſequitur unà cum privilegio, vi *c. 4. de ſent. Excomm. in 6.* Epiſcopis competente.

Q. 11. Quid juris ſit in Conſecratione & Benedictione? *Reſp. 1.* Conſecratio eſt impoſitio manuum ſuper caput electi & confirmati Epiſcopi ſub certis verbis, inunctione Chriſmatis ac aliis ceremoniis, facta à legitimo Conſecratore tanquam Miniſtro. Si Epiſcopatus ſit Sacramentum à Presbyteratu diſtinctum, *impoſitio manuum*

nuum habebit rationem *materiæ*, verba certa scil. *accipe Spiritum* S. rationem *formæ*.

Resp. 2. Episcopi intra 3. menses à dié factæ Confirmationis susciperе debent Consecrationem sub gravibus pœnis Trid. *sess. 23. c. 2. de reform.* expressis.

Resp. 3. De jure communi Consecratio fieri debet diei dominicæ horâ tertiâ: quæ correspondet nostræ nonæ. *can. 1. dist. 75.* In Ecclesia, ad quam quis promovetur. *Trid. cit.* à tribus Episcopis. *c. 2. dist. 66.* adèo ut à paucioribus facta invalida sit. *c. 1. dist. 66.* ex dispensatione tamen Pontificia ab uno Episcopo assistentibus duobus Abbatibus peragi potest. Arg. ex *can. 1. Apost. ex L. 7. Constit. Clem. c. 27.* ex ratione negativâ, quia trium Consecratorum necessitas non satis probatur.

Resp. 4. Consequitur per Consecrationem plenitudinem officii Episcopalis tam quoad exercitium jurisdictionis, quàm Ordinis *c. 15. h. t.* Archi-Episcopus tamen priùs pallium debet accipere, ùt dicetur *tit. 8.* Consecratione matrimonium spirituale perficitur. *c. fin. de transl. Ep.* vocatur absolutè Episcopus: vacant omnia beneficia ipso jure, ut liberè conferri possint, si electus in Episcopum sit confirmatus, consecratus, & *bonorum Ecclesiasticorum administrationem adeptus*; quia Fpiscopi titulares ob non acceptam Ecclesiarum suarum possessionem beneficia priùs possessa retinere, nova compatibilia obtinere possunt.

Resp.

Resp. 5. Benedictio, quæ impenditur Prælatis Episcopo inferioribus, est instituta ad similitudinem Consecrationis: in multis differt à Consecratione juxta *can. 1. dist. 69. c. 11. de ætat. & qualit. c. 1. de suppl. negl. Prælat.* Cæterùm quæ sint specialia in Electionibus Regularium, vel ex cujusque S. Ordinis regulis, vel legitima consuetudine desumi debet: illud à Trid. *sess. 25. c. 6. de Regular.* statutum, ut ad conservandam concordiam electio Superiorum quorumcunque, Abbatum temporalium, Priorum, Provincialium, Generalium, Abbatissarum fiat per vota secreta, ut singulorum eligentium nomina nunquam publicentur &c.

Q. 12. Quænam specialia sint in electione S. Pontificis? Resp. Licèt in multis conveniat electio S. Pontificis cum electionibus aliorum, v. g. quòd Papa sibi non possit substituere successorem: quòd utì Capitularibus Episcopum, ita Cardinabus solis modò jus eligendi Papam competat: quòd fieri possit vel per inspirationem, vel per compromissum (quod quid speciale habet) vel per scrutinium: in aliis tamen differt; sic. 1. juxta *c. 3. h. t. in 6.* decem tantùm dies ab obitu Pontificis exspectantur, quibus exactis electio à Cardinalibus inchoanda. 2. Cardinales absentes non vocantur. 3. Eligendo non obstat censura, si eâ foret irretitus. 4. Fieri debet in cubiculo clauso, & nisi intra triduum electio fiat, *cit. c.* pœnæ dictantur Cardinalibus. 5. Ubi electio instituta per scrutinium, electus debet habere duas tertias, *c. 3. cit. Clem. 2. h. t. Constit. Clem. VII. Paul.*

Paul. IV. Pii V. Gregor. XV. & Urban. VII. Potest tamen numerus requisitus per accessum compleri arg. *c. 6. h. t.* 6. Eligere unum ex Collegio Cardinalium decens foret, possunt tamen Cardinales eligere *quemcunque* Catholicum, etiam Laicum. *c. 6. cit. 7.* Qui legitimè electus fuit à Cardinalibus, statim post factam à se acceptationem administrationem plenam habet *c. 1. V. electus. dist. 23.* nec indiget confirmatione: si non fuerit legitima electio Cardinalium, utpote vel contra Canones, formam, aut libertatem electionis, jus nullum electo tribuit, sed acceptatio Ecclesiæ universalis requiritur, quæ defectum electionis invalidæ, si desit conditio *jure humano* requisita, sanabit, ut adeo fiat verus Pontifex. 8. Facta electione Papa electus collocatur in throno, ornatur annulo Piscatoris, nomen, quod velit assumere, exquiritur. 9. Si electus necdum fuit Episcopus, consecratur à Cardinali Ostiensi. 10. Tandem imponitur electo *Tri-Regnum*, seu triplex corona, fortè in signum triplicis potestatis, scil. Ordinis, jurisdictionis supremæ spiritualis, jurisdictionis temporalis in suas ditiones terrenas.

TITULUS VII.

De Translatione Episcopi.

Q. 1. *Quid sit translatio?* *Resp.* Translatio Ecclesiastica *genericè* accepta est personæ alicujus

jus Ecclesiasticæ, ob causam utilitatis vel necessitatis, authoritate Superioris, ab unâ Ecclesiâ ad aliam facta mutatio. *DD. in can. 34. caus. 7. q. 1. Specificè* sumitur pro mutatione Episcopi.

Q. 2. An Prælatus, sive Episcopus, sive illo superior, aut inferior, authoritate propria possit relinquere Ecclesiam suam? Resp. 1. Episcopus (idem est de Prælato superiore, & multò magis de inferiore) ante confirmationem potest liberrimè in manibus eligentium renunciare juri suo per electionem obtento. ex *Responsione ad. 2. prac. tit. de elect. Q. 8. &* ratio est, quia in tali casu Prælatum inter & Ecclesiam quasi Sponsalia tantùm sunt inita.

Resp. 2. Etiamsi petita, si necdum tamen obtenta fuerit Confirmatio, Episcopus adhuc liberè potest renunciare. Ratio, qui hoc casu nihil libertatis aut juris amisit, nec plus acquisivit. Arg. à contrario *ex c. 2. h. t.*

Resp. 3. Post Confirmationem aut admissam postulationem, licet necdum consecratus sit Episcopus, non potest authoritate propriâ ab Ecclesiâ suâ recedere; quia sic factus est sponsus de præsenti Ecclesiæ suæ, *c. 2. & fin. h. t.* Imò si ad aliam transeat, utramque amittit. *c. 3. h. t.* priorem, illam scil. à quâ recessit per sententiam condemnatoriam. Arg. *can. 31. caus. 7. q. 1.* ob verba, *carebit & propriâ.* in alterâ ad quam transivit, nullum omnino jus potuit obtinere. *c. 3. cit.* quia electio fuit nulla.

Q. 3.

Q. 3. Cujus authoritate fieri debeat & possit translatio Prælati? Resp. 1. Translatio Episcopi confirmati & multò magis consecrati fieri debet authoritate Pontificis. *c. 1. h. t.* Ratio, quia est inter causas magis arduas. Confirmatur utrumque ex *c. 4. h. t.*

Resp. 2. Est talis à Christo Pontifici potestas relicta, exigente utilitate vel necessitate matrimonium spirituale per Consecrationem consummatum dissolvendi. Ratio à multis datur hæc, quia matrimonium hoc spirituale non est institutum á Christo ad significandam indissolubilem unionem Christi cum Ecclesia, uti matrimonium carnale.

Resp. 3. Translatio inferioris Episcopo Prælati, *nisi exemptus sit*, potest fieri authoritate proximi Superioris, sive Episcopi. *can. 8. caus. 18. q. 2.* quia hi in *sensu tantùm latiori* Ecclesiarum suarum Sponsi dicuntur.

Q. 4. An S. Pontifex possit Episcopum invitum transferre? Resp. 1. Potest Pontifex urgente causâ Episcopum invitum per censuras compellere ad assensum, ut ex nolente faciat volentem. *Can. 35. caus. 7. q. 1.*

Resp. 2. Potest etiam invitum absolvere à vinculo cum priore Ecclesia, ùt Pirh. *hic. n. 13.* ait.

Resp. 3. Potest insuper Episcopum invitum addicere ministerio cujusdam Ecclesiæ, quia in hoc nulla reperitur repugnantia.

Resp. 4. Non potest Episcopum non consentientem transferre ad aliam Ecclesiam, illúmque tali

Ecclesiæ copulare. Ratio, quia non minùs ad valorem matrimonii hujus spiritualis, quàm carnalis consensus requiritur. *c. 21. de elect. &c. 2. h. t.*

Q. 5. Quomodo fiat translatio? Resp. Regulariter â minore ad majorem dignitatem. arg. *c. 1. h. t.* Deinde transferendus priùs absolvi debet à vinculo prioris Ecclesiæ, ne remanens obstrictus tali impedimento vel eligeretur vel præsentaretur inhabilis; nisi fortè vel privilegio retinendi priorem Ecclesiam cum alia, vel Brevi eligibilitatis instructus foret: si tamen viâ postulationis promoveretur, necesse non esset, priùs solutum esse; quia tunc vel hoc ipso postulari non posset, utpote carens impedimento.

Q. 6. Quis sit effectus translationis? Resp. 1. Translatus liberatur à priori Ecclesia, alteríque jungitur. *c. 2. h. t.* 2. Prior Ecclesia vacat ipso jure, quàm primùm translatus *Episcopus* consensit in translationem, eàmque acceptavit, ne sit sponsus duarum Ecclesiarum: quæ ratio quia cessat in inferioribus Prælatis, non vacant taliter translatorum beneficia ante obtentum jus plenum & possessionem in aliis. Textus *c. 7. de elect.* qui vult, ut prior Ecclesia nonnisi obtenta possessione secundæ Ecclesiæ vacet, non loquitur de Episcopo translato, sed noviter ordinato, secundùm dicta *præced. tit. Q. 11. Resp. 4.*

Q. 7. An & quos fructus Episcopus, Prælatus, vel alius beneficiatus secum ex reditibus prioris Ecclesiæ asportare possit? Resp. 1. Potest *perceptos*, uti

&

& bona ex reditibus prioris Eccleſiæ ſibi comparata. Ratio, quia æquitas ſuadet, ut dati ob miniſterium ab Epiſcopis & aliis beneficiatis exhibitum fructus & reditus iis relinquantur. Deinde Clerici juxta probabiliorem ſunt Domini fructuum perceptorum, etiam ſuperfluorum, ergo.

Reſp. 2. Fructus *pendentes* probabiliùs non lucratur translatus. Deciſio *Rotæ in cauſa Pharenſ. penſ. 19. Junii 1598.* Ratio, quia beneficiati bonorum immobilium ſunt tantùm uſufructuarii, qui fructus pendentes non acquirunt. *L. 13. ff. qu. ib. mod. uſusfr. amitt.*

TITULUS VIII.

De authoritate & uſu Pallii.

Q. 1. *Quid hoc tit. nomine Pallii veniat? Reſp.* Præcipuum Archi-Epiſcoporum (Patriarcharum etiam & Primatum) inſigne & ornamentum de corpore divi Petri ſumptum, quo Pontificalis officii plenitudo deſignatur. Dicitur *1. de corpore D. Petri ſumptum*; vel quia benedicitur ſuper altari S. Petri; vel quia à S. Pontifice ſolo confertur; vel quia ſignificat quaſi particulam poteſtatis Eccleſiaſticæ, derivatam ex plenitudine poteſtatis Pontificiæ in B. Petro ejúsque ſucceſſoribus reſidente. Dicitur *2. Pontificalis officii plenitudinem per Pallium deſignari*; quia ante impetrationem Pallii nec vocatur *Archi-Epiſcopus*; nec, licèt ſit conſecratus, exercet licite

actus majores, quos ùt Archi-Episcopus facere censetur; quales sunt visitare Provinciam, Synodos convocare, consecrare Episcopos, dedicare Ecclesias, conferre Ordines *in propria diœcesi.*

Q. 2. Quæ sit figura hujus Pallii, & quàm antiquus usus? Resp. ad 1. Est ex lana ovium alba contexta vestis in coronæ seu circuli modum, pectus & humeros circumiens, ac 4. nigris vel rubris crucibus distincta, anteriore parte nonnihil dependens.

Resp. ad 2. Usum illius antiquissimum testantur plures: Usos esse Pallio primis nascentis Ecclesiæ sæculis Rom. Pontifices, perhibet Polydor. Virgil. *L. 4. de invent. rer. c. 22.* à D. Petro missum esse S. Materno Trevirensium primo Episcopo, habet Rupertus Tuitiens. *L. de divin. off. c. 27.* S. Marco Successore S. Sylvestri Episcopo Ostiensi concessum, ait *Platina in vita S. Marci &c.*

Q. 3. Quinam utantur Pallio? Resp. Jus utendi Pallio competit. 1. Pontifici. 2. Archi-Episcopis & his majoribus, si intra 3. menses à die Consecrationis petierint. *can. 2, dist. 100.* 3. Ex speciali privilegio quibusdam Episcopis, uti in Germania Episcopo Bambergensi, Quinque-Ecclesiensi in Hungaria, Ostiensi, Decano Collegii Cardinalium, à quo Pontifex consecratur &c. Secum differentia, Pontifex enim solus in omnibus missarum solenniis semper & ubique Pallio utitur, cujus ratio in *c. 4. h. t.* datur. Inferiores Papæ diebus tantùm solennioribus in Bullâ expressis, in Ecclesia tantùm, & quidem in Diœcesi sua, non extra. *c. 1. 4. 5. 6. & 7. h. t.*

TI-

TITULUS IX.

De Renuntiatione.

Q. 1. *Quid sit renuntiatio, & quotuplex? Resp.* ad 1. Renuntiatio *specificè* sumpta, prout est hujus loci, est spontanea & libera dimissio beneficii proprii, ex justâ causâ facta coram legitimo Superiore eam acceptante.

Resp. ad 2. Est vel *tacita*, quæ non verbis, sed facto beneficii cessionem vel ex naturâ suâ, vel ex interpretatione juris annexam habente, inducitur: v. g. si beneficiatus in Minoribus constitutus matrimonium contrahat. *c. 1. & 3. de Cler. conjug.* & ejusmodi facta in *c. 4. de Regular. in 6. c. 28. & Extrav. Execrabilis. Joan. XXII. de præb, Regul. Cancell. de trien. poss. c. 3. de his, quæ fiunt.* Occurunt. Vel *expressa* est, quâ beneficii dimittendi voluntas verbis aut scripto juxta formam à Jure præscriptam legitimè declaratur: estque duplex, una *pura* seu *simplex*, quæ fit sine ulla pactione, conditione aut modo; altera *conditionalis* quæ fit vel *in favorem certæ personæ & non aliàs*, vel *cum reservatione fructuum aut pensionis*, vel *reservato regressu, ingressu, aut accessu*, vel quæ fit *ex causa permutationis.*

Q. 2. *Quænam beneficia resignari possint? Resp.* Regulariter omnia, specialiter non prohibita alienari; qualiter prohibetur. 1. *beneficium titulare.* Trid. *sess. 21. c. 2. de reform.* 2. Beneficium *unitum* Collegio nequit in favorem resignari. 3. *Reservatum* Pontifici non in *favorem tertii*, nisi de Papæ

consensu; nec *Patronatum*, vel *electivum*, nisi Patrono vel electoribus consentientibus, nec *litigiosum* in favorem tertii.

Q. 3. Quinam possint resignare beneficia sua? Resp. 1. Regulariter omnes, etiam Pontifex Papatum, ex ratione *super Resp.* data. Excipiuntur 1. Clericus ob crimen ipso jure privatus benèficio, vel eo privatus ob Professionem Religiosam, aut propter assecutionem alterius beneficii incompatibilis; quia resignatio est dimissio beneficii proprii & juris, quod quis habet in beneficio, quale talis Clericus non habet. 2. Novitius Religionis ante duos ultimos menses Novitiatûs *Trid. sess. 25. c. 16, de Regular.* 3. Clericus impubes, h. c. 14 annis minor sine authoritate Tutoris & decreto Superioris. *c. fin. de Jud. in 6.* Aliud est de Clerico minorenni, egresso quidem annum 14tum. nondum tamen 25tum. 4. Qui non supervivit post factam & acceptatam resignationem 20. dies *Reg. 18. Cancellar.* quæ ex *can. plerique caus. 8. q. 1. & c. fin. h. t. in 6.* desumpta est. Ratio est, ut omnis species hæreditariæ successionis tolleretur. Schmalz. ait, diem primum istorum viginti incipere à media nocte, excludendo residuum diei à computo, quo resignationi per Superiorem acceptatæ resignans consensum præstitit; idque conformius esse *cit. reg.*. Ultimus verò dies scil. vigesimus debet esse completus. Ratio ex *reg. cit.* sumitur. quæ dicit, *si intra 20. dies* resignans decedat, non per resignationem, sed per obitum vacare beneficium? atqui qui vigesimo die nondum

dum completo decedit, decedit intra 20. dies, ergo.

Q. 4. Quænam ad resignationem requirantur? *Resp. 1.* Debet esse *libera*; quia est actus humanus: *metu gravi & injustè* incusso facta venit irritanda, nullo autem juris textu irrita probatur: *fraude* vel *dolo* extorta, tum demum ipso jure erit irrita, si hic versetur circa ipsam substantiam; quia hoc casu tollit libertatem & consensum.

Resp. 2. Resignatio debet fieri *purè*, h. e. nullâ pecunia, pretio, vel pactione Simoniaca interveniente, aliàs ipso jure erit irrita, nec, ùt dicitur *c. 4. de his, quæ vi.* juramento firmabitur.

Resp. 3. Non tantùm cum consensu illorum in certis beneficiis, de quibus dictum in *Q. 2. n. 3. hujus tit.* sed & fieri debet *regulariter* cum *consensu Superioris* resignatio beneficii verè talis *c. 4. & c. 8. h. t.* excipitur casus *c. 18. de regular. c. 1. h. t, in 6.* Superior legitimus in *simplici & pura resignatione* est solus & omnis ille, penes quem est potestas instituendi & destituendi. Ratio, quia renuntiatio habet vim destitutionis: ergo. Resignatio in *favorem certæ personæ*, cum reservatione *pensionis, regressûs, ingressûs, accessûs*, de jure communi non coram Episcopo, sed solo summo Pontifice fieri potest. Ratio, quia jus commune prohibet tales resignationes, in quo solus Pontifex, non interior dispensat. Resignatio *ex causa permutationis*, si fiat inter ipsos resignantes, fieri poterit, etiam coram Ordinario. *c. un. de rer. permut. in 6.* Secus si fiat inter alios à resignantibus distin-

ctos, v. g. si Titius resignet beneficium Sempronio, qui est consanguineus Caji, eâ conditione, ut Cajus resignet beneficium Mævio, qui est consanguineus Titii. Ratio, quia hæc non est pura permutatio, sed mixta cum renuntiatione in favorem tertii. Idem obtinet in resignationibus tri- & quadrangularibus.

Resp. 4. Resignatio, saltem ut fiat licitè, requirit justam causam. Ratio, quia ob utilitatem publicam permissum est renuntiare beneficiis, ergo non licet, ut quisque pro suo arbitrio illa relinquat. Causæ resignandi Episcopatum recensentur in *c. 10. h. t.* junct. Bulla *Pii V. Quanta Ecclesiæ* & his versibus comprehenduntur.

Debilis, ignarus, malè conscius, irregularis,
Quem mala plebs odit, dans scandala, cedere possit.

Resp. 5. Per *Regul. 34. Cancell. & Constit. Pii V.* incip. *Sanctissimus* & *Gregor. XIII.* incipientem *Humano.* Renuntiatio facta & à Superiore admissa publicari debet. Consuetudo tamen Germaniæ aliud obtinet.

Q. 5. Quinam sint effectus renuntiationis? Resp. 1. Effectus renuntiationis *puræ & simplicis* à Superiore *admissæ* est, quòd resignans amittat omne jus in beneficio, nec illud deinceps vi prioris tituli possit repetere *c. 3. & 6. h. t.* 2. Quòd amittat etiam possessionem beneficii, nec ad nudam deten-

tionem

tionem, quàm fortè habet, sit restituendus, si eâ spolietur; quia exceptio renuntiationis spontaneæ & defectus notorius Proprietatis impedit restitutionem. 3. Quòd fructus non ampliùs justè percipiat, cùm titulus eos percipiendi, extinctus sit. Dicitur, *admissâ* renuntiatione hos sequi effectus, *re* enim adhuc *integra* pœnitere *c. 12. h. t.* & si quem ad resignandum constituerit Procuratorem, mandatum Procuratoris poterit revocare, ita tamen ut hæc revocatio Procuratori intimetur ante Superioris acceptationem, aliàs validè Procurator ad resignationem procedet. *Clem. un. h. t.* invalida tamen erit resignatio, mortuo Principali, & Procuratore rei hujus ignaro ad resignationem procedente. Ratio disp. est. Quia post mortem Principalis nihil est amplius vel in ejus hæredum potestate, quod resignari posset, cum beneficium vacans statim devolvatur ad Ordinarii Collatoris potestatem.

Resp. 2. Resignatio *conditionalis* regulariter non consequitur effectum, adeóque nec per illam titulus aut possessio beneficii amittitur, nisi purificata fuerit conditio, sub quâ facta est. Ratio, quia natura conditionis est, ut suspendat actum conditionalem in eventum vel defectum conditionis, quâ impletâ valebit actus, eâ verò deficiente actus erit invalidus. *L. 213. ff. de V. S. L. 16. ff. de Condict. indeb.*

)o(

TITULUS. X.

De ſupplenda negligentia Prælatorum.

Q. 1. *Qualiter negligentia Prælatorum ſuppleatur?* Negligentia Prælatorum, id eſt omiſſio ejus, quod quælibet perſona Eccleſiaſtica jurisdictionem exercens facere poterat & debebat, licèt ſuppleatur nonnunquam ab ipſo jure, utì in caſu *cap. 1. h. t.* interdum ab inferiore, utì in *c. 2. de Conceſſ. præb. & c. 3. h. t.* ſubinde à ſuperiore mediato juxta *c. 18. de elect. in 6.* ordinariè tamen ſuppletur per ſuperiores gradatim aſcendendo usque ad Papam, ſic exigente Hierarchia Eccleſiaſtica, quà Superiores invigilare debent inferioribus. *c. 41. de elect. c. 7. de off. Ord.*

Q. 2. *Ad quem exiſtente in materia JURISDICTIONIS negligente Prælato jurisdictio devolvatur? Reſp. 1.* Non devolvitur jurisdictio Epiſcopi negligentis *univerſaliter* ad Metropolitanum; ut is citra viam appellationis in prima inſtantia de cauſis ſubditorum Epiſcopo ſuffraganeo cognoſcere, eos ordinare, abſolvere, condemnare valeat. Ratio; quia in materia generaliter prohibitoria, quod expreſsè non permittitur, prohibitum cenſetur. *c. 2. de Transl. Epiſc. c. 1. h. t. in 6.* ſed jure Canonico. *c. 11. de off. Ordinar.* generaliter prohibitum eſt Archi-Epiſcopo exercere Jurisdictionem in ſubditos ſuffraganeorum ſuorum, præterquam in caſibus jure expreſſis; ergo. Caſus expreſſi ſunt *can. 3. cauſ. 9. q. 3. c. 40. de ſent. Excomm. c. 8. de off. Ord. c. 1. §. ſanè de Cenſib. in 6.* in Bulla Pii V. *in conferendis*

dis &c. Remedium ſubdito ab Epiſcopo oppreſſo ante judicium cœptum ſupereſt, ut recurrat ad Papam vel ad Archi-Epiſcopum, quô hic compellat Epiſcopum, utpote ſuffraganeum ſibi immediatè ſubjectum ad adminiſtrandam juſtitiam.

Reſp. 2. Nec devolvitur ad Capitulum jurisdictio Epiſcopo exiſtente negligente, ob eandem rationem; ſi tamen vel Epiſcopus valdè diu abeſſet, non conſtituto adminiſtratore, vel captivitate, amentiâ, ſimilive causâ à ſuo officio exercendo impediretur, Capitulum ſuccedit in jurisdictionem Epiſcopalem. *c. 3. h. t. in 6.* Ratio; quia tunc perinde cenſeri debet, acſi Sedes vacaret.

Reſp. 3. Epiſcopo exiſtente excommunicato vel ſuſpenſo non ſuppletur defectus in adminiſtrando munere paſtorali per Metropolitanum, ob rationem Reſponſione 1. alleg. *& c. 1. h. t. in 6.* Nec poteſt ſuppleri per ejus Vicarium. Ratio; quia unum idémque eſt tribunal Epiſcopi & Vicarii illius, ergo ſicut per excommunicationem, vel ſuſpenſionem &c. ſuſpenditur jurisdictio Epiſcopi, ita & illus Vicarii. Proinde nemo poteſt in tali diœceſi jus reddere præter Papam, ad quem recurrendum. *c. 17. & ſeq. cauſ. 6. q. 3.*

Reſp. 4. Judicis ſæcularis negligentia ſuppleri poteſt per Judicem Eccleſiaſticum. *c. 6. 10. 11. de for. comp.* Ratio; quia licèt diſtincta ſit poteſtas ſæcularis ab Eccleſiaſtica, hæc tamen eſt illa ſublimior. *c. 6. major. & obed.* ſimúlque Eccleſia, ſaltem indirectè jurisdictionem exercet in bona temporalia Chriſtianorum per *c. 13. qui filii ſint*

leg.

leg. Non tamen potest econtrà etiam Judex Laicus Ecclesiastici negligentiam supplere, adéoque nec Clericum in casu negligentiæ Judicis Ecclesiastici trahere ad forum laicale. Ratio, quia judex sæcularis nullam habet jurisdictionem in Clericos. *c. 10. de Constit.* imò est illius incapax. *c. 7. de præscript.* Adhæc inferior nonnisi in casibus in jure expressis supplebet negligentiam Superioris.

Q. 3. Quis suppleat negligentiam circa provisionem BENEFICIORUM? Resp. 1. Si *patronus Laicus* intra *quadrimestre*, vel Patronus *Ecclesiasticus* intra *semestre* præsentare neglexerit, is ad quem pertinet præsentatum instituere, sive sit Episcopus, sive alius, liberè poterit beneficium conferre *c. 3. & 27. de Jure Patron.*

Resp. 2. Eodem modo, si beneficium sit *electivum*, & Electores neglexerint eligere intra tempus à jure vel statuto concessum, provisio devolvitur *de jure communi* ad immediatum superiorem *c. 41. de elect.* idem est, si beneficium sit *collativum.* collator autem Episcopo inferior, ad Episcopum loci, in quo beneficium situm, jus conferendi devolvetur. *Clement. un. h. t.* Si Episcopus Abbatem non exemptum nolit benedicere, speciale quid statuitur *in c. 1. h. t,*

Q. 4. An valeat Electio vel collatio statim facta post lapsum temporis à jure definiti? Resp. neg. Ratio, quia post præfixum tempus Collatores, Electores &c. jam privati sunt jure conferendi & eligendi; proinde collatio talis aut electio fieret à non habentibus potestatem, quæ ipso jure est invalida.

TI-

TITULUS XI.

De temporibus Ordinationum & qualitatibus Ordinandorum.

Q. 1 *Quæ sit natura & numerus Ordinum? Resp.* 1. Ordo *activè* sumptus, sive ipsa *ordinatio* est ceremonia sacra, qua alicui conceditur potestas spirítualis ad aliquod altaris officium seu ministerium stabiliter peragendum. Ordo *passivè* sumptus est effectus Ordinationis, & certus gradus Ministrorum Ecclesiæ.

Resp. 2. Communiter numerantur 7. Ordines; 4. Minores; scil. *Ostiariatus*, *Lectoratus*, *Exorcistatus*, *Acolytatus*; & tres Majores: *Subdiaconatus*, *Diaconatus*, ac *Presbyteratus*. Posteriores etiam appellantur *sacri*, priores *non sacri*, non quòd non etiam isti sint Sacramentum (nam revera Sacramentum & illi sunt juxta communem doctrinam, quæ colligitur ex Trid. *sess. 23. de Sacram. Ord. can 3.*) sed quòd propiùs habilitent ad Sacramentum Altaris, & votum castitatis annexum habeant.

Resp. 3. Prima tonsura, quæ præmittitur collationi Ordinum, non est Ordo Ecclesiasticus propriè dictus, ùt patet ex Trid, *sess. 23. c. 2. de Sacram. Ord. & c. 6. 10. 17. de reform.* Deinde per primam tonsuram non confertur ad specialem aliquam functionem sacram potestas; quæ tamen per alium omnem Ordinem Ecclesiasticum conceditur; ergo.

Resp.

Resp. 4. Probabiliùs nec *Episcopatus* est Ordo à Sacerdotio completè & adæquatè distinctus. Flor. *sess. 25. in Decreto Eugen. IV. §. sextum Sacramentum.* Trid. *sess. 23. c. 2. de Sacr. Ord.* Ratio, quia Ordo Episcopalis essentialiter includit sacerdotium, ita ut sine illo validè conferri non possit; ergo.

Resp. 5. *Materia & forma* singulorum Ordinum quænam sit, videatur apud Busenbaum *in Medull. Theol. Mor. Tract. 5. Cap. 2.* ubi id notandum, quòd, licèt curandum sit, ut materia juxta ritum Ecclesiæ contingatur ab Ordinando, si tamen contacta non fuerit, dummodo per Episcopum exhibita, probabiliùs videatur Ordinem nihilominus rectè collatum esse. Ratio, quia nec ex divina, neque ex humana lege habetur, contactum physicum ad substantiam Ordinis requiri.

Q. 2. Quid de temporibus, interstitiis & loco Ordinationum notandum? *Resp.* ad 1. *Prima tonsura* quolibet anni die & horâ conferri potest. *Pontifical. Rom. Tit. de Ordin. conf. ℣. Clericatus,* Deinde *Ordines Minores* quovis die Dominico aut Festo, manè tamen. *Pontif. cit. ℣. Minores. 3. SS. Ordines* conferre non licet, nisi Sabbathis 4. temporum, Sabbatho sancto, Sabbatho Dominicam Passionis præcedente *c. 1. & 3. h. t.* vid. etiam *c. 13. h.* Per privilegium *Pontificium* (quale nonnulli habent) licitè extra tempora & non servatis interstitiis conferuntur & suscipiuntur Ordines; neque Ordinans hoc casu, neque Ordi

dinandi jejunare pridie tenentur, si eo tempore non fiat ordinatio, quo aliàs jejunandum foret. Ratio, quia talis obligatio non probatur.

Resp. ad 2. Conferendi sunt Ordines gradatim incipiendo â prima tonsurâ. *c. 2. dist. 59. & c. un. de Cler. per salt. promot.* nec conferendi plures *Ordines Majores* eodem die. *c. 13. & 15. h. t.* sed inter unum & alterum servanda sunt *interstitia*, sive intervalla temporum scil. unius anni, ut à Minoribus ad Subdiaconatum; itidem unius, ut à Subdiaconatu ad Diaconatum; & tertii, ut à Diaconatu ad Sacerdotium liceat ascendere. *Trid. sess. 23. c. 11. de reform.* Annus hic non computatur mathematicè, ùt habet Declarat. Card. Licèt in ordinatione faciendâ extra tempora dispensare de jure possit Pontifex solus, utpote superior; in interstitiis tamen dispensare concessum est à *Trid. cit.*. Episcopis Capitulo Sede vacante, non Prælatis Regularibus ordinariè.

Resp. ad 3. *Prima tonsura & Minores* conferri possunt non tantùm in Ecclesia, sed etiam in Domo Episcopali, vel alio loco honesto. *c. 6. dist. 75.* Deberent conferri *Ordines sacri* in Ecclesia Cathedrali. Videatur *Trid. sess. 23. c. 8. & sess. 6. c. 5. de reform.*

Q. 3. Quæ requirantur in Ordinando qualitates? Resp. 1. Ut *validè* quis ordinetur, debet esse *mas*, nam fœmina jure etiam divino Ordinum sunt incapaces. *1. Cor. 14.* 2. Debet esse baptizatus baptismo fluminis. *c. 1. de Presb. non bapt.*

3. Si-

3. Si ordinandus sit adultus & capax rationis; habere debet intentionem saltem habitualem, Ordinis suscipiendi. Arg. *c. 3. §. item quæritur. de bapt.* Unde absolutè nolens non ordinatur validè; metu autem gravi incusso suscipiens Ordines, neque ratificans sponte susceptos hoc modo Ordines, licèt validè fuerit ordinatus, ad continentiam tamen non tenebitur. Ratio, quia non censetur obligationem adeò gravem in se velle suscipere.

Resp. 2. Ut *licitè* quis ordinetur, requiritur, ut habeat convenientem ætatem, in qua solus dispensat Pontifex; utpote in *jure communi*, si Ordinandus non habeat à SS. Canonibus præscriptam; *prima tonsura* exigit septennium completum; *c. fin. h. t. in 6.* Annos discretionis, id est sufficientem notitiam requirunt *Minores:* ad *Subdiaconatûs* Ordinem ante 22. ad *Diaconatûm* ante 23tium, ad Presbyteratum ante 25tum ætatis annum nemo promovendus. Trid. *sess. 23. c. 12. de reform.* ex praxi sufficit, annos illos esse inchoatos. 2. Requiritur, ut non sit *Neophytus. c. 9. dist. 61.* 3. Ut si confirmatus. Trid. *sess. 23. c. 4. de reform.* 4. Ut sit cælebs. *c. fin. h. t. in 6.* nisi cum consensû uxoris vel ingredi Religionem, vel ad SS. Ordines promoveri velit. *c. 4. 5. 8. de convers. conjug.* 5. Ut sit literatus, proùt Trid. pro diversis Ordinibus exigit *sess. 23. c. 4. 11. 13. 14. de reform.* 6. Ut nulli culpæ mortali sit scienter obnoxius; quia Ordo est Sacramentum vivorum. 7. Ut nullâ censurâ

vel

vel irregularitate, neque infamia vel juris vel facti sit notatus *c. fin. h. t. in 6.* 8. Ut sit subditus Ordinanti. *c. 3. h. t. in 6. Trid. sess. 23. c. 8. de reform.* Subditus autem quis esse potest vel ratione originis; vel ratione domicilii veri: vel ratione beneficii; vel ratione triennalis familiaritatis cum Episcopo; vel denique ratione licentiæ aut literarum dimissoriarum.

Q. 4. Quæ requirantur in Ordinando qualitates ratione congruæ sustentationis? Resp. 1. Requiritur *Titulus*, h. e. cautio, quâ de sufficiente, eâque perpetua sustentatione provisum sit Ordinando *ad sacros Ordines.* Trid. *sess. 21. c. 2. de reform.*

Resp. 2. Titulus est triplex; vel titulus *Beneficii, vel patrimonii, vel paupertatis.* Ut quis *titulo beneficii* valeat ordinari, beneficium debet esse perpetuum respectu *possessoris:* sufficiens ad honestam sustentationem, consideratâ qualitate assumpti statûs Ecclesiastici: actu collatum & pacificè possessum. Trid. *cit.* Deinde ut quis *titulo patrimonii* valeat ordinari, requiruntur bona propria, certa, immobilia, libera sive alteri non hypothecata, *actu* possessa, & in singulos annos frugifera, nec debent esse validè alienabilia: pensio etiam assignata & annuatim præstanda sufficit; promissio autem sustentationis, vel quoadusque Clerico de beneficio provideatur, vel in eventum senii aut inhabilitatis non est titulus patrimonii, sed ei tantùm ex consuetudine substituitur & vocatur simpliciter *Titulus Mensæ.* Demum ut quis *Titulo pauperatis* ordinetur, Pro-

fessione vicem Tituli subeunte & Religione existente obligatâ professum alere, requiritur, ut Professio sit valida & facta in Religione approbatâ. Societas JESU ex Constit. Gregorii XIII. *Ascendente*. & Gregor. XIV. *Ecclesiæ*. item Alumni Pontificii juxta Bullam Gregor. XIII. *23. Septembr.* 1584. datam speciale quid habent.

Q. 5. Quid requiratur ex parte Ordinantis ad conferendos Ordines? *Resp.* 1. Ut *validè* conferat Ordines, præter *intentionem* debitam requiritur potestas ordinandi vel *ordinaria*, quæ *solis & omnibus* Episcopis consecratis competit. Trid. *sess. 23. c. 4. & can. 7. de Sacram. Ord.* vel *extraordinaria*, quam habent ad *Minores* conferendos plerique Abbates veri, benedicti & mitrati respectu subditorum suorum *Regularium*. Trid. *sess. 23. c. 10. de reform.* Ad *Sacerdotium* conferendum nequidem vi delegationis à Sede Apostolica factæ Sacerdos non Episcopus habilitari potest; uti praxis Ecclesiæ docet.

Resp. 2. Ut Episcopus *licitè* conferat Ordines, præterquam quòd non debeat esse reus peccati gravis &c. requiritur, ut sit Episcopus *proprius* ipsius ordinandi, vel saltem à proprio hujus Episcopo licentiam habeat. *c. 1. caus. 9. q. 2.* conferatur Trid. *sess. 14. c. 2. & sess. 23. c. 8. de reform.*

Q. 6. Quid dicendum de Literis dimissoriis? *Resp.* 1. Licentia à proprio Episcopo alteri Episcopo (etiam à Latino Episcopo Græco, ordinando subditum Latini Episcopi ritu Latino. Pirh. *h. n. 38.*) concedi potest, conferendi subditis suis sacros

Ordi-

Ordines, vel viva voce, vel per Literas, quæ nonnunquam *dimissoriæ*, aliàs *Reverendæ*, interdum *commendatitiæ* appellantur.

Resp. 2. Concedi possunt ab Episcopo proprio, licèt necdum sit *consecratus* 2. à Capitulo sede vacante duntaxat intra annum à die vacationis arctatis beneficio, h. e. iis, qui vel actu obtinent, vel electi, præsentati, nominati sunt ad beneficium, v. g. Parochiale exigens Ordinem Sacerdotalem intra annum suscipiendum, út habetur Trid. *sess. 7. c. 10. de reform.* 3. à Vicario Generali tum solùm, si vel habeat speciale mandatum, vel Episcopus agat in remotis, vel consuetudo permittat. Gloss. & DD. in *c. 3. h. t. in 6.* 4. à Prælato Regulari *Regularibus* suis subditis *ordinariè tantùm ad Episcopum diœcesis suæ c. 5. h. t. in 6.* Trid. *sess. 22. c. 10. de reform.* ubi & innuitur Prælatos Regulares, etiam exemptos, si non sint exempti *plenissimo* jure, subditis suis sæcularibus dare non posse dimissorias ad Episcopum alienum, quia in eos non exercent jurisdictionem quasi Episcopalem, sicut in suos Regulares.

Resp. 3. Si *specialiter* dimissoriæ concedantur, exprimendum est nomen Episcopi, ad quem diriguntur, qui & solus tunc licitè ordinabit. 2. Qui Ordines vigore illarum possint conferri. 3. Exprimenda est causa, ob quam vel *nolit* Episcopus proprius, vel *nequeat* ordinare, út dicitur *c. 1. h. t. in 6.* 4. Continere debent attestationem de natalibus, ætate, moribus, scientiâ

Ordinandi. *Trid. seſſ. 23. c. 8. de reform.* Hinc ii, quibus dimiſſoriæ dantur, priùs debent examinari. *seſſ. cit. c. 3.* 5. Concedendæ ſunt gratis. Trid. *seſſ. 21. c. 1. de reform.* nec morte concedentis exſpirant. arg. *c. 5. de reſcript in 6.* Demum exprimendum, utrùm in interſtitiis diſpenſet Epiſcopus concedens dimiſſorias.

Q. 7. Quæ ſint pœnæ malè Ordinantium & Ordinatorum? Reſp. 1. Pœna *ſcienter conferentis Ordinem ſacrum* non habenti legitimam ætatem, eſt ſuſpenſio à collatione Ordinum *ferendæ* ſententiæ. *c. 14. h. t.* conferentis Ordines *Minores* pœna relinquenda eſt arbitrio Superioris, quia de his jura tacent: *primam tonſuram* ante legitimam ætatem conferentis pœna eſt ſupenſio *ipſo jure* per integrum annum ab ejus collatione. *c. fin. h. t. in 6.* Pœna *Ordinati* m. f. ad Ordinem ſacrum ante legitimam ætatem eſt ſuſpenſio ab Ordine ſic ſuſcepto, usque dum abſolutio impetretur aut ab Epiſcopo: aut â Confeſſario privilegiato. *V. Bullam Pii II.* ubi plures ejusmodi pœnæ; v. g. quòd ſic Ordinatus miniſtrans irregularitatem incurrat, & beneficiis Eccleſiaſticis privari poſſit.

Reſp. 2. Pœna *ſcienter Ordinantis* alienum ſubditum absque licentiâ vel dimiſſoriis Epiſcopi proprii eſt ſuſpenſio *latæ* ſententiæ per annum à collatione omnium Ordinum. *Trid. seſſ. 23. c. 8. in fin. de reform.* per dolum aut ignorantiam craſſam ſuſcipientis Ordines *ſacros* pœna eſt ſuſpenſio ab executione Ordinum ſuſceptorum, quamdiu

diu Episcopo proprio videbitur. *c. 2. h. t. in 6. Bulla Pii V. & Trid. cit.*

Resp. 3. Pœna Episcopi *Ordinantis* aliquem *absque titulo* est præter peccatum grave obligatio eum alendi, usquedum de beneficio ei provideat. *c. 2. 4. & 16. de præb.* excipitur, si Episcopus non fuit in culpa. *c. 2. de Constit.* vel si generalem concessit potestatem Suffraganeo suo, ordinandi subditos, & is absque titulo ordinavit: vel siquis per fraudem intrusit titulo destitutum: his enim casibus in subsidium tantùm Episcopus tenebitur ob honorem statùs Clericalis. Pœna *ordinati* sine titulo, si fuit in culpa, & decepit Episcopum, probabiliùs est suspensio Ordinis ita suscepti, & irregularitas, si in Ordine sic suscepto ministret. Constit. Urbani VIII. *Secretis æternæ providentiæ. 11. Decemb. 1624.*

Resp. 4. Pœna *Ordinantis* in aliena diœcesi sine consensu Ordinarii loci est pœna suspensionis *latæ* sententiæ ab *exercitio omnium Pontificalium.* Pœna *Ordinati*, ut sit suspensus ab executione Ordinum sic susceptorum. Trid. *sess. 6. c. 5. de reform.*

Resp. 5. Pœna *Ordinantis* extra tempora à Jure statuta est suspensio *ferendæ* sententiæ à collatione Ordinis illicitè collati. *c. 2. 8. 13. h. t.* Pœna taliter *Ordinati* (in sacris) est suspensio *ipso jure* ab executione talis Ordinis Bull. *Pii II. anno 1461.* Si ministret in Ordine sic malè suscepto, incurrit irregularitatem, ab Episcopo dispensabilem. *c. 16. h. t.*

TITULUS XII.

De Scrutinio in Ordine faciendo.

Q. 1. *Quid & quotuplex sit hoc Scrutinium?* R. *Resp. 1.* Scrutinium à scrutando dictum est inquisitio seu examen Ordinandorum ab eo, ad quem spectat, factum.

Resp. 2. Est triplex: *Primum*, quod per mensem ante Ordinationem à Parocho vel alio jussu Episcopi faciendum esset juxta Trid. *sess. 23. c. 5. de reform.* in Germania non est in usu, ejúsque vices supplent Testimonia Professorum. *Secundum* ex Trid. Decret. *sess. cit. c. 7.* fieri debet feriâ quartâ ante ipsam Ordinationem, vel quando opportunum erit, ab *Episcopo*, aliísque viris peritis. 1. Examinando *genus*, an Ordinandus sit parentibus Catholicis, liberis, legitimo matrimonio junctis natus &c. 2. inquirendo in *personam* Ordinandi, an sit corpore vitiatus, bigamus, censuratus &c. 3. In *ætatem*, an eam habeat, quæ requiritur ad Ordinem petitum. 4. *In titulum.* 5. *In vitam & mores* Ordinandi. 6. *In fidem.* 7. Præcipuè etiam *in doctrinam.* *Tertium scrutinium* fit in ipso Ordinationis *ad Diaconatum vel Sacerdotium* actu, & juxta *c. un. h. t.* consistit in summaria illa & extrajudiciali inquisitione Episcopi, Archidiaconum [hodie Sacellanum vel Ceremoniarium] sibi præsentantem Ordinandos interrogantis, *an sciat illos dignos esse*; hujúsque responsione: *Quantùm humanæ fragilitas*

litas

litas nosse sinit, & scio, & testificor ipsos dignos esse ad hujus onus officii.

Q. 2. Unde testimonium qualitatum in secundo scrutinio inquirendarum, dum de iis non constat, petendum? Resp. 1. Testimonium *Natalium, libertatis, generis*, Magistratus loci, ubi natus Ordinandus, vel Parochus; *ætatis* similiter Parochus dare potest; & ita sufficienter hæ qualitates probantur; literas testimoniales *vitæ & morum*, dum Regularis est ordinandus, dant Superiores, testantes eum nullo ad Ordines requisito carere: dum est Ecclesiæ cuidam addictus, Decanus, dum in Academia, Professor & Præfectus. Dum quis ordinandus est ab alieno Episcopo, requiruntur præter alia *testimoniales* morum proprii Episcopi. Trid, *sess. 23. c. 8.* quas Capitulum Sede vacante etiam intra primum annum non arctato subdito suo concedere potest, si is à Papa vel ejus Nuncio habeat facultatem seu *dimissorias*, ut à quocunque Episcopo externo ordinari possit.

Resp. 2. Doctrina probanda est per examen, quod subire debent etiam Regulares ex Trid. Decret. *sess. 23. c. 12. de reform.* nisi privilegio Apostolico gaudeant, quale Societati JESU concessit Gregor. XIII. & confirmavit Paulus V. Constit.. incipient. *Quantum.* edit. *Non. Sept.* 1606.

Q. 3. Quæ sit pœna Ordinatorum sine examine? Resp. 1. juxta *can. 55. dist. 50.* Ordinans scienter habentem impedimentum privatur potestate or-

dinandi; Ordinans ignotum, de cujus habilitate ei non constat, arbitrarie puniendus est.

Resp. 2. Ordinari se faciens sine Scrutinio, seu furtivè se ingerens Ordinandis supendendus est ab exercitio Ordinis furtivè susceptì. *can. fin. dist. 24.* etiamsi aliàs dignus foret: furtivè susciplens uno die duos Ordines majores videtur ipso jure esse supensus. *c. 1. de eo, qui furtivè.*

Resp. 3. Valet tamen Ordo collatus furtivè accedenti vel indigno, licet protestetur Episcopus, se nolle talem ordinare. Ratio, quia protestatio talis ab Episopo fieri tantùm, censetur ad ostendendam suam displicentiam, & quòd nolit ordinare scientur indignum; aliud tamen dicendum, si Episcopus expressam haberet & positivam intentionem, furtivè accedentem vel indignum non ordinandi.

Q. 4. *An Archidiaconus vel alius ejus vices supplens in 3tio Scrutinio, si sciat privatâ scientiâ, aliquem ex Ordinandis laborare impedimento occulto, possit tamen b. f. respondere, scire se dignos, quantùm humana fragilitas nôsse sinit? Resp.* aff. Ratio; quia verba hæc non profert ùt persona privata, & secundùm scientiam privatam, sed secundùm publicam, quam habet ex approbatione Examinatorum, si ipse inter Examinatores non fuit. Interim tamen si ante actum Ordinationis talis defectûs habuisset notitiam, monendus erat vel Ordinans, vel Ordinatus, aut casu quo nihil se profecturum crederet, declinandum

dum pro hac vice officium præsentandi, si possit id fieri.

TITULUS XIII.

De Ordinatis ab Episcopo, qui renuntiavit Episcopatui, vel ab Excommunciato.

Q. 1, *An Episcopus, qui renuntiavit Episcopatui, possit adhuc conferre Ordines? Resp. 1.* Si renuntiavit *loco tantùm*, h. e. curæ seu officio, & administrationi Episcopali, retento tamen Episcopali titulo, non tantùm *validè*, ùt per se patet, sed & *licitè* conferre potest Ordines, etiam majores, cum licentia Episcopi proprii Ordinandorum *c. 1. h. t.* sed non sine illâ; quia propriam diœcesim non habet.

Resp. 2. Episcopus, qui non tantùm renuntiavit *loco* & regimini, sed & *Ordini*, sive executioni Ordinis & dignitatis Episcopalis, *licitè* cum licentia Ordinarii confert primam tonsuram & Minores. Ratio, quia cum etiam non Episcopi v, g. Abbates conferre hæc possint, non censetur his actibus renuntiâsse, cum renuntiatio sit strictè interpretanda: Ordines verò majores etiam cum licentia Episcopi alicujus *licitè* non confert; id enim *c. 1. h. t.* prohibetur. *Valida* est collatio, ut character sic Ordinatis imprimatur, non tamen Ordinis ita susceptі executionem consequuntur. *c. 1. cit.* sed *Ordines*

majores recipiens *scienter* ab Episcopo, qui renuntiavit loco & dignitati, nonnisi à S. Pontifice dispensationem pro executione Ordinis accipere potest. *cit. c. 1.* Si tamen delictum sit notorium. Qui *ignoranter* ignorantiâ scil. non peccaminosâ à tali ordinatus fuisset, posset dispensativè restitui executioni Ordinis à proprio Episcopo *c. 1. cit.* Suspensio hæc ab executione Ordinis censura propriè non est, cum etiam ab ignorante & absque culpa incurratur. Præterea, qui simpliciter renuntiavit Episcopatui, loco tantùm in dubio præsumitur renuntiâsse. Ratio; quia renuntians dignitati Episcopali, ob crimen depositus censetur. Arg. *c. 15. de elect.* excepto casu, quo Episcopus Religionem ingreditur.

Q. 2. *An valida sit collatio Ordinum facta ab Episcopo excommunicato. suspenso, in hæresin lapso &c. Resp.* aff. Ratio, quia talis characterem retinet, ac proin etiam potestatem ordinandi, licèt eam obstante excommunicatione, suspensione &c. licitè non exerceat. Textus *c. 2. & 3. caus. 9. q. 1*, allegatos contra assert. explicant Pirh. Eng. Wiestn, De dispensatione cum Ordinatis ab Episcopo v. g. excommunicato, loquendum. ùt in priori responsione, quamvis varient AA. qualis Episcopus cum ignoranter ordinato ab Episcopo excommunicato dispensari possit, an scil. ipse etiam Episcopus, qui ita ordinando deliquit, post impetratam absolutionem.

TITU-

TITULUS. XIV.

De ætate, & qualitate, & Ordine Præficiendorum, h. e. *promovendorum ad dignitates & beneficia Ecclesiastica.*

Q. 1. *Quæ ætas requiratur ad dignitates, & alia munia Ecclesiastica? Resp.* Ad *S. Pontificatum* nulla ætas jure positivo determinata est, decet tamen omnino, ut in ea saltem ætate sit constitutus, in quâ Christus incepit prædicare. Ad *dignitates Ordinis Episcopalis* 30. anni completi exiguntur *c. 7. in prin. de elect.* eandem ætatem in Cardinalibus requirit P. König *h. n. 2.* ob Trid. verba *sess. 24. c. 1. de reform.* rigorem hunc Sixtus V. temperavit. Ad *Prælaturas Episcopali inferiores* v. g. Præposituras, Decanatus, & *cætera beneficia*, quibus cura animarum *principaliter* est annexa, requiritur annus ætatis 25. *inchoatus*, quia Trid. *sess. 24. c. 12. de reform.* utitur verbo: *qui attigerit* 25tum annum, quod fecisse censetur, qui inchoavit. *Ad dignitates & Personatus, quibus animarum cura annexa non est*, requiritur & sufficit annus 22. ætatis, sed *completus*, ùt coll. ex Trid. cit. *non sit minor 22. annis.* Ad *Canonicatus, Præbendas, & portiones Ecclesiarum Cathedralium* jure novo Trid cit. requiritur ea ætas, ut infra tempus à jure præscriptum, scil. infra annum, initiari valeat eo Ordine, quem requirit Canonicatus vel Præbenda. In Germania consuetudo habet, ut Subdiaconatus, qui plerumque re-

requiritur ad Canonicatus Ecclesiarum Cathedralium, susscipiatur à Canonico, qui ad Capitulum admittitur. Ad *alia beneficia simplicia & inferiora* hodie à Trid. *sess. 23. c. 6. de reform.* requiritur annus ætatis 14. saltem inchoatus; nisi in fundatione aliud statutum sit, cui Trid. noluit derogare. Episcopus *in ætate secundùm Canones universalis Ecclesiæ requisita* ad beneficia dispensare non potest: quia relaxare nequit commune Jus Canonicum, nisi id ei expressè fuerit concessum. Deinde collatio beneficii facta illi, qui caret legitima ætate, est ipso jure nulla, saltem pro foro externo. *c. 14. de elect. in 6.* Ratio, quia facta est inhabili.

Q. 2. Quæ hìc veniant nomine qualitatis requisitæ in præficiendis? Resp. 1. Promovendus habere debet qualitates illas omnes, de quibus *Tit. 11. Q. 3.* dictum, exceptâ *subjectione* (cùm & Clericis extraneis conferri possint beneficia) & *Titulo*; quia optimus Titulus beneficium est: præcipuè autem attendi debet *probitas morum, & scientia literarum*; videri potest desuper *c. 7. de elect. c. 29. de Præb. Clem. 1. h. t. Trid. sess. 24. c. 18. sess. 22. c. 2. sess. 23. c. 18. de reform.* &c. ubi & illud (nim. *sess. 24. c. 1. & 18.* & in Constit. *Pii V. In conferendis*) habetur, digniores non tantùm ad Prælaturas Ecclesiasticas sed & ad beneficia curata assumendos esse.

Resp. 2. Possunt præter prædictas aliæ qualitates requiri, vel ex fundatione, vel consuetudine vel statuto, v. g. ut admittendus ad Canonicatum

catum sit ex certa regione, civitate, familia; imo non tantùm in limine fundationis cum consensu Superioris, sed & per consuetudinem immemorialem induci potest, uti & per statutum à S. Pontifice confirmatum, ut ad certa beneficia soli Nobiles promoveantur, cætera digni, vel si beneficium requirit, digniores. Ratio, quia hoc de se & objecto suo illicitum non est, nec à jure prohibitum.

Resp. 3. Si fiat collatio beneficii cujuscunque excommunicato, suspenso, personaliter interdicto, uti & irregulari cuicunque est ipso jure nulla. De excommunicato habetur. *c. 7. de Cler. excom.* de suspenso. *c. 8. de ætat.* De interdicto & irregulari inde constat, quia neuter illorum officium præstare potest, ergo nec poterit conferri beneficium, utpote quod propter officium datur. Quid de censurâ v. g. occulta laborante dicendum, quod is b. f. beneficium oblatum valeat regulariter acceptare, colligitur ex alibi dictis.

Q. 3. Quis Ordo in præficiendis requiratur? *Resp.* Præscribitur à jure 1. ut nemo, nisi *Clericus* valide recipiat beneficium, adeoque volens tale recipere tonsuram primam saltem habere debet *c. 6. de Transact. c. 2. de Instit.* 2. Ad *Cardinalatum S.R.E.* requiritur Ordo illorum gradui, qui triplex est, competens. 3. In *Episcopum* eligendus saltem per 6. menses antecedenter in S. Subdiaconatûs Ordine constitutus fuisse debet. *Trid. sess. 22. c. 2. de reform.* 4. Ad dignitates Ecclesiasticas Episcopatu inferiores, curam tamen animarum

vel

vel jurisdictionem fori externi habentes, ùt sunt Abbatiæ, Decanatus &c. Item ad beneficia Parochialia aut Curata,, necessarius est Ordo Presbyteratûs vel actu susceptus, vel intra annum suscipiendus. *c. 1. h. t. Clem. 2. eod. c. 14. de elect. in 6.* 5. Ad Canonicatus Ecclesiarum Cathedralium Trid. *sess. 24. c. 12. de reform.* exigit Ordinem vel Presbyterii (quo mediam partem Canonicorum vult esse initiatam) vel Diaconatûs, vel Subdiaconatûs. Hæc tamen constitutio Trid. non videtur in Germania esse usu recepta.

TITULUS XV.

De sacra Unctione.

Q. 1. *Quid h. intelligatur per sacram Unctionem & quotuplex ea sit?* *Resp.* ad 1. Intelligitur h. per Unctionem sacram materialis olei olivarum ab Episcopo benedicti vel puri, vel balsamo mixti (quod *Chrisma* dicitur) delibutio facta secundùm ritum Ecclesiæ. Oleum *purum* sive simplex aliud est *Catechumenorum*, aliud *Infirmorum.*

Resp. ad 2. Unctio duplex est, una *interior, invisibilis, spiritualis*, quæ fit in anima per Spiritum S. altera *exterior, visibilis & materialis*, quæ fit in corpore, & est signum interioris. Complectitur hæc 7. Unctiones scil. 1. in Consecratione Episcopi, 2. In Ordinatione Sacerdotum. 3. In Baptismo. 4. In Confirmatione.

5. In

5. In Sacramento extremæ Unctionis. 6. In Conſecratione Altaris, templi, calicum. 7. In inunctione Imperatoris & Regum. *c. un. h. t.*

Q. 2. Qualiter fiant hæ Unctiones? Reſp. 1. Unguntur Epiſcopi in ſua Conſecratione S. Chriſmate in capite & manibus à Metropolitano vel alio Epiſcopo duobus aliis Aſſiſtentibus. 2. Sacerdotes in ſua Ordinatione oleo ſimplici benedicto in manibus. 3. Baptizandi ante Baptismum oleo ſimplici Catechumenorum in pectore & ſcapulis, poſt Baptismum S. Chriſmate in vertice. 4. Confirmandi unguntur S. Chriſmate *ordinariè* ab Epiſcopo in fronte, extraordinariè & ex commiſſione S. Pontificis à ſimplici Sacerdote. 5. Moribundi oleo infirmorum in oculis, auribus, naribus, labiis, manibus, pedibus à Sacerdote ſuper ægrotum deprecante. 6. Eccleſia in parietibus, dum conſecratur ab Epiſcopo: altaria priùs oleo ſimplici, deinde Chriſmate in cornibus ordinariè ab Epiſcopo vel alio Privilegiato. 7. Imperator, & Reges oleo Catechumenorum unguntur in dextero brachio, ſeu humero, vide *c. 39. de elect.*

Q. 3. Quomodo hæ Unctiones inter ſe diſtinguantur? Reſp. 1. Unctio Imperatoris & Regum, nec Sacramentum, nec Sacramentalis eſt, utpote nec per ſe gratiam cauſans, nec ad Sacramentum aliquod perficiendum vel ſuſcipiendum ordinata. Idem eſt de Unctione rerum quarundam Eccleſiaſticarum.

Reſp. 2. Unctio neutra, ſcil. nec *oleo Catechumenorum* facta ante, nec *Chriſmatica* poſt baptiſmum eſt de ſubſtantia baptiſmi, Ratio, quia

ùt patet, in neceſſitate ſine ulla Unctione etiam à Laicis validè & licitè baptiſmus confertur.

Reſp. 3. Unctio in *Confirmatione* (quæ L. N. Sacramentum eſt, quo baptizatis ſpiritualis gratiæ augmentum & robur confertur per Chriſmatis in fronte unctionem ſub certa verborum forma, ad Chriſtianam fidem fortiter profitendam) eſt de neceſſitate & eſſentia hujus Sacramenti tanquam materia proxima, *Trid. ſeſſ. 7. can. 1.* Materia remota eſt oleum olivarum balſamo mixtum, quæ admixtio balſami licèt ſit de neceſſitate præcepti, probabiliùs tamen non eſt de neceſſitate Sacramenti. *c. 1. de Sacram. non iterand.* An utì adminiſtratio Confirmationis, ſic & confectio Chriſmatis ſimplici Sacerdoti *à Papa* committi poſſit, variant AA. poſterioris nullum, prioris exempla aliqua habemus.

Reſp. 4. Nec *Unctio Sacerdotis*, nec *Unctio Chriſmatica* in Conſecratione Epiſcopi adhiberi ſolita eſt de eſſentia Sacramenti Ordinis & Conſecrationis Epiſcopalis. *c. un. pr. h. t.* eſt tamen hic explicandum. *c. fin. de Sacram. non iterand.*

Reſp. 5, *Unctio extrema* Sacramentum eſt N. L. ad ſalutem mentis, vel etiam corporis per unctionem olei, & orationem Sacerdotis homini ægrotanti, & de vita periclitanti, à Chriſto Domino ordinatum. *Jac. 5. ℣. 14. & 15.* Itaque materia *remota* hujus Sacramenti eſt oleum olivarum benedictum, *ordinariè ab Epiſcopo* eodem anno. Flor & Trid. *ſeſſ. 14. c. 1. & 2. de extrem. unct.* Poteſt tamen benedicto miſceri non benedictum

dictum in minori quantitate. *c. 3. de Consecr. Eccles.* Potest item urgente necessitate vetus adhiberi, quoad novum ab Episcopo petitum mittatur. *DD. com.* Materia *proxima* est unctio 5. sensuum. *Forma* consistit in verbis illis: *Per istam S. Unctionem &c. Subjectum* est homo viator, baptizatus, ratione aliquando usus, in *infirmitate lethali* constitutus. *Minister* est Sacerdos, *quicunque*, ut *validè*; proprius Parochus, vel cum ejus licentia, ut *licitè* conferatur.

TITULUS XVI.

De Sacramentis non iterandis.

Q. 1. *Quænam Sacramenta & cur non iteranda?* *Resp.* Ex 7. L. N. Sacramentis tria scil. *Baptismus, Confirmatio, & Ordo* sine Sacrilegio reiterari non possunt. Est de fide definitum in Flor. *& Trid. sess. 7. can. 9.* Idem habet Aug. de Confirmatione & Baptismo *L. 2. contra ep. Petiliani. c. 104,* de Ordine *L. de bon. conjug. c. 24.* idque procedit, etsi Sacramenta hæc suscipiantur fictè, id est, cum scientia peccati mortalis, TT. communiter. Et licèt hic titulus loquatur de 3. prædictis Sacramentis, potest tamen etiam intelligi de reliquis, ut in eorum collatione nihil iteretur; v. g. eadem hostia non bis consecretur. In *dubio rationabili*, num Sacramentum sit validè collatum, potest, imo *baptismus* ob summam suam necessitatem, *Ordo* ob periculum invalidè administrandi alia Sacramenta, debet sub conditione de novo conferri. Ratio, quia tum in du-

bio præferenda est opinio animabus favens, tum quia hoc pacto nulla Sacramentis irreverentia irrogatur, quam satis tollit adjecta conditio ex rationabili causa.

Resp. 2. Ratio absolutæ non reiterabilitatis trium horum Sacramentorum est, quòd indelebilem characterem imprimant, & immediatè ac directè homo per ea cultui divino auctoretur ac consignetur. In Baptismo etiam speciales sunt congruentiæ.

Q. 2. Quid faciendum, si quid in administratione Sacramentorum omissum? Resp. 1. Si quid omissum est substantiale, v. g. affusio aquæ in Baptismo, tunc *omnibus* substantialibus adhibitis denuò conferri Sacramentum debet: nec hoc casu ipsum Sacramentum reiteratur. *c. fin. de Presb. non baptiz.*

Resp. 2. Si quid omissum *accidentale*, ex præcepto tamen Ecclesiæ, ejúsve usu & praxi adhibendum (v. g. in Baptismo unctiones, exorcismi &c.) id cautè, cum debitâ scil. reverentiâ & evitatione scandali supplendum. Vide *Resp. 2. 3. 4.*

Q. 3. Tit. præced. Id notandùm, quòd *scienter iterans Baptismum* tum conferendo, tum recipiendo irregularitatem incurrat. *c. 2. de Apostat. can. 10. caus. 1. q. 7.*

TITULUS XVII.

De Filiis Presbyterorum Ordinandis vel non.

Q. 1. Quinam filii Presbyterorum arceantur ab Ordinibus? Resp. 1. Non arcentur ab Ordini-

dinibus filii geniti ex justis nuptiis à patre, antequam is ad S. Ordinem fuerit promotus. Ratio, quia hi omni jure legitimi sunt. 2. Nec procreati à Presbyteris aut Diaconis Orientalis Ecclesiæ post susceptum à parente S. Ordinem ab Ordinibus arcentur, etiam inter Latinos. *c. 6. de Cler conjug.* Ratio, quia in Orientali Ecclesia votum continentiæ S. Ordinibus annexum non est. 3. Soli ergo & omnes ii, qui in Ecclesia latina, etiam ex propria & legitima uxore procreati sunt à patre post susceptum ab eo de consensu uxoris S. Ordinem sunt irregulares, ut neque ad Ordines, neque si forsan ordinati jam sint, ad ullum beneficium Ecclesiasticum, nisi prius habilitentur, valeant promoveri. *c. 1. & & in 6. h. t.*

Q. 2. An filii Presbyterorum arceantur à beneficiis Ecclesiasticis? Resp. 1. Filii Presbyterorum, & juxta decis. Rotæ Clericorum aliorum *illegitimi*, etiamsi dispensationem super defectu natalium obtinuerint, obtinere tamen non possunt *ullum* beneficium, vel quoquo modo *ex officio* ministrare in Ecclesia, in qua ipsorum pater beneficium aliquod *quodcunque* habuit. *c. 2. 3. 4. 15. & 16. h. t.* quorum dispositionem Trid. *sess. 25. c. 15. de reform.* renovavit, in detestationem *paternæ incontinentiæ.*

Resp. 2, Filii Clericorum *etiam legitimi* (id est hic, legitimo matrimonio nati) absque dispensatione *Papæ* incapaces sunt ad *immediatè*, nullà scil. personâ extraneâ mediante - obtinenda *beneficia, quæ patres eorum in titulum*, sive cum jure

in re obtinuerunt; idque ad tollendam *speciem ſucceſſionis hæreditariæ.* Trid. *ſeſſ. 25. c. 7. de reform.* Huc referenda ſunt, quæ Engel *h. n. 3.* & alii tradunt, num Pater in beneficio filii, frater in fratris, nepos in avi beneficio immediatè poſſit ſuccedere? it. quæ circa beneficia reſignata, ut ea non poſſint conſanguineis vel *admittentium,* ùt ait Bulla Pii V. *Quanta.* vel *ſuis,* ùt habet Declarat. Card. à Garc. cit. conferri.

Q. 3. Quid de aliis illegitimis dicendum? Reſp. 1. Illegitimi omnes, ſive ſint *naturales tantùm,* h. e. ex ſimplici fornicatione nati; ſive *ſpurii,* ſeu prognati à parentibus, inter quos ob impedimentum dirimens nec conceptionis, nec nativitatis, nec intermedio tempore matrimonium conſiſtere poteſt; hi, inquam, omnes ſine habilitatione ſunt irregulares, & ad Ordines nequeunt promoveri *c. 1. ✠ & c. fin. h. t. in 6. can. 1. diſt. 56.* Ratio eſt tum ob excellentiam ſtatûs Clericalis: tum in deteſtationem paterni criminis: tum ob juſtum timorem, ne tales paternæ incontinentiæ ſint imitatores. Non tamen extenditur reſponſio ad illegitimos factos Religioſos, qui *emiſſâ Profeſſione, vel votis verum Religioſum conſtituentibus,* absque alia diſpenſatione juxta *c. 1. h. t.* ad *Ordines* etiam *ſacros* promoveri poſſunt; non verò ad Prælaturas *c. 1. junct. Gloſſ. ✠. Prælationem. h. t.* ad quas neque fœminæ Religioſæ citra diſpenſationem evehi poſſunt, ſi vitio originis laborent. *c. 9. de elect. in 6.*

Q. 4.

Q. 4. Quot modis illegitimi habilitari possint? Resp. Illegitimi habilitari, & capaces fieri possunt Ordinum & beneficiorum 4. modis: vel 1. per subsequens matrimonium, de quâ legitimatione plura ad *tit. 17. Libri. 4. Decret.* vel 2. rescripto Papæ, aut legitimatione eorum, qui potestatem legitimandi Canonicè à Pontifice acceperunt. Vel 3. Professione Religiosâ de quâ modò dictum 4. Dispensatione, quam quoad *Ordines majores*, beneficia curata & dignitates concedit solus S. Pontifex *c. 1. h. t. in 6. & c. fin.* ☞. Si tamen defectus sit occultus, probabiliter etiam Episcopus. arg. Trid. *sess. 24. c. 6. de reform.* Ubi & illud notandum, quòd *legitimatio differat à dispensatione?* quia *legitimatio* est quædam habilitas reddita personæ, illiusque veluti ad primævam naturam restitutio; dispensatio verò respicit effectus, radicali personæ inhabilitate remanente; ac proin legitimatio *latè*, dispensatio *strictè* est interpretanda.

TUTILUS XVIII.

De Servis non Ordinandis & eorum manumissione.

Q. 1. An & qualiter servi prohibeantur ab Ordinibus? Resp. 1. Servi propriè dicti (quales non sunt famuli pro annua mercede servientes; & in sensu ac usu juris verè sunt liberi, sed qui jure gentium contra naturalem libertatem do-

minio noſtro ſubjiciuntur vel *nativitate* ex matre ſerva, vel *captivitate*, vel *venditione ſui ipſius*, vel juxta *L. 2. C. de libert. revocatione liberti in ſervitutem*) hi inquam, ſervi ob defectum libertatis irregulares ſunt, & ordinari prohibentur. *tot. tit. h.* & præcipuè *c. 1. & 5.* Ratio eſt, præjudicium & injuria Domini, dignitas Clericalis, & vilitas ſervilis &c.

Reſp. 2. *Liberti*, h. e. ex ſervitute juſta manumiſſi, ſi ſimpliciter ſint manumiſſi, licitè ordinantur, ſecus, ſi cum retentione obſequii *temporalis*; cum juxta *can. 7. diſt. 54.* promovendi ab omni jugo Dominico debeant eſſe liberi.

Reſp. 3. *Adſcriptitii* h. e. qui alicui fundo colendo adſcripti & perſonaliter obligati ſunt; item *Originarii*, quì ſcil. ex talibus adſcriptitiis nati ſunt: & homines *proprii* vulgò dicti **Leibeigene** absque conſenſu & manumiſſione Domini licitè non ordinantur. Ratio, quia licèt abſolutè ſint homines liberi, in iis tamen pleraque locum habent, quæ à Ss. Canonibus de ſervis non ordinandis ſunt conſtituta, Accedit praxis, quâ tales vel conſenſum Dominorum vel manumiſſionem in ſcriptis Epiſcopo exhibent.

Q 2. Quid ſi ſervus, antequam donatus ſit libertate, promoveatur ad Ordines? Reſp. 1. Si ſciente & non contradicente Domino ordinatus quis fuerit, etiam in Clericum primæ tonſuræ tantùm, eo ipſo fit & manet liber. *c. 20. diſt. 54.*

Reſp. 2. Si ignorante Domino, & multò magis ſi contradicente ſervus ordinatus fuerit tantùm

Mi-

Minoribus, non modò graviter ob irrogatam Domino injuriam peccat, ſed & manet ſervus, & Dominus eum vindicare poteſt intra annum, neque fori aut Canonis privilegio gaudebit *c. 2. h. t.*

Reſp. 3. Si ſervus ignorante vel contradicente Domino ſuſcepiſſet Diaconatum aut Subdiaconatum ab Epiſcopo ſciente, illum eſſe ſervum, ſervus efficitur liber, Epiſcopus autem ordinans, vel is, qui teſtimonium dedit, tenetur Domino dare duos ſervos æque bonos, vel ſolvere duplum pretium. *c. 19. diſt. 54.* Si verò nec Epiſcopus Ordinans, nec promotor ſcivit eſſe ſervum, Ordinatus Domino loco ſui reddere tenetur alium ſervum æqualem, vel ex proprio peculio ſe redimere; quodſi neutrum præſtare poſſit, redigi à Domino poterit in priſtinam ſervitutem; unde ſuſpenſus erit ab officio ſacro, non tamen à voto caſtitatis. *c. 9. diſt. 54.*

Reſp. 4. Si ſervus ignorante vel contradicente Domino fecit ſe ordinari *in ſacerdotem*, non poteſt iterum reduci in ſervitutem, ſed peculium amittit, illùdque Domino cedit; ſi nullum habet, per miniſteria ſacra ſatisfacere Domino pro poſſe obligatur. *c. 9. & ſeq. diſt. 54.*

Quæri 3. hìc poteſt; an filius familias conſenſum Patris ad ſuſcipiendos Ordines S. neceſſarium habeat? Reſp. De *honeſtate* eſt, illum requirere; non de *neceſſitate*. Item: *an Clericatus liberet à poteſtate patria? Reſp.* Neg exceptâ dignitate Epiſcopali, *L. 34. & Auth. ſeq. C. de Epiſc. & Cler.*

TITULUS XIX.

De obligatis ad Ratiocinia Ordinandis, vel non.

Q. 1. *Quinam hoc titulo prohibeantur ab Ordinibus? Resp.* 1. Qui ob publicam administrationem bonorum Reip. obligati sunt ad ratiocinia, ùt sunt Quæstores. Tributorum susceptores. *can. un. dist. 53.* 2. Obligati ad administrationem privatam, ùt sunt Tutores, Curatores, Procuratores. *c. un. h. t.* 3. Alii quicunque administratione aut negotiatione sæculari obstricti, non conveniente statui Clericali, quales sunt obligati militiæ, Vasalli ad obsequia personalia Ordini Clericali repugnatia obligati &c. Qui omnes & his similes ordinandi non sunt, nisi priùs hujusmodi administrationes deposuerint, & simul rationes reddiderint? quia utrumque *c. un. h. t.* requirit. Rationes hujus Constitutionis sunt v. g. quia Officiales ejusmodi in reddendis rationibus doli convinci, & litibus vexari possunt, quod cederet in grave damnum & infamiam Ecclesiæ. Quia non tam amore divini obsequii, quàm ratiocinia & forum sæculare fugiendi Ordines suscipere præsumuntur, &c.

Resp. 2. Nomine obligatorum ad ratiocinia non veniunt, adeóque licitè ordinantur ii, qui officia habent & administrationes, etiam à Clericis laudabiliter exerceri solitas; quales sunt Procuratores & Tutores personarum miserabilium;

ad-

administratores Ecclesiæ in temporalibus etiam: qui legitimam agnatorum tutelam habent: Principum Cancellarii, Consilarii, imo etiam causarum civilium judices. *V. Pirh. h. n. 3. Deinde* non veniunt administratores in *Resp.* 1. nominati, si depositа administratione principalibus suis idoneè cáverunt de solutione. *L. 6. §. 1. ff. de Muner. & honorib. Demum* non illi, qui aliis ex promissione, mutuo, emptione, alióve contractu ortam ad ratiocinia obligationem habent. Ratio, quia eos ab Ordinibus removendos nullo jure expressum est. Si tamen talibus his foret mota de dolo, repellendi essent ab Ordinibus. Ratio datur in *§. 2. Inst. de pœn. tem. litig. L. 1. & 6. §. 5. ff. de his. qui not. infam.*

Q. 2. Quid juris, casu quo obstrictus ratiociniis est ordinatus? & an ratiociniis obligatus arceatur quoque ab Ordine religioso? Resp. ad 1. Ordinatus deberet cedere bonis suis, ita tamen, ut ei relinquatur competens sustentatio: vel compellendus est ab Episcopo, ut alio modo, si possit, satjsfaciat: imò ipse Episcopus scienter Ordinans invitis creditoribus his satisfacere tenetur; quia est causa principalis damni.

Resp. ad 2. Aff. ita expressè statuente Sixto V. in Bulla: *Cum de omnibus* edit. *Cal Decembr.* 1586. quæ tamen per Constit. Clement. VIII. *In Suprema.* reducta est ad terminos juris communis, quoad illud punctum, quo statuebat, nullam esse Professionem ratiociniis obligati.

TITULUS XX.

De Corpore vitiatis Ordinandis, vel non.

Q. 1. *An & qui ob vitium corporis incapaces sint Ordines suscipiendi? Resp.* 1. Vitiatos corpore repelli ab Ordinibus constat. *tot. h. tit. & c. 4. & seq. dist. 55.* præsertim si defectus aut vitium tale sit, per quod vel absolutè, vel congruus saltem usus Ordinis, præprimis celebratio Missæ impediatur.

Resp. 2. Vitiati corpore sunt in triplici differentia: alii dicuntur *debiles*, qui membrum aliquod habent ad sacrum ministerium inutile, v. g. manum aridam oculum cæcum; vel qui continuo gravi morbo laborant, v. g. paralysi. *Alii deformes*, qui enormem habent maculam, vel membri alicujus defectum, excessum, contractionem distorsionem. Alii *mutilati*; qui carent aliquo membro, quale dicitur ea pars corporis, quæ ad certum officium à natura deputata, distinctam in corpore operationem habet; ùt sunt lingua, oculus, auris, manus non digitus.

Q. 2. Qui in specie DEBILITATI *prohibeantur à susceptione Ordinum? Resp. 1. Cæci*, h. e. vi tantùm visivâ carentes, licèt utrumque oculum sine deformitate habeant; non tamen lippi, lusci, aut citra notabilem deformitatem oculis distorti; nec etiam in oculo sive dextro, quod certum, sive sinistro oculo seu Canonico, si de cætero sit integer, vi solùm visivâ destituti sunt

irre-

irregulares. *Engel. h. n. 5.* 2, Prohibentur ab Ordinibus *ſuſcipiendis* ſurdi & muti, licèt aures & linguam habeant. *c. 77. Apoſt.* non ſurdaſtri, nec, regulariter loquendo, balbutientes. 3. Qui ſtandi vel ambulandi facultate deſtitutus, aut nanus eſt, ut brachia ad miniſterium altaris attollere ſufficienter non poſſit. 4. Paralytici & podagrici *quaſi continui*, leproſi, lunatici, epileptici, dæmoniaci &c. Et prædicti ſunt probabiliùs ita irregulares, ut etiamſi absque notabili indecentiâ alias functiones Sacerdotum (exceptâ celebratione Miſſæ) aut inferiorum Ordinum exercere poſſint, non tamen valeant ordinari. Ratio, quia impeditus à celebratione ob vitium vel defectum corporis, *abſolutè* eſt irregularis, adeóque ab omni Ordine excluſus.

Q. 3. Quinam DEFORMES prohibeantur à SUSCEPTIONE Ordinum? Reſp. 1. Ii, quibus *erutus* eſt unus oculus, quia id absque notabili deformitate nequit contingere; etiamſi habeant oculum fictitium. *Engel h. t. n. 6.* 2. Qui naribus vel auriculis truncati ſunt. 3. Utroque vel altero pede carentes, aut valdè deformiter claudicantes. 4. Monſtruoſi, quales ſunt Hermaphroditi, etſi ſexus virilis prævaleat, &c. 5. Judicare utrùm deformitas ſit notabilis, adeóque promotionem ad Ordines impediat, pertinet ad *Epiſcopum*; ſi *certa* ſit *irregularitas* ex vitio corporis proveniens diſpenſat *regulariter* ſolus S. Pontifex, rarò tamen ob periculum irreverentiæ Sacramento inferendæ.

Q. 4. Quinam MUTILATI impediantur à ſuscipiendis Ordinibus? Reſp. Qui culpa propria ſe vel toto membro, vel ejus parte mutilârunt, vel mutilationem procurârunt etiamſi mutilatio Ordinem non impediat, neque deformitatem inferat, quia v. g, membrum eſt occultum, non poſſunt ordinari; non ab deformitatem, ſed ob ſævitiam in ſe exercitam. *c. 4. & 6. diſt. 55. c. 3. h. t.* Huc referuntur, qui ſe ipſos caſtraverunt, vel id permiſerunt, ſive ſtudio caſtitatis *c. 1. diſt. 55. c. 4. h. t.* vel causâ ſervandæ vocis. atg. *can. cit. & c. 5. h. t.* Non tamen, qui vel inviti, vel inſcii quid ſimile paſſi ſunt. Ratio, quia tunc ceſſat omnis cauſa, imponendi irregularitatem.

TITULUS. XXI.

De Bigamis non Ordinandis

Q. 1. *Quid ſit Bigamia & quotuplex? Reſp. ad* 1. Eſt iteratio matrimonii conſummati, ſeu diviſio carnis in plures *ſucceſſivè* uxores, inducens irregularitatem, non ob culpam [licita eſt enim & trigamia] ſed quia tale ſecundum matrimonium conſummatum patitur defectum in ſignificatione Sacramentali matrimonio aliàs propria juxta Apoſt. *Eph. 5.*

Reſp. ad 2. Bigamia paſſim dividitur in *propriam* ſeu *veram, interpretativam, & ſimilitudinariam.*

Q. 2. Quid ſit Bigamia vera & quando contrahatur? Reſp. Bigamia vera eſt, dum quis ſucceſſivè cum duabus validè contraxit. *c. fin. diſt. 26.*

c. 5.

c. 5. h. t. Sive utramque ante; sive unam ante & alteram post, sive utramque post Baptismum duxerit. Ratio, quia irregularitas hæc non est in pœnam, sed ob defectum significationis Sacramentalis. Hinc ad Bigamiam requiritur, ut sit *matrimonium* cum pluribus contractum, per *sponsalia* enim cum pluribus secutâ etiam copulâ non inducitur bigamia; uti nec tum, siquis cum meretrice una vel pluribus. sive in sive extra matrimonium, fornicatus fuerit, quia talis non divisit carnem in plures *maritali affectu*, quod *c. 6. h. t.* requiritur. *Deinde* requiritur, ut *matrimonium sit consummatum*, qui enim vel cum priore, vel posteriore non consummaret, irregularitatem non contraheret. Demum ad *veram* bigamiam requiritur, ut sit *verè & validè* contractum secundum matrimonium, si enim alterutrum sit invalidum, bigamia tantùm *interpretativa* inducitur; imò si invalidum sit ex defectu consensûs, in foro *interno* ne illa quidem, ùt notat Engel *h. n. 5.*

Q. 3. Quid sit bigamia interpretativa, & quomodo contrahatur? *Resp.* Est quæ fictione juris censetur iteratio matrimonii, etsi revera talis non sit. Contrahitur 1. si quis ducit in uxorem & cognoscit viduam à priore marito cognitam, aut etiam non viduam ab *alio* tamen priùs corruptam, sive sciverit, sive non sciverit, *c. 2. dist. 33. c. 9. 10. 13. dist. 34.* Secus est, si ducat à se extra matrimonium cognitam, quia mulier talis carnem in plures non divisit. Pirh. *h. n. 13.* adducit rationes, cur hæc bigamia non incurratur à

cor-

corrupto ducente virginem, ſed tantùm ab eo, qui corruptam ducit. Contrahitur 3. dum qui defacto init duo matrimonia ob impedimentum dirimens invalida, vel unum validum, alterum invalidum, & utrumque conſummat; talis enim habendus eſt pro *quaſi* bigamo & irregulari ob affectum intentionis opere ſubſecuto. *c. 4. h. t.* qui caſus bene notandus.

Q. 4. Quid ſit bigamia ſimilitudinaria. & quomodo contrahatur? Reſp. Eſt, quando quis antecedenter nunquam conjugatus poſt Profeſſionem religioſam, vel ſuſceptionem S. Ordinum cum unica Virgine contrahit vel potiùs attentat contrahere matrimonium, ſecutâ copulâ. *c. 1. & 2. qui Cler. vel vovent. c. 4. de Cler. conjug.* Ratio ſimilitudinaria in hoc conſiſtit. quòd adſtrictus voto caſtitatis ſolenni ſpirituali quodam matrimonio cum Chriſto & Eccleſia conjunctus ſit, & hinc attentatio dein matrimonio carnali, ſecutâque copula fit ob quaſi bigamiam irregularis.

Q. 5. An & quis diſpenſare poſſit cum bigamis? Reſp. ad 1. Aff. Diſpenſari poteſt. Ratio, quia eſt tantùm impedimenrum jure humano inductum. *Reſp.* ad 2. A Papa, eóque *regulariter* ſolo, poteſt diſpenſari in bigamiâ verâ interpretavita. *c. 3. & fin. h. t.* qui tamen difficulter diſpenſat. Debet autem in petitione diſpenſationis exprimi, quâ diſpenſandus bigamiâ laboret. In ſimilitudinaria, ſaltem poſt peractam pœnitentiam, Epiſcopus. *c. 4. de Cler. conjug.* & juxta dicta probabiliùs etiam in verâ & interpretativa bigamia diſpenſat Epiſpopus, ſi

oc-

occulta sit. Pari cum Episcopo potestate gaudent Superiores regulares, jurisdictionem quasi Episcopalem in subditos suos exercentes.

TITULUS XXII.

De Clericis Peregrinis.

Q. 1. *Quinam hìc veniant nomine Clericorum peregrinorum, & quid de iis in jure statutum? Resp.* ad 1. Licèt omnes extranei, sive qui non sunt de diœcesi, in qua morantur, peregrini dicantur hic tamen præcipuè Clerici peregrini dicuntur, qui sunt ignoti, vagi, venientes ex locis remotis. *Resp.* ad 2. De utrisque statutum est 1. ut non conferantur iis quicunque Ordines sine dimissoriis *c. fin. de tempor. Ord in 6.* 2. Ut non admittantur ad superiorem Ordinem ascendere, nisi præter *dimissorias* habeant etiam *literas formatas*, sive Ordinum susceptorum testes *c. 1. h. t.* De Clericis ignotis statutum est Trid. *sess. 23. c. 16. in fin. de reform.* ut non admittantur ad exercendos suos Ordines & præcipuè ad celebrandas Missas, nisi instructi sint *litteris commendatitiis* suorum *propriorum* Episcoporum, quæ literæ continere debent testimonium morum, legitimæ Ordinationis, & carentiæ impedimenti celebrationi obstantis. *c. 7. dist. 71, c. 3. h. t.*

Q. 2. *An Episcopus Sacerdotibus aliisque Clericis diœceseos suæ peregrinari vel alìo discedere volentibus commendatitias negare possit? Resp.* 1. Quòd negare possit Clericis obtinentibus beneficium requirens residentiam, si velint ultra tempus à jure indultum

abire

abire peregrè, neque juſta cauſa ſubſit, neque Vicarius idoneus ſubſtituatur, certum eſt.

Reſp. 2. Epiſcopus tenetur *per ſe loquendo* aliis Clericis non habentibus beneficium ſtabile dare literas commendatitias, ſi has ex peregrinationis, domicilii, aut diœceſis mutandæ causâ petant. Laym. *in c. 1. h. t. & Wieſtn. n. 6.* Ubi tamen datum ab utroque monitum obſervandum.

Q. 3. Quid dicendum de Clerico ignoto, qui commendatitias amiſit, illásve hoſtibus patriam occupantibus non potuit obtinere? *Reſp.* Ut talis Clericus admittatur ad celebrandum, debet per teſtes idoneos, qui dictas literas perlegerunt, tam earum amiſſionem, quam tenorem probare; vel his deficientibus, per famam, cõmunem opinionem, &c. *c. 2. h. t.*

Reſp. 2. Deficientibus ſimilibus argumentis non admittitur Clericus ad celebranda divina, licèt paratus ſit jurare, legitimè ſe ordinatum. *c. 2. h. t.* Ratio, tum quia ſponte ſe offerens ad juramentum ſe reddit ſuſpectum. *L. 3. in princ. ff. de jurejur.* tum quia juramentum in ſupplementum probationis non defertur, niſi dum vel ſemiplena probatio, vel præſumptio ſtat pro aliquo. *arg. c. fin. de jurej.*

Reſp. 3. Talis tamen Clericus peregrinus, niſi ſit ſuſpectus de fictione, poteſt admitti ad privatim celebrandum. *c. 3. h. t.* quia caſu quo Sacerdos non eſſet, ſe tantùm deciperet, quod non præſumitur. Cæterùm cum Trid. utatur conjunctim terminis, *vagi & ignoti*, ii qui ex vicinis diœceſibus veniunt, paſſim citra omnem probationem aut literas ad celebrandum admittuntur.

TI-

TITULUS XXIII.

De Officio Archi-Diaconi.

Q. 1. *Quis dicatur Archi-Diaconus? Resp.* 1. *Archi-Diaconus*, Græca vox, *primum seu Principem Diaconorum* significat. Primis Ecclesiæ temporibus Archi-Diaconus ille dicebatur, qui ex 7. Diaconis in singulis urbibus, quibus Episcopus præficiebatur, constitui solitis, cæteris erat antiquior; ad quos & ad Hypodiaconos solos Archi-Diaconi potestas se extendebat. Postea Archi-Diaconatus prima post Episcopalem *dignitas* (scil. strictè dicta) fuit in Ecclesia Cathedrali, extendente se Archi-Diaconi potestate ad universum Clerum sæcularem *c. 1. h. t.* ita ut licèt *Ordine* minor, major tamen *jurisdictione* fuerit Archi-Presbytero. Hodie cujuslibet Ecclesiæ consuetudo attenditur, quâ factum, ut alicubi nullus sit Archi-Diaconus, sed ejus subeat officium Archi-Presbyter, Officialis, aut Vicarius Generalis; alibi nomen tantùm gerat cum præeminentia, sed absque jurisdictione; ubi adhuc observatur jus commune.

Resp. 2. Differt Archi-Diaconus à Vicario Generali, quòd, licèt uterque vices Episopi in foro externo suppleat, Archi-Diaconus tamen sit Vicarius Episcopi natus, intitulatus, perpetuus; Vicarius Generalis solummodo datus & temporalis. 2. Quòd jurisdictio Archi-Diaconi *directè* & in specie descendat à jure, non jurisdictio Vi-

carii Generalis. 3. Quòd Archi-Diaconus subordinatam quidem Episcopo, propriam tamen habeat jurisdictionem & proprium tribunal ab Episcopi tribunali distinctum; non Vicarius Generalis. *c. 3. in prin. de Apell. in 6.*

Q. 2. Quid Archi-Diaconus vi officii de jure communi facere possit, quid non? Resp. ad primum 1. Cura Archi-Diaconi ad totam diœcesin se extendit. *c. 1. h. t.* 2. Officium divinum mediante Primicerio rectè ordinat. *c. 2. h.* 3. Habet curam primariam & generalem vasorum sacrorum & thesauri Ecclesiæ. *c. 3. h.* 4. Restaurat Ecclesias, *c. 1. h. t.* easque visitat. *c. 6. h.* hodie tamen vi Trid. *sess. 24. c. 3. de reform.* nonnisi de consensu Episcopi. 5. Quæ corrigenda sunt in Episcopatu, corrigit. *c. 9. h.* 6. Promovendos ad S. Ordines & beneficia examinat. *c. 9. h. t.* Trid. statuit *sess. cit. c. 18.* ut per deputatos ab Episcopis talia examina fiant. 7. Post decretam ab Episcopo immissionem in possessionem actualiter & corporaliter immittit Abbates, beneficiatos, Abbatissas *c. 9. cit.* 8. Audit iurgia Clericorum, déque iis, & aliis causis levioribus cognoscit & judicat. *c. 1. h. t.*

Resp. ad 2dum. 1. Sine speciali Episcopi mandato non committit curam animarum, & sic non habet institutionem *authorizabilem. c. 4. h. t. 2.* Non potest dare dimissorias ad suscipiendos alibi Ordines. *c. 8. h.* 3. Non habet jurisdictionem in Regulares & monasteria etiam non exempta *c. fin. h. t.* 4. Non subsunt jure communi & proprio ejus examini causæ matrimoniales, criminales,

les, beneficiales, quæ per Trid. *sess. 24. c. 20. de reform.* reservatæ sunt Episcopo. 5, Non excommunicat, nec suspendit, aut interdicit. *c. 5. h. t.* nisi vel consuetudine vel ab Episcopo obtinuerit, quo sensu intelligitur *c. 7. de præb.*

TITULUS XXIV.

De Officio Archi-Presbyteri.

Q. 1. *Quis dicatur Archi-Presbyter?* *Resp.* Qui reliquis Presbyteris in iis, quæ Sacerdotalis officii sunt, cum imperio præest. *c. 1. h. t.* Archi-Presbyter dicitur quasi *primus Sacerdotum*; alio nomine appellatur *Decanus.* Alius est *Archi-Presbyter Urbanus vel Civitatensis,* qui in civitate Episcopali omnibus Ecclesiæ suæ Presbyteris præest, sive sit *Ecclesia Cathedralis, sive Collegiata.* Alius *ruralis sive forensis* (idem est ac *Decanus ruralis*) qui extra civitatem Episcopalem tum plebis, tum Parochorum, aliorúmque Clericorum per minores Ecclesias & titulos habitantium curam gerit.

Q. 2. *Quodnam sit officium Archi-Presbyteri Civitatensis sive Decani Ecclesiæ Cathedralis?* *Resp.* De *jure communi* est Vicarius Episcopi *natus* in pertinentibus ad officia Sacerdotalia, uti Archi-Diaconus in temporalibus: sic v. g. *absente vel impedito Episcopo* Missarum solennia celebrat. *Collectam*, h. e. Missam ferialem dicit, impertitur benedictiones, inungit infirmos &c. *c. 1. 2. 3. h. t.* In *foro interno* in Ecclesia Cathedrali eam habet

jurisdictionem, quam Parochus in sua Parochia; in *foro externo* nullam arg. *c. 1. h. t.* Quod tamen ultimum, uti & priora consuetudo in omnibus ferè Ecclesiis immutavit. *c. 3. de off. Ordin.* Utrùm Decanatus vèl Præpositura major sit *dignitas*, jure Canonico expressum non est; in Germania nostra dignior est Præpositura, licèt plerumque sine jurisdictione.

Q. 3. Quodnam sit officium Archi-Presbyteri sive Decani ruralis? Resp. Tum plebis, tum Presbyterorum districtûs sui inspectionem habet, ut ritè res divinæ obeantur, ebrietates, rixæ, scandala evitentur: executioni mandat Decreta Episcopi: congregat Capitula; quæ minora sunt inter Parochos & alios subjectos sibi Clericos decidit, sed sine figura judicii; majora ad Episcopum ejúsve Vicarium remittit. *c. 4. h. t.* Pirh, *h. n. 11.* aliquam Decano rurali jurisdictionem fori externi tribuit & quasi *bassam*; illud certum, consuetudine hanc à Decano rurali acquiri posse. Cæterum Archi-Presbyteratus hujusmodi vel Decanatus non est Personatus vel dignitas propriè dicta patet ex dictis.

TITULUS XXV. XXVI. & XXVII.

De Officio Primicerii, Sacristæ & Custodis.

Q. *1. Quid Primicerius & quod ejus officium? Resp.* Primicerius sic dictus ab ordine ce-

ræ, quo primus descriptus est in Catalogo seu tabulis ceratis, in genere is est, qui in quibusvis officiis, quæ pluribus communia sunt, primum locum tenet. *L. 2. C. de privileg. Schol. L. 2. C. de fabricens.* In specie & in hoc titulo illo venit, qui choro psallentium & scholæ cantorum præest: vocari solet *Cantor* seu *Præcentor* (cum, qui ejus absentis vices gerit, fit Succentor) vel etiam in aliquibus Ecclesiis, in quibus non est distinctum officium, *Scholasticus.* Officium illius juxta *can. 1. §. ad primicerium. dist. 25. & c, un. h. t.* est, Diaconos & Clericos docere modum psallendi, assignare lectiones, responsoria, & similia, quæ modò fere relinquuntur Succentori: item inter Clericos observare disciplinam, & delinquentes, absque tamen forma judicii, corrigere, &c. Primiceriatus seu Cantoria dignitas est. *c. 8. de Constit.* attendatur tamen circa hoc & Scholastici officium consuetudo.

Q. 2. Quid de Sacrista dicendum? Resp. Sacrista, qui & *Thesaurarius* in quibusdam Ecclesiis dicitur, est Minister ille Ecclesiæ, qui immediatam sacri Thesauri curam habet, Officium ejus est calices, candelabra, ornamenta & vestimenta Ecclesiæ custodire &c. quæ in *c. un. de off. Sacrist.* habentur: unde patet nudum *de jure communi* fuisse ministerium sine præeminentia; postmodum ex consuetudine officium hoc inter dignitates relatum est, ut & cognitio causarum, earúmque decisio à Sede Apostolica Sacristæ fuerit delegata. *c. 32. de off. deleg. c. 11. de for. compet. c. 12. de*

conversi conjug. Hodie nec nomen *Sacristæ* nec officium plenum est amplius penes aliquem ex Canonicis, sed plerumque cura Thesauri Clerico cuipiam tanquam Vicario Custodis committitur, qui & dicitur *Sub-Custos.*

Q. 3. Quis hìc veniat nomine Custodis, & quod ejus officium? Resp. Custos ex institutione sui officii est quasi Minister Sacristæ; non quidem in custodiendis pretiosis, sed in utensilibus minûs pretiosis & rei divinæ instrumentis: insuper spectat ad ejus officium signa dare ad officia divina, & cætera facere, quæ modò æditui Laici in Ecclesiis præstare solent. *c. 1. & 2. de off. Custod.* Interim hodie in Germania nostra *de consuetudine* & retinetur nomen Custodis in Ecclesiis Cathedralibus, sed sine officio, nisi forte inspectionem generalem talis in thesaurum Ecclesiæ habere dicatur, & simul etiam nomine dignitatis venire solet.

TITULUS XXVIII.

De Officio Vicarii.

Q. 1. Quid sit Vicarius & quotuplex? Resp. 1. *Generaliter* nomine Vicarii veniunt omnes, qui vices alterius gerunt, sive Vicarii fuerint Ecclesiastici, sive Sæculares Sæcularium, de quibus postremis agitur *tit. C. de Vicar.* Ad rubr. hujus tituli *speialiter* definitur Vicarius, *persona Ecclesiastica munus alterius in Ecclesia, vel re spirituali, nomine & vice alterius gerens.*

Resp. 2.

Resp. 2. Alius est Vicarius *natus* seu *legitimus* cui Vicariatus à Lege vel Canone competit, uti respectu Episcopi Arcti-Diaconus & Archi-Presbyter, de quibus supra dictum: alter *datus* seu *dativus*, qui officium ab homine sive superiore eum sibi substituente, accepit. Hic vel est Vicarius *Episcopi* vel *Capituli* sede vacante, vel *Parochi*, qui & Vicarius *in divinis* dicitur. Vicarius Episcopi vel gerit ejus vices in iis, quæ concernunt exercitium Ordinis, & vocatur *Vicarius in Pontificalibus* vel *Suffraganeus*; vel quæ concernunt exercitium jurisdictionis contentiosæ, & vocatur *Vicarius jurisdictionis* vel *Vicarius in spiritualibus*; qui pro tota Diœcesi constitutus dicitur *Vicarius Generalis*, à Trid. *Officialis*, licèt in aliquibus Germaniæ diœcesibus præter Vicarium Generalem Officialis sit, cujus potestas ad certas tantùm causas est restricta v. g. matrimoniales; Si Vicarius non pro cognitione causarum totius Diœcesis, sed tantùm pro parte illius extra civitatem residentiæ Episcopalis designetur, dicitur *Foraneus*; alicubi *Commissarius*, qui multùm à Vicario Generali differt, præsertim quòd Foraneus jurisdictionem solum delegatam exerceat. *vide Engel h. à n. 5.* His addi potest *Vicarius in temporalibus* à Trid. *Oeconomus* dictus, de quo nobis sermo non est.

Q. 2. An Episcopus possit constituere Vicarium Generalem, & qualem? Resp. ad 1. Si solus Episcopus implendo muneri Episcopali sufficiat, non quidem tenetur, ut confirmat Barbosa decisioni-

bus Rotæ. *Jur. Eccl. l. 1. c. 15. n. 16.* potest tamen, juxta receptam consuetudinem etiam solus, constituere Vicarium Generalem unum vel plures. Ratio, quia nullo jure plures constitui prohibentur; qui tamen probabiliter in civitate vel loco Sedis Episcopalis residere deberent,

Resp. ad 2. Vicarius Generalis *in spiritualibus* debet esse Clericus. Ratio redditur in *can. 22. caus. 16. q. 7.* non tamen necessario in sacris constitutus; nec necessariò Clericus sæcularis, nam & Canonici Regulares & Religiosi *non Mendicantes* constitui possunt, cum jure non prohibeantur. Item debet esse 25. annorum inchoativè saltem arg. *c. 7. de Elect.* Doctor in Theologia vel jure Can. Trid. *sess. 24. c. 6. de reform.* aut aliàs satis literatus.

Q. 3. Qualis sit jurisdictio Vicarii Generalis; ad quæ se extendat; quomodo finiatur? Resp. ad 1, Licèt Vicariatus beneficium Ecclesiasticum non sit, ùt patet consideranti; dignitas tamen est, quia præeminentiam habet cum jurisdictione conjunctam; quæ ejus jurisdictio Ordinaria est, non delegata, respectu eorum, quæ potest *vi sui Officii Vicarialis.* Ratio; quia jurisdictio Vicarii Generalis eadem est cum jurisdictione Episcopi, quæ est ordinaria, ergo.

Resp. ad 2. Vicarius Generalis vi officii sui expedire potest negotia & causas omnes, quæ pertinent ad jurisdictionem Episcopalem ordinariam, exceptis iis, quæ speciale mandatum requirunt. *c. 2. & fin. h. t. in 6.* Tale mandatum speciale & consensus exigitur ad decisionem causarum cri-

mina-

minalium graviorum *c. 2. h. t. in 6.* 2. ad actus jurisdictionis voluntariæ & liberalis gratiæ, uti sunt: dare dimissorias, nisi Episcopus agat in remotis. *c. 3. de tempor. Ord. in 6.* absolvere à Censuris, etiam ex delicto provenientibus. Trid. *sess. 24. c. 6. de reform-* 3. ad causas arduas, quales sunt congregare synodum Diœcesanam: pensionibus vel collectis onerare Clericos &c. 4. ad causas beneficiales. vid. *c, 2. & fin. h. t, in 6.* Consuetudine tamen introduci potest, ut negotia aliàs mandatum speciale exigentia tractet Vicarius Generalis; sic dispensant in Germania nostro Vicarii Generales in observatione festorum, jejuniorum, in denuntiationibus, cognoscunt causas matrimoniales, &c. Cæterùm quomodo se explicare debeat Episcopus, ut censeri possit concessisse ea Vicario suo Generali, quæ speciale adhuc mandatum exigunt, vide apud Schmaltzgrub. *h. à n. 24,*

Resp. ad 3. Finitur jurisdictio & officium Vicarii Generalis. 1. Per propriam renuntiationem expressam vel tacitam. 2. Per mortem, renuntiationem, depositionem, aut translationem Episcopi, cujus Vicarius est, adeo ut tunc extinguatur in Vicario omnis potestas, etiam quoad causas jam cæptas. Abb. *in c. 30. de off. deleg. n. 8. in fin.* Ratio quia Episcopi & Vicarii unum idémque tribunal est: per hoc etiam differt Vicarius à judice delegato, cujus potestas non exspirat morte delegantis negotio jam cœpto *c. 19. & 20. de off. deleg.* 3. Per revocationem ipsi legitimè

intimatam. 4. Denique finitur vel potiùs ſuſpenditur jurisdictio Vicarii toto tempore, quo vel ipſe, vel Epiſcopus, cujus Vicarius eſt, excommunicatus, ſuſpenſus, aut interdictus, aut captus eſt à Paganis, hæreticis, &c. arg. *c. 1. h. t. in 6.*

Q. 4. Quænam ſpecialia ſint de Vicario Capituli Sede Epiſcopali vacante; Reſp. 1. Devolutâ poſt mortem Epiſcopi ad Capitulum jurisdictione, hoc intra 8. dies à die notæ vacationis vel conſtituere novum Vicarium debet, vel confirmare eum, qui ſede plenâ fuit. Trid. *ſeſſ. 24. c. 16. de reform.* 2. Tempus hoc reſtringi â Capitulo poteſt, non prorogari, ſed ejus non obſervati lapſu Vicarii deputatio devolvitur ad ſuperiorem. Trid. *cit.* 3. Iisdem qualitatibus inſtructus eſſe debet, quibus Vicarius Generalis Epiſcopi; non tamen neceſſario de corpore Capituli, neque juxta formam. *c. 42. de elect.* eligendus. 4. Vicarii Capitularis jurisdictio ſimilis non tantùm eſt jurisdictioni Vicarii Epiſcopalis, quia ordinaria, & extendens ſe ad ea, quæ poteſt Capitulum Sede vacante in jurisdictione Epiſcopali, ſed & amplior eſt; cum vi generalis ſuæ commiſſionis expedire poſſit etiam illa, quæ Sede plena indigent ſpeciali mandato. Ratio, quia Trid. *cit.* voluit à Capitulo Vicarium eligi ad evitandam confuſionem, & cauſarum protelationem, quæ ex communi Capitularium adminiſtratione naſci ſolet, quæ non ſatis evitaretur, ſi Capitulum *ſuo judicio* reſervaret ea, quæ mandato ſpeciali aliàs indigent. 5. Vicarius Capituli (idem eſt de Vicario

cario Episcopi) non potest sibi substituere omnino similem, sive talem, cui totum committat officium arg. *c. 4, h. t.* 6. Jurisdictio Vicarii Capitularis exspirat, postquam novus Episcopus confirmatus fuit, & Episcopatûs possessionem accepit, quia tamdiu Sedes vacare censetur. Hinc ut in officio possit persistere, à novo Episcopo est confirmandus,

Q. 5. Quid dicendum de Vicario in divinis? Resp. 1. *Vicarius in divinis est*, qui in divinis ministeriis & *cura animarum*, sive in iis, quæ forum internum conscientiæ attinent, vices alrerius gerit; talis enim à jure Canonico dicitur Vicarius, de *Chori-Vicariis*, qui vices Canonicorum in Horis Canonicis & officiis divinis cantandis supplent. altum est in Jure & Trid. silentium. Alius est *perpetuus*, qui in aliqua Ecclesia, assignata sibi ex hujus proventibus portione congrua, authoritate legitima Canonicè instituitur, ita ut ad libitum amoveri non possit. Alius *Temporalis*, qui tantùm ad tempus constituitur, & ad nutum constituentis amoveri poresť. *2. Vicarius perpetuus* æquiparatur vero Parocho, quoad præsentationem, institutionem, examen institutioni præmittendum; item quòd acquirat Canonicè institutus jus reale, & verum titulum Canonicum beneficii? non quidem directum, sed utilem, &c. *Clem. un. h. t.* Unde 3. sequitur, quòd Vicario perpetuo, præsente etiam Rectore principali, tota cura & administratio in divinis competat; penes Rectorem interim remanente jure Vicarium

nomi-

nominandi, reditus potiores percipiendi, jura Parochialia defendendi. 4. Vicariæ perpetuæ constitui solent in Parochiis alteri Ecclesiæ, Monasterio, loco pio unitis. *c. 30. §. qui verò. de præb.* Trid. *sess. 7. c. 7. de reform.* vel dum Parochia reditibus abundans valdè numerosum & distantem populum habet, *c. 3. de Eccles. ædif.*

Resp. 2. Quando Vicarius temporalis constitui possit, habetur Trid. *sess. 24. c. 18. in princ. de ref. c. 2. de ætat. & qual. præf. c. 14. de off. Ordin. c. relatum. 4. de Cler. non resid. can. 48. caus. 16. q. 1. c. 82. de præb.* 2. Non tantùm Episcopus, ob curam generalem, sed etiam Parochus Vicarium ex Sacerdotibus ab Episcopo approbatis constituere potest, & *propria quidem authoritate*, si officium hujus ad breve tantùm tempus v. g. unius aut duarum hebdomadum duraturum sit. Arg. Trid. *sess. 23. c. 1. ℣. eadem omnino de reform.* Inter hos *Vicarios & Cooperatores*, quos Parochi sibi assumunt in auxilium exercendæ animarum curæ discrimen est statuendum, cum Cooperatores jurisdictionem solùm habeant delegatam, adeóque non amplius delegabilem; Vicarii etiam temporales quasi Ordinariam.

TITULUS XXIX.

De Officio & potestate judicis delegati.

Q. 1. *Quis sit judex delegatus? Resp.* 1. Cum *delegare* in genere non sit aliud, quàm

alium

alium in locum ſuum ſubſtituere; hinc *judex delegatus* eſt, qui non ex munere proprio ſed ex commiſſione vel ipſius juris, vel alterius hominis propriam & ordinariam jurisdictionem habentis, immediatè vel mediatè factâ, adeóque alerius vice & authoritate jurisdictionem ab iſto derivatam & diſtinctam exercet. Pirh. *h. t. n. 1.* ex qua definitione patet, judicem delegatum ab *Ordinario, ab arbitro Compromiſſario & mero Executore; item à Vicario Generali differre.*

Q. 2. *Quotuplex ſit judex delegatus? Reſp.* 1. Varia ſunt genera delegatorum; Alii ſunt delegati à *Jure:* Sic Epiſcopi cenſentur delegati, quibus jus jurisdictionem in exemptos conceſſit delegatione *clauſa in Corpore juris, utì in c. 13. §. caterùm. de off. Ord. Clement. un. de ſuppl. negl. Præl.* Trid. *ſeſſ. 5. c. 2. de reform. ſeſſ. 6. c. 2. de reform. &c.* ubi notandum, ſi Epiſcopo conceditur à jure facultas v. g. contra exemptos procedendi cum clauſula: *Authoritate Apoſtolica, vel tanquam Sedis Apoſtolicæ delegato;* jurisdictione non ordinariâ ſed delegatâ utetur, quia hoc caſu jurisdictio illi competit ex ſpeciali commiſſione; utì patet clariſſimè *ex c. un. §. fin. de ſtatu Regular. in 6. Clem. cit. &c.* adeóque ab eo ad Pontificem delegantem appellabitur, nec jurisdictio hæc Sede vacante ad capitulum tranſibit. Si additur clauſulæ Ly *etiam* v. g. ut procedere poſſit *etiam tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus*, uti in Trid. *ſeſſ. 6. c. 4. ſeſſ. 22. c. 10. de reform.* poterit uti vel ordinariâ vel delegata poteſtate. Si removentur

in

in concessione jurisdictionis tantùm obstacula, v. g. dum dicitur *non obstantibus privilegiis*, censebitur revocatis privilegiis jurisdictio ordinaria excitata. Si Episcopis conceditur specialis potestas v. g. absolvendi aut dispensandi sine clausulæ adjectione, uti Trid. *sess. 24. c. 6. de ref.* censetur talis potestas eis concessa speciali jure ordinario.

Alii sunt delegati *ab homine, seu judice Ordinario*, quorum jurisdictio *regulariter* non priùs arctat citatum, quàm si judex delegatus citans copiam saltem authenticam commissionis suæ citato transmiserit; quia esse delegatum est quid facti; ut infetiùs.

Alii sunt delegati *universales seu ad universitatem causarum*, quales sunt, quibus non una vel altera, aut etiam plures particulares causæ, sed omnes vel saltem in certo genere subalterno, v. g. decimarum, matrimonii, mutui sunt commissæ, quamvis ad certum tantùm tempus, locum, quantitatem; & hi dicuntur propriè habere *mandatam jurisdictionem* in pluribus diversam *à jurisdictione delegata*, quippe mandatam jurisdictionem habens in multis æquiparatur judici Ordinario, &c. vide *Engel h. n. 3. & tit. 31. de off. jud. Ordin. n. 2.*

Alii sunt delegati *speciales. vel ad certas causas*, quibus una tantùm vel plures etiam sed certo numero, aut inter certas personas motæ causæ committuntur; de quibus h. potissimum agitur.

Alii sunt delegati *ratione dignitatis* v. g. dum fit delegatio Episcopo vel Abbati certi loci non expresso nomine; *ratione personæ* dum nomen proprium

prium personæ delegatæ exprimitur. Alii *delegati*, quibus primùm jurisdictio delegata, alii *subdelegati* dicuntur, qui à delegatis iterum delegantur.

Q. 3. Quinam delegare vel subdelegare possint? Resp. ad 1. Regulariter omnis judex Ordinarius, licet non sit ex majoribus. *L. 5. 16. 17. ff. de jurisdict. c. 7. de off. jud. Ord. in 6.* ubi: *per se vel per alium.*

Resp. ad 2. Delegatus Papæ vel alterius supremi Principis etiam subdelegare potest- *c. 3. 28. & fin. h. t. L. 5. C. de judic. L. un. ℣. hæc teneant. C. qui pro sua jurisdict.* idque ob eminentiam potestatis Principis, quem ab hoc delegatus repræsentat. Engel *h. n. 8*, judicat talem Papæ delegatum causam justam ad hoc, ut subdelegare possit, debere habere tum ob *c. 3. h. t. & L. 2. C. de pedan. judic.* tum quod non videatur conveniens, munus à Principe delatum recusare. Alii qui simpliciter procedunt, excipiunt 1. Si electa industria personæ delegatæ; de quo vide *c. fin. h. t. & c. 12. eod. in 6.* 2. Si cuipiam non jurisdictio sed nudum ministerium sit commissum; quia hoc casu plus operatur industria, experientia, authoritas personæ. *c. fin. h. t. §. cæterum.*

Resp. 3. Delegatus ab inferiore judice Ordinario v. g. ab Episcopo regulariter subdelegare non potest. *c. 26. in fin. de appell. L. 5. C. de jud. L. 5. ff. de jurisdict.* ratio, quia delegatus plerumque tantùm accipit potestatem exercendi jurisdictionem, non verò illam alteri committendi. ergo.

Potest

Potest nihilominus talis delegatus subdelegare, si sit delegatus ad universitatem causarum, *Pirh. h. n. 22.* Deinde si delegato etiam non universali concessum id est expressè vel tacitè: quia tum non suo sed delegantis nomine causam committit, Demum si id, quod committitur, non sit vel tota causa vel ejus pars, seu articulus ejus jurisdictionalis, qualis dicitur, ad quem cognitio causæ requiritur, v. g. contestatio litis, sed si sit articulus non judicialis, vel nudum continens ministerium aut executionem. Arg. *c. 27. ℣. nos autem. h. t.*

Q. 4. Quinam possint esse judices delegati? Resp. Omnes, qui non prohibentur: *à natura* autem sive ob defectum naturæ prohibentur amentes, infantes, impuberes. *can. infamis §, tria. caus. 3, q. 7:* Deinde *Lege vel Canone* Minores 20. annis, qui tamen si 18. annum excesserint scienter constituente eos Principe, vel partibus in ipsos consentientibus, judices delegati esse possunt. *c. 41. h, t. L. 47. ff. de re judic.* in causa spirituali & Ecclesiastica prohibentur *Laici* per *c. 2. de judic.* de *infamibus* constat ex *c. 47. §. nec tamen. de test. & attest.* de excommunicatis ex *c, 24. de re jud.* Delegatus Sedis Apostolicæ & Legatorum ejus, ut quis de jure esse possit, constitutus esse debet in dignitate Ecclesiastica. *c. 11. de rescript, in 6.* Cæterùm ut superior vel judex Ordinarius causas suas deleget Titio, non requiritur, ut hic quoad personam suam subjectus sit jurisdictioni delegantis. *L. un, C. qui pro sua jurisd.* ubi solùm requiritur, ut causa ad jurisdictionem delegantis spectet.

Q. 5.

Q. 5. *An pluribus eadem causa delegari possit, & quomodo tunc procedendum? Resp.* Aff. *c. 16. h. t.* & si *in solidum vel divisim* fuerit delegata, v. g. *ut omnes, aut duo, aut etiam unus procedat*, locus est præventioni, ita ut si unus processum inchoavit, alii nec licitè nec validè possint in ea causa procedere. *c. 8. h. t. in 6.* Si *simpliciter*, unus sine altero procedere aut sententiam ferre non potest, &c. *c. 16. cit. c. 21. princ. h. t. L. 39. ff. de re jud.* in quo notabilis est differentia inter delegatos & Arbitros. vide Pirh. n. 35. Tit. de Arbitris.

Q. 6. *Quæ causa delegari possint? Resp.* Omnes illæ regulariter, quæ ad jurisdictionem delegantis ordinariam spectant. *L. un. C. qui pro sua jurisd.* etiam causæ appellationis saltem de jure Can. *c. 11. in princ. de off. Ordin.* licèt non sit supremus Judex. *c. 5. de off. Ordin.* etiam actus Ordinis, modò is, cui delegantur habeat competentem Ordinem. v. Schmaltzgr. *h. t. n. 19.* etiam de *consuetudine* saltem, imperium merum & mixtum Pirh. citans Wesenbec. *in Paratit. ff. de off. ejus, cui mand.*

Q. 7. *In quo consistat officium judicis delegati? Resp.* Officium, id est, illud quod debet & tenetur facere delegatus (cum *potestas* denotet, quid ratione delegationis facere possit) consistit in *seqq.* 1. Exspectare debet donec præsentatæ sibi sint literæ delegationis. *c. 12, in fin. de appell.* ratio, quia jurisdictio non acquiritur, nisi scienti & acceptanti. 2. Tenetur, si litigantes petant,

authenticè ſuam delegationem probare vel oſtenſis literis, ſi ſit delegatus Principis. *L. 1. C. de mandat. Princ.* vel etiam per teſtes, ſi ſit delegatus inferioris. *c. 24. de reſcript.* ratio, quia facta non præſumuntur. *L. 10. C. de non num. pec.* ſed delegatio eſt quid facti; ergo. 3. Accuratè obſervare debet formam in delegationis reſcripto ſibi præſcriptam. *L. 5. in princ. ff. mandat. c. 22. de reſcript.* aliàs acta erunt irrita *c. 32. & 37. h. t.* niſi vel ex ſubjecta materia, ſtylo aut praxi colligatur formam non eſſe ſubſtantialem; vel niſi forma præſcripta ſit etiam de jure communi non ſubſtantialis ſed accidentalis, quia tum ſe habet tantùm per modùm commonitionis & inſtructionis; vel niſi partes favori per formam præſcriptam ſibi quæſito ultrò renuntient, v. g. deſignato *loco* vel *tempori* per reſcriptum. 4. Admittere debet neceſſarias probationes & rationabiles exceptiones, frivolas rejicere. *c. 13. h. t.* Demùm etiam legitimæ appellationi deferre. Ratio, quia & hæc eſt ſui defenſio in innocentiæ ſubſidium comparata. *c. 61. §. porro de appell.*

Q. 8. Quæ ſit poteſtas judicis delegati? Reſp. Univerſaliter loquendo metienda hæc eſt ex poteſtate delegantis & mandato conceſſo. Ratio; quia delegatus gerit vices delegantis: potéſtque delegatus ea omnia, ſine quibus cauſam ſibi commiſſam nequit expedire, etſimentio de iis in mandato delegationis facta non ſit. *c. 5. 7. h. t.* & de ſubdelegato *c. 29. eod.* Ratio; quia qui finem committit, etiam media neceſſaria cenſetur com-

commiſſiſſe. In ſpecie 1. poteſt citare partes & contumaces ad id compellere *c. 4. §. fin. & c. ſeq. h. t.* 2. Impedientes vel malitiosè retardantes coërcere. *c. 1. h. t.* etiam per cenſuras, ſi ſit delegatus Papæ; ubi tamen ſe opponeret Epiſcopus, moderatio adhibenda juxtà *c. 11. & 28. h. t.* 3. Spoliatum reſtituere in poſſeſſionem. *c. 10. h. t.* 4. Non tantùm delegatus à Papa vel Principe poteſt latam à ſe ſententiam exequi. *c. 7. h. t.* ſed delegatus ab inferiore judice, modò ſibi delegans executionem expreſsè non reſervaverit. Ratio, quia in commiſſione abſolutè facta cenſentur omnia commiſſa, quæ ad cauſam expediendam & ad effectum ultimum perducendam requiruntur. &c.

Q. 9. Quot modis ceſſet officium & poteſtas judicis delegati? Reſp. Pluribus 1. *Morte delegantis*, ſi res adhuc ſit integra, h. e. ſi judicium nondum cœptum. *c. 20. & 30. h. t. L. 6. ff. de jurisd.* 2. *Revocatione* tacitâ vel expreſsâ à delegante factâ *L. 58. ff. de jud.* etiamſi res non ſit amplius integra. Wieſtn. *h. n. 76.* ubi tamen diſcrimen faciendum inter primum delegantem & ſubdelegantem. 3. *Morte* ipſius delegati *c. 14. & 42. h. t.* tam re non amplius integrâ per *c. 14. cit.* quàm integrâ; & hoc caſu ita, ut ſi plures ſimpliciter delegati ſint, unius obitu reliquorum etiam officium exſpiret. *c. 30. & 42. h. t.* & hæc exſpiratio morte delegati contingit, ſi delegatio facta ſit perſonæ, non ſi dignitati *c. 14.* 4. Finito *quomodocunque* negotio v. g. per transactionem,

nem, compositionem, acceptilationem; & maximè per latam sententiam & executioni datam, vel alteri demandatam. *c. 9. h. t.* modò sententia non fuerit nulla alio ex capite, quàm ob non servatam formam mandati; quia tum delegatus munere suo est functus, licèt malè. 5. Lapsu temporis ad delegationem expediendam præfixi, nisi consensu partium prorogetur. *c. 4. & 24 h. t. & L. 2. §. 2. ff. de jud.* 6. Recusatione suspecti *c. 17. & 25. h. t.* Schmaltzg. *h. n. 43.* Huc spectant ea, quæ quidam de *Conservatoribus* tractare solent.

TITULUS XXX.

De officio Legati.

Q. *1. Legati qui dicantur? Resp.* Legatus in genere est, qui authoritate sui Principis mittitur; qui si à Principe *vel* Ecclesiastico *vel* sæculari mittitur ad deferenda mandata, expediendi negotia, celebrandos contractus, ineundum fœdus &c. dicitur *Orator*; Si cum jurisdictione seu judex ad gubernandam loco Principalis Provinciam, *judex legatus.* Vide *tot. tit. ff. de off. Procons. & legat. & c. 2. h. t. in 6.* Nobis in hoc titulo sermo est de Legatis judicibus Sedis Apostolicæ, quasi mediis inter judicem Ordinarium & delegatum: quorum alii dicuntur *Legati nati*, qui Prælaturæ suæ seu dignitati Ecclesiasticæ legationis munus perpetuò annexum habent, quali

olim

olim etat Archi-Episcopus Magdeburgensis, hodie Salisburgensis in in Germania, Toletanus in Hispania, &c. Alii *Legati missi* simpliciter, seu sic dicti *Nuntii Apostolici*, qui quandoque cum potestate *Legati de latere* mittuntur : residents tales Nuntii in Germania plerúmque Viennæ, Coloniæ, in Polonia, Gallia, Hispania. Alii denique *Legati de latere*, quales ex usu Curiæ non sunt nisi Cardinales, dum ad unam vel plures Provincias ad munus Legatorum ibi gerendum mittuntur, sic dicti, quia quasi â latere Papæ, quocum unum corpus efficiunt, & cui assistunt. desumuntur. Huc spectant Nuntii Apostolici olim *Apocrisiarii*, h. e. responsales seu responsarii dicti, de quibus Thomas. *de vet. & nov. Eccles. discipl. p. 1. l. 2. c. 108. à n. 6.*

Q. 2. *In quo conveniant Legati Pontificii*, sive, *quæ sit potestas & jurisdictio omnibus Apostolicis Legatis communis ? Resp.* Præterquam quòd in genere illorum officii sit, exercere loco Pontificis *Ordinariam* in Provincias & fideles sibi commissos jurisdictionem ; in specie potest & debet quilibet Legatus 1. Reformare mores & corrigere vitia etiam Episcoporum & Archi-Episcopi suæ Provinciæ. 2. Potest condere statuta, etiam morte sua vel discessu non exspiratura. *c. fin. h. t.*. 3. Causas Provincialium ad se devolutas vel per se cognoscere vel delegare : Vide *c. 1. h. t.* 4. Examen instituere super causa electionis Episcopi, illúdque Romam transmittere. 5. Potest & debet conservare Principes & populos in fide &

affectione erga Sedem Apoſtolicam, Conſtitutiones Pontificias in uſum deducere, aut cur non id fieri poſſit, Pontificem edocere. 6. Poteſt omnia *regulariter*, quæ Ordinarius ſuæ diœceſis, imò quæ ipſe S. Pontifex, niſi quæ ſpecialiter huic in ſignum prærogativæ reſervata ſunt; utì non poteſt Legatus vi generalis mandati transferre Epiſcopos, *c. 3. h. t.* non unire Epiſcopatus aut dividere. *c. 4. h. t.* non cauſam alteri delegatam ad ſe trahere. *c. 2. h. t.* non ſe intromittere in cauſa ad examen Sedis Apoſtolicæ translata, *c. 5. h. t.* non adiri in prima inſtantia, niſi pro cauſis ei ſpecialiter delegatis. Trid. *ſeſſ. 24. c. 20. de reform.*

Q. 3. Quæ ſit poteſtas & prærogativa Legati à latere? Reſp. 1. Hic non tantùm ſimpliciter ordinariam jurisdictionem habet, ſed & in exemptos. Gloſs. *in c. 1. h. t.* quorum electiones confirmat *de jure communi. c. 36. §. hujusmodi. de elect. in 6.* 2. De eodem *jure communi* concurrit cum Ordinario in collatione beneficiorum. *c. 1. & 6. h. t. in 6.* reſervat beneficia nondum vacantia cum limitatione *c. 3. h. t. in 6.* præſcriptâ. Verùm hodie poſt Trid. *ſeſſ. 24. c. 19. de reform.* collationi ſuæ reſervare beneficia non poteſt; & in Germania ob *Concordata* neque concurrere in collatione beneficiorum, neque electiones Archi-Epiſcoporum, Epiſcoporum &c. poteſt confirmare; quod à potiori etiam non poſſunt alii. 3. Legatus à latere à die egreſsûs ex Urbe poteſt abſolvere quoscunque & undecunque venientes percuſſores Clericorum ab excommunicatione. arg.

c. 4.

c. 4. & 9. h. t. 4. Circa dispensationes, v. g. in matrimoniis habet concurrentem jurisdictionem cum quolibet Ordinario ; in gradibus tamen prohibitis consanguinitatis & affinitatis sine speciali Pontificis concessione non dispensat. 5. Præsente Legato à latere aliorum Legatorum jurisdictio suspenditur. *c. 8. h. t.* illíque competunt splendidiora insignia, de quibus dicitur in *c. 23. de priv. &c.* 6. Legato à Latere asserenti Legatum se esse, creditur ; quia Cardinales alio, quàm Legationis titulo à Curia mitti non solent ; non autem creditur aliis Legatis, nisi ostensis literis Papalibus. *c. 31. de offic. deleg.*

Q. 4. Quæ potestas competat Legato misso, sive Nuntio Apostolico ? Resp. 1. Desumenda est hæc potissimum ex literis Legationis ; de Jure communi enim aliam potestatem non habet, quàm quòd sit Ordinarius Provinciæ suæ *c. 2. h. t. in 6.* eáque possit, quæ Legatis omnibus sunt communia. In exemptos itaque se non extendit jurisdictio Legati missi, nec ultra Provinciam, in quâ tamen existens subditos suæ Provinciæ ab excommunicatione Canonis ob percussionem Clerici potest absolvere. *c. 9. h. t.*

Resp. 2. Nuntius Apostolicus missus *cum potestate Legati à Latere*, quæ clausula subinde addi solet, vi hujus potestatem cæteris Legatis missis majorem non habet, nisi quantùm ipsi à Pontifice speciali mandato concessum. Ratio sumitur à paritate cum Vicario Episcopi, qui licèt constitutus sit cum hac clausula, *ut omnia possit, quæ po-*

reſt Epiſcopus, non tamen poteſt alia, niſi quæ ſpeciali mandato non egent.

Q. 5. Quæ ſit poteſtas Legati nati?. Reſp. Alia non eſt *de jure communi*, niſi quanta Archi-Epiſcopi, cujus officio annexa eſt Legatio perpetua; ex privilegio tamen ſpeciali major plerumque ipſis poteſtas competit, proùt teſtatur Engel *h. n. 10.* de Archi-Epiſcopo Salisburgenſi; ubi ſimul ait, correctum eſſe *c. 1. h. t.* per Trid. *ſeſſ. 24. de reform. c. 20.*

Q. 6. Qualiter finiatur officium Legati? Reſp. 1. Legati nati officium non finitur, niſi dimiſsâ aut amiſsâ dignitate, cui eſt annexum. Gloſs. *in c. 3. ℣. finitur. h. t. in 6.*

Reſp. 2. Aliorum Legatorum officium exſpirat 1. Lapſu temporis præfixi, aut causâ vel negotio finito. arg. *c. 4. de off. deleg.* 2. Translatione negotii ad Papam per relationem vel appellationem. *c. 5. h. t.* 3. Revocatione *expreſsâ* Legati per Papam, poſtquam hæc Legato innotuit, & probabiliter primùm poſtquam egreſſus eſt è Provincia, ad quam fuit miſſus. arg. *L. 3. ff. de off. Præſid.* 4. Egreſſu ſpontaneo è Provincia, animo non redeundi. *c. fin. h. t.* 5. Morte ipſius Legati, non tamen morte S. Pontificis, etiamſi Legatus nondum inceperit uti jurisdictione, neque Provinciam ſibi commiſſam fuerit ingreſſus ante obitum Papæ, modò tamen datus ſit vel ſimpliciter, vel tanquam *Sedis Apoſtolicæ* Legatus *c. 2. h. t. in 6.*

TITU-

TITULUS XXXI.

De Officio judicis Ordinarii.

Q. 1. *Quid ſit jurisdictio in genere, & quotuplex? Reſp.* ad 1. Eſt poteſtas alicujus authoritatem & eminentiam habentis ſuper alios *ex munere publico* ad eorum regimen & gubernationem. Per verba, *ex munere publico*, diſtinguitur à poteſtate œconomica patris in filium, mariti in uxorem.

Reſp. ad 2. Alia eſt *Eccleſiaſtica* circa cauſas ad Dei cultum & ſalutem animarum pertinentes verſans; alia *Politica*; Eccleſiaſtica alia fori *interni*, alia externi. 2. Dividitur jurisdictio in genere in *voluntariam*, quæ in volentes exercetur, & *contentioſam*. Item in *perſonalem*, quæ perſonæ, & *realem*, quæ rei vel loco cuidam v. g. caſtro, territorio perpetuò inhæret: in *ſeparatam*, *concurrentem*, & *communem*: in *Ordinariam*, quæ jure & nomine proprio, & in *delegatam*, quæ nomine & beneficio alterius, ſive juris, ſive hominis exercetur. It. in jurisdictionem *ſimplicem*, quæ mercenario judicis officio exercetur, & eſt poteſtas præcisè jus dicendi in cauſis civilibus absque coërcitione, juſſione, & jure exequendi ſententiam. Et in *Imperium*, quod officio judicis nobili exercetur, principaliter ſcil. per juſſionem & coërcitionem: aliud eſt *merum*, ſive poteſtas gladii animadvertendi in facinoroſos. *L. 3. ff. de jurisd.* Practici vocant *jurisdictionem altam*, vel

judicium sanguinis. Alii definiunt imperium *merum*, quòd sit jurisdictio, quæ exercetur officio judicis nobili, utilitatem publicam respiciente. Aliud *mixtum* vel *Jurisdictio Bassa*, aut *Vogteia*, éstque Imperium conjunctum cum jurisdictione simplici, & consistit principaliter vel in jussione, vel in coërcitione, in ordine ad causas Civiles dirimendas. Vel definitur sic: Imperium *mixtum* est jurisdictio, quæ exercetur nobili judicis officio, privatam utilitatem respiciente. Actus meri Imperii & mixti variis ab Aut. recensentur, qui plerumque contra Zoës. affirmant, de jure etiam Canonico dari merum Imperium.

Q. 2. Quot modis acquiratur jurisdictio Ordinaria & amittatur? Resp. ad 1. Tribus modis scil. *à Principe supremo*, qualis est Pontifex, qui constituit regulariter Primates, Archi-Episcopos, Episcopos &c. Imperator aut Rex in suo Regno: *ex Privilegio* competit inferioribus Principibus potestas constituendi judices Ordinarios. *Deinde à Lege seu Canone* acquirunt jurisdictionem illi, qui secundùm præscriptum Legis aut Canonis ab homine publicam potestatem habente constituuntur, qualis est Vicarius Episcopi & Capituli, Archi-Diaconus &c. *Demum ex consuetudine* legitimè præscripta *l. 3. ff. de jurisd. & c. 13. in fine de for. comp.* idque vel *privativè* excluso quocunque alio, vel *cumulativè*, ut locus sit præventioni: sive sit jurisdictio simplex, sive merum aut mixtum imperium. Engel *de off. jud. n. 23.*

Resp.

Resp. ad 2. Jurisdictio Ordinaria finitur lapsu temporis; morte ejus, cui data; resignatione; depositione ab officio; translatione: non morte dantis, etiam re integrâ. *c. 2. de off. Legat. in 6. L. 6. ff. de jurisd.* excipitur specialiter Vicarius Generalis Episcopi.

Q. 3. Quis dicatur judex Ordinarius, & quinam veniant nomine Ordinarii? Resp. 1. Qui vi officii vel Magistratûs, quem gerit, adeóque jure suo proprio jurisdictionem exercet. *L 5. ff. de jurisd.*

Resp. 2. Nomine Ordinarii veniunt *seqq.* Papa *c. fin. de for. comp.* Cardinales, etiam non Episcopi *c.* 11. *de majorit, & obed.* Legati Apostolici, de quibus supra. Patriarchæ, Primates, Archi-Episcopi, Episcopi nomine Ordinarii simpliciter prolato veniunt pro sua quisque provincia vel diœcesi. Capitulum Sede vacante *c. 14. de Majorit. & obed.* Vicarius Generalis Episcopi absolutè est & dicitur Ordinarius, quia ejus jurisdictio ordinaria est, ùt supra. It. Prælati quicunque inferiores habentes jurisdictionem ordinariam. Demum Parochi. Pirh. *h. t. sect. 5.*

Q. 4. Quæ sit jurisdictio & potestas Papæ, & quid vi illius possit? Resp. 1 Triplex est jurisdictio Papæ, prout triplicem Personam repræsentat, scil. Principis sæcularis, Episcopi Romani, summi Pontificis seu Episcopi Ecclesiæ universalis; cujus postremo hoc modo spectati duplex iterum potestas est, una *Ordinaria*, quæ sequitur ordinem juris communis; alia *absoluta* & *suprema*, secundùm quam intelligitur esse supra omne jus *positivum*

vum humanum, & vocatur plenitudo poteſtatis. *c. 4. de conceſſ. præb.* 2. Papatus eſt juris divini, ſive non tantùm D. Petrus conſtitutus eſt à Chriſto ſupremum Eccleſiæ caput, ùt patet ex Matth. 16. *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram &c. Joan. 20. & 21. Ss. PP. CC.* ſed etiam habuit in primatu Succeſſores. Ratio, quia Chriſtus voluit Eccleſiam ſuam durare perpetuò & usque ad finem mundi, ergo & voluit eam ſemper ſupremum habere paſtorem, ſine quo conſiſtere non poteſt. 3. Succeſſores Petri ſunt iidem, qui ſunt in Epiſcopatu Romano. Deſumitur ex teſtimonio Pontificum in 3. primis ſæculis ex 4. primis CC. generalibus. Ss. PP. 4. Exinde deducitur, quò ſe extendat poteſtas clavium, ſive quæ eſt ad ligandum & ſolvendum; jurisdictio Pontificia, in quantum eſt judiciaria quoad forum externum; in quantum legislativa; it. in materia beneficiaria &c. 5. In ſpecie S. Pontifex ùt Paſtor univerſalis & definiens è Cathedra (id eſt, dum utitur poteſtate, quam habet, docendi univerſam Eccleſiam, definítque aliquid, & ad recipiendam definitionem obligat univerſos fideles, utpote ad definitionem infallibilem & fide dignam) ſummus, inquam, Pontifex taliter loquens eſt infallibilis judex controverſiarum fidei. Ratio, quia eſt legitimus ſucceſſor Petri, ergo ſicut Petro promiſſa & collata eſt infallibilitas in docenda & gubernanda Eccleſia, ſic & Pontifici. It. Sicut Petro ea data eſt ſeorſim ab Apoſtolis reliquis, ſic & Pontifici. *Deinde.* Eſt infallibilis judex in

De-

Decretis morum, ita ut quæ tanquam honesta vel inhonesta, licita vel illicita præcipit, nulli sint errori obnoxia, patet ex cit. text. & ratione, quia cum sit infallibilis in decretis fidei propter assistentiam Spiritûs sancti, ergo ob eandem est infallibis in decretis morum, cùm æquè repugnet Spiritui S. suggerere inhonestum, ac falsum. *Demum* infallibilitas pontificis ex iisdem rationibus extendi debet ad canonizationem Sanctorum & approbationem Religionum. Ait Engel *in tit. de major. & obed. n.* 11. de donatione Constantini Sylvestro Papæ facta, quæ huc referre possent.

Q. 5. Quæ sit potestas & officium S. R. E. Cardinalium? Resp. 1. Cardinales, quasi *cardines* Ecclesiæ dicti, sunt præcipui Papæ Consiliarii. *Officium* eorum semper fuit in Ecclesia: *nomen* ante tempora S. Sylvestri non extitit: *dignitas* olim erat minor Episcopali, postea vel à Bonifacio VIII. vel à Clemente V. supra Episcopos, aliósque Prælatos evecti sunt; in cujus eminentiæ signum Urbanus VIII. titulum *Eminentissimi* illis adjecit. 2. Tres sunt gradus Cardinalium, scil. Episcoporum, Presbyterotum, & Diaconorum; qui tamen omnes in *Ecclesiis sui tituli* obtinent jurisdictionem quasi Episcopalem, etiamsi tantùm Diaconi sint. *c.* 11. *de majorit.* & si Sacerdotes sint, Minores insuper conferre possunt. 3. *Respectu Ecclesiæ universalis* assistunt Pontifici Consilio & auxilio: in schismate, dum duo in discordia electi de Pontificatu contendunt, & nescitur,

quis

quis sit verus Pontifex, Concilium cogere possunt, cujus authoritate de Capite Ecclesiæ provideatur. Patet Exemplo Conc. Constantiens. Sede Pontificia vacante non transit ad ipsos jurisdictio Papalis *c. 3. de elect. in 6. Clem. 2. eod.* quæ tamen ad electionem Papæ & tuitionem Ecclesiæ spectant, & debent & possunt facere. Azor ait, Cardinalem à Papa electum & assumptum; licèt necdum consecutus sit insignia Cardinalatûs; habere jus ferendi suffragii in electione Pontificis, eo quòd hoc ipso, quo creatus est Cardinalis, omnem nanciscatur potestatem administrandi officium.

Q. 6. Quæ jurisdictio & potestas Patriarcharum, Primatum, Archi-Episcoporum? Resp. 1. *Patriachæ* dicuntur illi Prælati, qui non unius tantùm provinciæ, sed totius Regni vel Imperii aut partis mundi Episcopis, & ipsis etiam Archi-Episcopis sunt præpositi. Alii sunt *Majores* scil. *Romanus* (qui simul Papa, simul Basilicæ Lateranensis Patriarcha) *Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, Hierosolymitanus.* Alii sunt *Minores*, scil. *Patriarcha Aquileensis, Venetus, Æthiopiæ, Indiarum*, qui tamen nonnisi nomine discrepant à Primatibus, Patriarcharum Majorum magna olim erat potestas, hodie cum Provinciæ 4. posteriorum ab infidelibus occupentur, nomen & dignitas in Ecclesia mansit, jurisdictio cessavit.

Resp. 2. Primates sunt quidam Archi-Episcopi potentiores, & qui majores metropoles regunt, ut in Hispania Toletanus, in Germania olim

Magde-

Magdeburgenſis, hodie Salisburgenſis, &c. Olim erant judices Ordinarii etiam in Criminalibus per *c. 9. h. t.* Archi-Epiſcoporum & Epiſcoporum ſui diſtrictûs ; hodie Jure Trid. *ſeſſ. 24. c. 5. de reform.* cauſæ Criminales majores Epiſcoporum & Archi-Epiſcoporum ad S. Pontificem, minores ad Conc. Provinciale vel ab illo deputandos ſpectant, In Cauſis Civilibus manet ipſis ſalvum jus : ſic teſtatur Laym. *in c. 41. de elect. n. 6. in fin.* reperiri in Salisburg. provincia Epiſcopatus ita ſubjectos Archi-Epiſcopo Salisburgenſi, ut eorum Epiſcopi à ſuis Capitulis electi ab illo teneantur petere confirmationem : Sic devolutionem fieri beneficiorum ob negligentiam in iis conferendis ab Archi-Epiſcopis commiſſam; aſſerit Pirh. *tit. de conceſſ. præb. n. 34. &c.*

Reſp. 3. *Archi-Epiſcopi* dicuntur illi Prælati Ordinis Epiſcopalis, qui alicujus provinciæ Epiſcopis omnibus præſunt : alio nomine vocantur *Metropolitani.* 2. Obtinent triplicem potéſtatem : *prima* illis competit reſpectu ſuæ diœceſis, in qua habent ea jura, quæ quilibet Epiſcopus : *ſecunda* reſpectu Epiſcoporum Provinciæ ſuæ, quos *Suffraganeos* Archi-Epiſcoporum vocamus, & in quos jurisdictionem habent ordinariam. *c. 6. cauſ. 10. q. 3. 11. in princ. h. t.* vi hujus confirmant electiones Suffraganeorum ſuorum, non ſpecialiter, ut in Germania, paucis exceptis, Papæ reſervatas : *de jure communi* eosdem conſecrant : præcipiunt ea Suffraganeis, eorúmque Vicariis, quæ ad officium illorum ſpectant : cauſas

eorum

eorum *Civiles* cognoscunt & terminant. *Tertia* Potestas & jurisdictio competit Archi-Episcopis in subditos suorum Suffraganeorum, quam tamen exercere immediatè non possunt extra casus jure permissos. *c. 7. caus. 9. q. 3. c.* 11. *h. t. c.* 1. *eod. in 6.* capitula, in quibus casus expressi sunt, allegavi. *tit. 10. supr. q. 2.*

Q. 7. Quod sit officium & potestas Episcoporum? *Resp.* 1. *Episcopus* est Prælatus, qui in certo alicujus Provinciæ districtu præest Clero & populo, imo Principibus & Regibus quoad curam animarum & disciplinam Ecclesiasticam, speciali charactere insignitus. *c. 16. h. t. c. 7. eod. in 6.* 2. Officium Episcopi explicatur *Act. 20. c. 15. h. t.* Trid. *sess. 5. c. 2. de reform.* 3. Potestas ejus duplex est, altera *Ordinis*; quàm habet ratione characteris ad confirmandum, Ordinandum, consecrandum; altera *jurisdictionis*, quam habet ùt judex Ordinarius & pastor Ecclesiæ suæ. Hæc potestas jurisdictionis Episcopalis immediatè Episcopis datur ab Ecclesia, seu Rom. Pont. *c.* 1. *dist. 22. c. 18. caus. 24. q.* 1. Deinde si hæc potestas esset immediatè à Christo data, non posset Episcopis auferri ab Ecclesia vel Rom. Pontifice, quod tamen per excommunicationem, degradationem, depositionem fieri potest. 4. Interpretes potestatem Episcopi dividunt in eam, quam *Legem jurisdictionis*, & in eam, quam vocant *Legem diœcesanam.* Ad Legem *jurisdictionis* referunt omnia, quæ ex parte Episcopi consistunt, in dando & faciendo, sive sunt actus Ordinis, sive

stricta

strictæ jurisdictionis; potéstque Episcopus vi hujus omnia in sua diæcesi, quæ Pontifex per totam Ecclesiam, iis tamen exceptis, quæ Pontifex sibi reservavit, & quæ sunt juris communis. *c. 1. & fin. de Off. Archipresb. c. 16. h. t.* In jure tamen communi possunt aliqua Episcopi interdum ex consuetudine, aliàs per epykiam, nonnunquam etiam tacito vel expresso Pontificis consensu. Quæ in specie vi Legis jurisdictionalis possint Episopi, habentur. *c. 14. 15. & 16. h. t. c. 6. de sent. excomm. in 6. c. 14. de pœnit. & remiss.* Trid. *sess. 22. c. 8. &. sess. 24. c. 3. & 4. de reform.* 5. Ad Legem *Diœcesanam* referunt omnia, quæ ex parte Episcopi consistunt in recipiendo: vi Legis hujus juxta *c. 26. h. t.* Episcopus ab Ecclesiis & *Clericis* sibi subjectis exigere potest *Cathedraticum, Synodaticum, subsidium charitativum, quartam decimationum, quartam mortuariorum, procurationes.* 6. Jure *extraordinario* & *delegato* in multis casibus Episcopus jurisdictionem obtinet in exeurptos. Videatur Trid. *sess. 4. in decret. de edit. & usu sac. libr. sess. 5. c. 1. ℣. in Monasteriis & c. 21. de ref. sess. 6. c. 3. & 7. c. 14. de ref. sess. 22. in decret. de observ. in celebr. missar. sess. 23. c. 15. de reform. sess. 24. c. 1. de ref. matrim.* & præcipuè *sess. 25. c. 4. 5. 12, 13. 14. 16. de regular. &c.* Vide etiam dicta supra ad. *Tit. 29. Q. 2.*

Q. 8. Quæ sit potestas Prælatorum Episcopo inferiorum? Resp. 1. Prælati Regulares (quales sunt *Abbates*, & quo reducuntur *Generales*, *Provinciales*, *Superiores locales*) in *suos subditos Reli-*

gioſos non poteſtatem tantùm *denominativam* habent, id eſt, jus quoddam ratione voti obedientiæ competens ad imperandum Religioſis ſubditis, & utendum eorum operibus, proùt ad regularem diſciplinam eſt conveniens; ſed habent inſuper jurisdictionem ordinariam quaſi-Epiſcopalem tam in foro in-quàm externo. *c. 2. de ſent. excommun.* Hæc procedunt, ſive tales Prælati ſint exempti, nec ne. *Pirh. h. n.* 125. De *Abbatiſſis* aliter loquendum, utpote quæ jurisdictionis propriè ſpiritualis, deſcendentis à poteſtate clavium, prorſus ſunt incapaces,

Q. 9. Quæ ſit poteſtas & officium Parochi? Reſp. 1. Parochus tantùm habet de jure communi jurisdictionem, ordinariam tamen, in foro interno, quâ poteſt Parochianos ſuos, vagos item & peregrinos ad ſe accedentes abſolvere ab omnibus non reſervatis. Non autem in foro externo; adeóque nec in LL. & præceptis Eccleſiaſticis, nec in votis aut juramentis poteſt diſpenſare. eſt comm. cum gloſſ. *in c. 38. cauſ. 11. q. 1.* & arg. Trid. *ſeſſ. 23. c. 15. de reform.* 2. Ad officium Parochi ſpectat emittere profeſſionem fidei intra duos menſes ab adeptâ Parochiâ juxta Trid. *ſeſſ. 24. c. 12. de reform.* Singulis dominicis & feſtis vel per ſe vel per alios, Parochianos ſuos in rebus divinis inſtruere. Trid. *ſeſſ. 5. c. 2. de reform. & ſeſſ. 24. c. 4. de reform.* iisdemque ad minimum diebus horâ competenti celebrare miſſam. *c. 2. de Paroch. Extrav. 2. de Treug.* adminiſtrare Sacramenta, quotiescunque rationabiliter

biliter petitur. Barbos. *de off. & pot. Paroch. p. 2. c. 19, n. 8. & c. 20. n. 13. & seq.* 3. Regulares quam habeant potestatem administrandi Sacramenta, prædicandi Verbum Dei, &c. colligendum ex privilegiis cuique Ordini concessis: ubi tamen notant DD. Constitutionem *Clem. 1. de privil.* quâ Religiosis etiam Mendicantibus prohibetur sub excommunicatione latæ sententiæ, ne absque licentiâ Parochi vel Episcopi Sacramenta Eucharistiæ & extremæ Unctionis (extra casum extremæ necessitatis) moribundis ministrent, adhuc hodie observandam.

TITULUS. XXXII.

De Officio Judicis.

Q. 1. *Quis dicatur judex, & quis judex esse possit?* *Resp.* ad 1. Est persona legitima, quæ *publicam potestatem* habet cognoscendi de litigantium controversiis, & secundùm præscripta Legum, locorúmque consuetudinem de iisdem pronuntiandi. Alius est *jurisdictionalis*, qui jurisdictionem obtinet; alius *Notionalis sive Pedaneus*, qui nulli jurisdictioni præest, sed nudam notionem seu facultatem cognoscendi, mentémque suam aperiendi obtinet. arg. *L. 3. ff. de jurisdict.* Ex usu recessit mos judices pedaneos constituendi; vicini iis sunt *Commissarii* in foro sæculari, *Auditores* in Ecclesiastico constitui soliti.

Resp. ad 2. Omnis, qui non prohibetur; quia-

nam autem prohibeantur, dictum est supra ad *Tit. 29. Q. 4.* quibus adde, quòd judices esse non possint *servi*, ratione quorum tamen notanda Lex *Barbarius. 3. ff. de off. Prat. Fœminæ*, illustribus exceptis. *Senatu moti* ob turpem causam. *L. 12. §. 2. ff. de jud.* Minores 25. annis judices Ordinarii per *L 41. ff. de recept.* minores 20. annis, cum limitatione tamen, judices delegati esse prohibentur. *c. 41. h. t.*

Q. 2. Quodnam sit officium judicis in genere & quotuplex? Resp. ad 1. Officium judicis latissimum est, ùt dicitur in *L. 1. ff. de jurisd. omn. jud.* principaliter verò, ut *jus dicat partibus. Resp.* ad 2. Aliud est officium judicis *Nobile*, aliud *Mercenarium*: hoc est, quod actioni in judicio intentatæ deservit & impenditur, sive, quod judex impertitur ad instantiam actoris per actionem postulantis, quod suâ interest, & ab altero, quocum litigat, stricto jure debetur, v. g. dum profert sententiam super re alteri stricto jure debita. Officium judicis *nobile* est, quod per se stat, & nulli actioni deservit, seu quod judex authoritate juris, motu proprio, citra ullam institutam ab aliquo actionem nulláque parte implorante (vel implorante quidem, actionem tamen strictè talem non habente) veluti ex munere suo, æquitate & utilitate sic suadènte, exercet, v. g. dum inquirit & punit delicta, furiosis, pupillis, aliisque personis miserabilibus dat Tutorem, Advocatum, Defensorem, It. dum ad petitionem Minoris vel Ecclesiæ graviter læsæ con-

tra-

tractum rescindit. *L.* 1. *ff. de Minor. Vide etiam L. 4. ff. de jud.* Dum imploratur judicis officium nobile, tum modò litis contestatione opus est, si *contra personam certam principaliter*, ita ut necessaria sit plena causæ cognitio, imploratur *c. 2. h. t.* Ratio, quia hoc casu imploratio judicis succedit loco actionis, éstque quasi judicium ordinarium, in quo necesse est fieri litis contestationem.

Q. 3. Quænam sit obligatio judicis? Resp. 1. Vitare debet, ne in judicando respectum personarum habeat, affectúmque privatum sequatur. *can. 79. caus.* 11. *q. 3. L.* 11. *ff. de pœn. L.* 19. *§.* 1. *ff. de off. Præsid.* adeóque tenetur in causis *civilibus* pronunciare pro illâ parte, quæ perpensis omnibus causam habet probabiliorem. Contrarium damnavit *Innoc. XI. die 2. Martii* 1679. Si verò æqualis pro utraque parte appareat probabilitas, neutri favere, causámve *pro libitu*, cæteris paribus, alterutri potest adjudicare. Ratio, quia non est dominus rei controversæ. Nec potest *ordinariè* à LL. publicis, statutis particularibus, consuetudine legitimâ recedere. *c.* 1. *de Constit.*

Resp. 2. Judex non tenetur, imò non potest condemnare reum, secundùm allegata & probata nocentem, quem privatâ scientiâ innocentem novit, sive sint causæ criminales, sive civiles tantùm. Ratio, quia repugnat *juri naturali*, quod dictat, æqualitatem esse servandam inter culpam & pœnam, inter obligationem & solutionem. It. contra rectam rationem est, puniri eum, qui non deliquit, aut condemnari ad sol-

dendum, qui nihil debet. 2. Repugnat *Juri Canonico c. 1. de sent. & re jud. in 6.* 3. *Juri Civili, quod L. 6. §. 1. ff. de off. Præs.* præcipit judici judicare secundùm ea, quæ probantur, atqui tali casu non probatur judici, quòd reus sit nocens; ergo.

Resp. 3. Judex ex officio potest, imò etiam debet omissa à partibus, earúmve Advocatis supplere circa ea, quæ juris sunt; quia ea spectant ad officium judicis, v. g. examinare libellum, deferre juramentum, rejicere testes non legales. Non circa ea, quæ facti sunt; quia judex non debet assumere officium partium; subinde tamen & hoc potest, uti refert Brunnem. *in L. un. C. ut quæ desunt Advoc. part. jud. supp.*

Resp. 4. Quid circa *munerum* acceptionem tenendum, non tam corrupta praxis, quàm Jus divinum *Exodi 23. ℣. 8. Deuter. c. 16. ℣. 19.* Jus Ecclesiasticum *c. 10. de vit. & honest. Cler.* Jus Civile *L. 18. ff. de off. Præsid.* & maximè *Nov. 8. in fin.* attendi deberet. Engel *hìc n.* 10. ait, teneri judicem ad restitutionem acceptorum munerum, etiam ante sententiam, quod tamen limitat. Pichl. *h. t. n.* 10. Id universaliter verum, multò laudabilius facturum judicem, si à *xeniis* etiam & *sportulis* quarum receptionem permittit consuetudo, & respectu judicis à Pontifice delegati *c. 11. §. insuper. de rescript. in 6.* abstineret.

TI.

TITULUS XXXIII.

De Majoritate & Obedientia.

Q. 1. *Quid sit majoritas, & unde nascatur?* *Resp.* ad 1. Majoritas est prærogativa sive excellentia unius præ alio, vi cujus unus est honorabilior præ altero, ut in congressibus, consessu, stallo, suffragio & prærogativis aliis antecedat.

Resp. ad 2. Oritur hæc majoritas 1. vel ratione *Ordinis*, vi cujus Clerici digniores sunt laicis. *can. 6. dist. 4.* & inter Clericos, qui Ordinem altiorem sunt consecuti *c. 15. h. t.* cui tamen dispositioni in pluribus Ecclesiis est derogatum per contrariam consuetudinem approbatam *c. fin. de consuet. in 6.* Vel 2. ratione *dignitatis Ordinantis*, ut tamen is *solus*, cui Papa contulit Ordines, *cæteris paribus*, aliis (etiam in concursu & collatione beneficiorum juxta Wiestn. *h. t. n. 2.*) sit præferendus *c. 7. h. t.* ratio ibid. assignatur. Vel 3. ratione *antiquitatis*, seu *prioritatis temporis*, ut is, qui priùs in Ecclesiasticis ordinatus fuit vel institutus, posteriùs ordinato & instituto, *cæteris paribus*, & præscindendo à particularibus privilegiis, consuetudinibus, juribus sit præferendus. *c. 1. h. t. & reg. 54. in 6.* Vel 4. ratione *privilegii*, quâ viâ Patriarcha Constantinopolitanus, licèt posterior Antiocheno & Alexandrino, super eos principem locum obtinuit. *c. 23. de privileg. c. 6.*

dist. 22. Vel 5. ratione *dignitatis, jurisdictionis & administrationis.* Sic supereminet omnes S. Pontifex. *c. 6. h. t.* hunc sequuntur Cardinales, hos Patriarchæ & Primates, istos Archi-Episcopi, Archi-Episcopos Episcopi : post hos in CC. Generalibus veniunt Abbates usum mitræ & baculi habentes, tum Generales Ordinum Religiosorum. Extra Concilia in diœcesibus *de jure Sede plenâ* primum post Episcopum locum obtinet Vicarius Generalis, utpote repræsentans Episcopum. ℣. Leur. *in Vicar. Episc. q. 60. & seq.* Si Canonici Cathedrales collegiater incedant, præcedentiam habent præ Abbatibus, quia tum repræsentant Ecclesiam Cathedralem ; secus si incedant singuli *can.* 12. *caus.* 16. *q.* 7. Ecclesia Cathedralis præcedit cæteras, ejúsque Canonici reliquarum Ecclesiarum Canonicos, qui immediatè sequuntur, hos excipiunt Parochi, Plebani, Curati, & Ecclesiarum Parochialium Presbyter cum reliquo Clero sæculari. Inter Ordines Religiosos post Clerum sæcularem primum per se locum habent Canonici & Clerici Regulares, tum Monachi, ac denique Mendicantes ; ex qualibet harum classe, dum in unâ civitate concurrunt plures, præcedentiam habent, quorum fundatio sive introductio antiquior est. Cœterùm in hac Materiâ maximè attendi debet consuetudo.

Q. 2. *Quis sit judex controversiæ ortæ ratione præcedentiæ.* v. g. *in processionibus, deductione funerum &c.? Resp.* 1. Episcopus tales controversias componit, si inter Conventus & communita-

nitates Eccleſiaſticas, etiam exemptas, lis verſetur. Trid. *ſeſſ.* 25. *c.* 13. *de Regular.* 2. Si inter Confraternitates Laicorum lis ſit, & agatur in judicio petitorio, de ipſo ſcil. jure præcedendi, iterum cognitio & deciſio cauſæ ſpectat ad judicem Eccleſiaſticum. *c.* 2. *de judic.* 3. Si agatur in poſſeſſorio, & Communitas conventa ſit ſæcularis, nec admiſceatur quæſtio juris, poteſt etiam judex laicus cognoſcere cauſam hanc & decidere, quia tum cognitio verſatur ſolùm circa aliquid temporale,

Q. 3. Quid ſit obedientia, in quo conſiſtat, cui debeatur? Reſp. ad 1. Obedientia, proùt eſt virtus ſpecialis, definiri poteſt, quòd ſit virtus moralis inclinans ad faciendum, quod præcipitur, quia præcipitur.

Reſp. ad 2. Conſiſtit præcipuè in 3. quatenus eſt hujus loci; nimirum in reverentiâ Superioribus exhibendâ; in mandato ab ipſis accipiendo & exequendo; in judicio eorum ſubeundo.

Reſp. ad 3. *Imò* ab omnibus fidelibus debetur Papæ. *c.* 2. 4. 6, *h. t.* It. *Joan.* 21. ℣. 17, 2. A Diœceſanis Epiſcopo proprio. *c.* 4. *cit.* Clerici tamen Epiſcopo ſubjecti non tenentur præſtare juramentum, quo promittant ſpecialiter Epiſcopo obedientiam, niſi ſint Curati. *c.* 3. *h. t.* vel inobedientes rebelles, aut contumaces. *c.* 10. *h.* t. 3. A Capellanis, Presbyteris, &c. Cardinali in Eccleſiâ ſui tituli, ſed tantùm obedientia manualis præſtari debet. *c.* 11. *h. t,* 4. A Religioſis Prælato, à Monialibus Abbatiſſæ, à quibuſcun-

que subditis Superiori legitimo, licèt dubitetur, num justa præcipiat. Engel *h. n. 66.* quia in dubio est præsumptio pro Superiore.

Q. 4. Quâ ratione procedendum in obedientiâ Superioribus præstandâ? Resp. 1. Superiori obediendi obligatio datur solùm in iis rebus, ad quas se ejus jurisdictio extendit; quia talis subditus in aliis rebus est instar non subditi.

Resp. 2. Ex duobus Superioribus contraria præcipientibus parendum illi, qui major est, scil. *quoad potestatem præcipiendi respectu talis subditi. c. 2. dist. 8.* non obstante *can. 5. & 6. caus. 9. q. 3. & c.* 11. *de off. Ordin.* Si uterque Superior mandans æqualis sit, etiam in potestate præcipiendi, obediendum illi, cui quis potiori titulo subjectus, cum & ex hoc proveniat potestas præcipiendi.

Q. 5. Quæ pœnæ inobedientibus statutæ? Resp. 1. *Canonicis Constitutionibus* inobedientes notam inobedientiæ incurrunt, sive quandam infamiam Canonicam, quæ per pœnitentiam tamen sublato peccato tollitur. *c. 5. h. t.*

Resp. 2. Non obedientes *statutis & decretis* Episcoporum, aliorúmve Prælatorum, seu Superiorum Ecclesiasticorum per contumaciam, *debent* excommunicari. *c. 2. h. t.* Abbatissæ in sibi contumaciter inobedientes pœnam hanc infligere non possunt ob defectum potestatis clavium, possunt tamen implorare officium Superioris, ut sibi inobedientes excommunicet. *c.* 12. *h. t.* speciale quid desumitur ex. *c. 8. h. t.* ùt explicat Leur. *h. t.* Q. 922. Pirh. *n.* 34.

TITU-

TITULUS XXXIV.

De Treuga & Pace.

Q. 1. *Quid ſit Treuga, & quotuplex? Reſp.* 1. *Treuga* eſt ſecuritas perſonis & rebus ad tempus præſtita, diſcordiâ, vel (magis ſpecificè) bello necdum finito. Sive eſt ceſſatio ab armis *ad tempus*, per quæ verba differt à *Pace*. Alio nomine Treuga vocatur *Armiſtitium*, *inducia*, ein Waffen-Stillſtandt.

Reſp. 2. Alia eſt Treuga *Legalis*, ſeu potiùs *Canonica*, quia lege vel canone conſtituta. *Perpetua* alia, & alia *Temporalis*; alia eſt Treuga *conventionalis*, quæ conventione ſeu mutuo partium conſenſu conſtituta eſt, éſtque juris gentium. *can. 9. diſt.* 1. imò juris naturalis *c. 3. cauſ. 23. q.* 1. ratio datur ab Ulpian. *L.* 1. *ff. de pact.* etiamſi inita fuerit cum hoſtibus hæreticis, paganis &c. Canonica Treuga *temporalis c.* 1. *h. t.* ſtatuta in uſu nunquam fuit; neque, quod dolendum, treuga *perpetua* ſive ſecuritas Clericis, Religioſis, ruricolis, aliísque perſonis *c. fin. h. t.* relatis concedenda, Adeóque, quod prius attinet, Chriſtianis etiam licebit non tantùm ex causâ neceſſitatis per *c.* 15, *cauſ. 23. q. 8.* ſed ex causâ commoditatis die Feſto bellare. arg. *c. 3. de feriis.*

Q. 2. *An Princeps poſſit ſubditos diſſidentes compellere ad pacem ineundam, & quid præterea dicendum? Reſp.* 1. Si publica ſunt inter civitates

&

& populos diſſidia, non tantùm ad Treugam vel inducias, ſed etiam ad pacem faciendam Princeps cogere poteſt ſubditos *c.* 13. *ff. de off. Præſ.* Si privati inter ſe contendunt, *regulariter* non poteſt cogere ad concordiam. *Nov.* 124. *c. fin.* ratio, quia non poteſt jus, quod quis habet, tollere.

Reſp. 2. Tractatu pacis inito, Princeps damna ſubditis tempore belli illata absque illorum conſenſu remittere poteſt. Ratio, quia cenſetur utile ſubditorum negotium gerere, & quia Princeps jus habet in bona ſubditorum, exigente id utilitate publica & neceſſitate. *Auth. his quæ C. communia de Legat.* quod jus quia non habet Princeps Laicus in bona Eccleſiaſtica, damna Eccleſiis aliisque locis piis illata absque Superiorum Eccleſiaſticorum conſenſu nequit remittere.

Q. 3 Quid ſit bellum, & an licitum? Reſp. 1. Bellum eſt diſcordia Principum vel Rerump. vim & arma inferentium mutuò: vel, eſt ſtatus pugnæ publicæ duorum exercituum per vim certantium, ab iis, qui Superiorem non agnoſcunt, inſtitutæ, Unde facilis eſt differentia cognoſcenda inter *Rebellionem, ſeditionem, duellum, & bellum.*

Reſp. 2. Tam bellum *defenſivum*, de quo non eſt dubium, quàm *offenſivum* licitum eſt Catholicis, ùt conſtat ex plurib. text. Scripturæ. Modò habeat ſeq. conditiones. 1. Scil. ut adſit *legitima poteſtas.* Deinde *cauſa juſta*, qualis non eſt, augmentum vicinæ Potentiæ, & conſequens metus, ne ſibi vel Reip. ſuæ ſecuturo rempore

noce-

noceat, Schiara *in Theol. Bell. L. 1. difficult. 9.* 3, Ut tententur priùs media alia omnia ad impediendam aut reparandam injuriam, damnùmque resarciendum, quàm bellum indicatur. Sítque hoc necessitatis, non voluntatis. *can. 3. caus. 23. q. 1.* Unde & tenetur princeps à prosecutione belli cessare, dum, eo etiam cœpto, competens ab adversario satisfactio offertur.

Q. 4. Quænam liceant in bello justo vel non? Resp. 1. Licent ea omnia, quæ ad finem belli consequendum vel necessaria vel proficua sunt; v. g. milites adversæ partis capere & occidere, hostiles terras & bona occupare, vastare agros, diruere arces, uti stratagematis. Ratio, quia cùm finis sit licitus, etiam media necessaria aut utilia sunt permissa.

Resp. 2. Neque licèt per se innocentes occidere, neque innocentium bona diripere: per accidens autem, & quando ad victoriam necessarium est, utrumque licèt, direptio quidem bonorum directè, vitæ autem ademptio indirectè. Ratio, quia damna in bello inferenda licita tantùm sunt, quando necessaria vel utilia ad consequendum finem: sed hoc de directa innocentis occisione dici nunquam potest, cùm sit intrinsecè mala; spoliatio verò tantùm tunc licita, quando bonum publicum id exigit.

Resp. 3. Non licèt occidere datos obsides, aut prælio devictos partâ jam victoriâ, nisi aliunde meriti sint mortem; nec licet uti amulethis magicis; nec veneno inficere arma, fontes, annonam;

nec

nec expilare Ecclesias, Ecclesiasticásque personas & earum bona. Rationes passim videre est apud AA.

TITULUS XXXV.

De Pactis.

Q. 1. *Quid & quotuplex sit pactum?* *Resp.* 1. Pactum juxta *L. 1. ff. h. t.* est duorum vel plurium in idem placitum consensus, scil. *de dando aliquo vel faciendo.* Acceptum *specificè* est conventio ultro citróque habita non *pariens actionem civilem*, per quæ verba differt à contractu *propriè tali.* Differt etiam pactum à *nuda pollicitatione.* Vide Engel *h. t. à n. 3. à transactione. L. 38. C. de transact. à testamento* omníque aliâ voluntate ultimâ, quia hæc unius testatoris voluntate constant.

Resp. 2. Præter varias divisiones, præcipuè pactum aliud *nudum* est, alid *vestitum.* Pactum *nudum* est simplex aliquorum inter se de re aliquâ pactio sive conventio, solâ nitens æquitate naturali; nec habens à jure firmitatem vel actionem. *Vestitum* est conventio, quæ non solâ nititur æquitate naturali, sed insuper firmitatem, assistentiam, actionem à jure habet. Vestitur autem 1. si accipiat, aut ex naturâ suâ habeat rationem & nomen contractûs specifici, v. g. emptionis *L. 7. §. 1. ff. h. t,* 2. si accedat stipulatio. *L. 3. C. de rer. permut.* 3. Si pactum nudum adjiciatur alteri

con-

contractuì bonæ fidei *L. 7. §. 4. in fin. & 5. ff. h. t.* Mol. *Tr. 2. de J. & J. D. 255. n. 4.* 4. Si ex alterutrâ parte ſit ſecuta traditio rei, vel impletio promiſſionis. 5. Si accedat juramentum. 6. Si inſtrumentum publicum à Notario confectum accedat. 7. Veſtitur item per ſpeciale privilegium, utì fit in pactis ſponſalitiis, promiſſione dotis &c.

Q. 2. Qualem obligationem & actionem pariant pacta nuda? *Reſp.* 1. Certum eſt, quòd pariant obligationem naturalem & in conſcientiâ; quia omnis conſenſus ſufficienter expreſſus & ab alero acceptatus,, nec à jure irritatus, ſi ſit de re licitâ, Jure naturæ obligationem inducit.

Reſp. 2. Non tamen actionem pariunt pacta nuda *de jure Civili*, ùt habetur in *L. 27. C. de Loc. & Cond. L. 7. §. 4. ff. de pact.* ratio, ne lites nimiùm multiplicentur. Neque *de Jure Canonico*, cùm nullibi extet textus, quo jus Civile quoad hoc foret correctum.

Q. 3. Quinam paciſci poſſint aut non poſſint? *Reſp.* ad 1. Omnes paciſci [uti & contrahere] poſſunt, qui habiles ſunt & non prohibentur. Ratio, quia ad inducendam obligationem plus non requiritur, quàm conſenſus liber; hic ergo ſi adſit, neque quis jure poſitivo prohibeatur, poterit pro libitu paciſci vel contrahere.

Reſp. ad 2dum. 1. Prohibentur *jure poſitivo Eccleſiaſtico Prælati*, qui bona immobilia vel mobilia pretioſa, niſi cauſa juſta & ſolennitates à jure præſcriptæ intercedant, alienare non poſſunt. *tot. tit. de*

de reb. Eccleſ. alien. Deinde *Religioſi in particulari* invalidè paciſcuntur aut contractus ineunt ſine Superioris facultate *circa bona temporalia?* quia per votum paupertatis abdicàrunt à ſe dominium & omnem circa res temporales diſpoſitionem.

Reſp. ad 2dum 2. Jure *Civili* paciſci non poteſt *pupillus* ſic, ut, ſi absque authoritate tutoris fuerit pactus aut contraxerit, indéque non ſit factus ditior, nequidem naturaliter obligetur ad ſervandum contractum, ſed poſſit ſe ſalvâ conſcientiâ gerere, ac ſi non contraxerit. *L. 59. ff. de O& A. L. 41. ff. de cond. indeb.* ratio, quia finis legis irritantis contractum à ſolo pupillo initum, fuit, conſulere imbecillitati pupilli; atqui factum id non fuiſſet, ſi ſublatâ obligatione civili remaneret naturalis. Idem fere, quod de *pupillo*, dicendum eſt de *Minorenni* absque authoritate Curatoris circa bona contrahente, per *L. 3. C. de in integr. reſt.* idem de *prodigo* juridicè tali per *L. 1. ff, de Curat.*

Reſp. ad 2dum 3. *Filiusfamilias quamdiu* impubes eſt, neéquidem conſentiente patre validè paciſcitur vel contrahit, etiam circa caſtrenſia. *§. 10. Inſt. de inutil. ſtipul.* 2. Si pubes, validè de caſtrenſibus & quaſi, etiam ſine conſenſu patris, paciſcitur *L. 4. §. 1. L. 10. & ff. de Caſtr. pecul.* idem eſt de adventitiis, quorum uſumfr. non habet pater. 3, Invalidè verò de bonis adventitiis regularibus & profectitiis absque conſenſu patris arg. *L. 4. cit.* & habetur clare in *L. fin. §. 5. & filius autem. C. de bonis, quæ liberis.* Notari

hic

hìc poterit *c. pen. de ſepult. in 6.* 4. Filius familias etiam majorennis ſine conſenſu patris mutuum accipiens non tantùm in foro externo tutus eſt, & urgeri non poteſt ad reddendum mutuum. *tot. tit. ff. & C. de S. C. Maced.* ſed etiam in foro interno in caſibus, *in quibus uti poteſt in foro externo exceptione S. C. Maced.* Ratio quia Reſp. & *potuit & voluit* deobligare filiosfam, & patres in conſcientia; ergo. Quòd potuerit, nemo dubitat; quòd voluerit, inde conſtat, quia cæteroquin nec filiis, nec parentibus ſatis conſultum fuiſſet. Imò *de rigore juris* ſaltem poſt ſententiam judicis, licèt inde factus ſit ditior. *L. 9. §. 2. ff. ad S. C. Maced.* Neque juratò renunciare poteſt huic beneficio, ſaltem vivo patre & durantibus periculis; quia tale juramentum apertè cederet in præjudicium tertii.

Q. 4. Quanam ſit materia & objectum paſtorum, ſive de quibus pacta & contractus iniri poſſint? Reſp. 1. Inutiliter quis paciſcitur de facto alieno. *§. 3. & 21. Inſtit. de inutil- ſtipul.* uti & de facto impoſſibili. *L. 185. ff. de R. I.* Nec licet paciſci, *de factis turpibus* primùm committendis. *L. 26. 27. ff. de V. O. L. 15. ff. de condit.* Si tamen pars altera turpe factum implevit, v. g. puella ob promiſſam pecuniam jam corporis copiam fecit, poterit hæc exigere pecuniam; quia peccatum hìc nullum eſt. *Pirh. h. n. 27.* 2. Non licet paciſci de *rebus ſpiritualibus. c. 4. h. t. c. 6. eod.* plura ad *Tit. de Sim.* Non *de rebus alienis* ad transferendum earum dominium. *L. 15. & ſeq. ff. commod.* Non de rebus *humano commercio* exemptis. *§. 2. inſtit. de inutil. ſtipul.*

Non de rebus in præjudicium tertii cedentibus. Non de rebus planè incertis, ùt explicat Schmaltzg. *h. n. 22.* Non de hæreditate viventis, de quo pacto *ad tit. de succeſſ. ab inteſt.* Neque de non ſuccedendo in hæreditate paterna. *L. fin. ff. de ſuis & legit. hæred.* ubi notandum tamen *c. 2. h. t. in 6.* 3. Demum reprobantur de Jure Can. ſpecialiter certa pacta, quorum exempla ſunt in *c. 4. cit. h. tit. c. 7. eod. c. 1. de ſepult. & c. 1. eod. in 6.*

Q. 5. Quænam ſit forma pactorum & contractuum? Reſp. 1. Subſtantialem à natura & LL. definitam habent, accidentalem à contrahentibus per *c. 85. de R. J.*

Reſp. 2. Poſſunt pacta vel contractus iniri vel *purè*, id eſt non adjecto die, tempore, conditione, modo, & tum ſtatìm cedit & venit dies. *L. 213. ff. de V. S.* vel *in diem*, h. eſt, impletioni & executioni aſſignando diem vel tempus; quod *ſi certum fuerit*, obligatio quidem ſtatim inducitur, non tamen ſtatim urget, ſed expectandum, quoadusque *totum* tempus fuerit elapſum. *ſ. 2. ℣. at ne J. de V. O.* Vel ſub *conditione*, v. g. ſolvam, ſi dignitatem petitam fuero conſecutus, quæ conditio ſi *de futuro contingenti ſit*, ſuſpendit etiam obligationem, usque dum impleta fuerit conditio. Vel *ſub modo* cum gravamine ſcil. in futurum, expreſſo per Ly *ut*, quo caſu ſtatim naſcitur obligatio, modo etiam nondum impleto. Vel denique *alternativè*, ſive ſub disjunctione, v. g. dabo tibi equum vel bovem; de qua obligatione loquuntur AA. ad *Reg. 79. in 6.*

Q. 6.

Q. 6. Quæ hìc notanda de contractibus? *Resp.* 1. *Contractus propriè* est conventio ultrò citróque habita pariens per se actionem civilem. *Quasi contractus* est tacita seu præsumpta conventio, ex qua producitur obligatio mediante aliquo facto. Vide *Instit. de obl. quæ ex quasi contractu.*

Resp. 2. Verus contractus alius est *nominatus*, qui proprium & speciale nomen in jure habet, utì emptio, venditio, locatio &c. alius *innominatus*, qui proprium & speciale nomen non habet, sed venit generali nomine *permutationis*, licèt & hæc specificè sumi possit & soleat: est hic iterum quadruplex, *do, ut des; do, ut facias; facio, ut des; facio, ut facias.* In contractibus innominatis regulariter resilire potest pars, quæ jam implevit, etiam re non amplius integra. *L. 5. ff. de cond. caus. dat. caus. non secut.* 2. Verus contractus dividitur ratione modi, quo perficitur, in *realem*, quī perficitur re, id est, traditione, ùt contractus commodati: in *literalem*, qui verbis; in *verbalem*, qui certâ verborum formâ; in *consensualem* quī solo consensu reciproco perficitur. 3. Dividitur in *onerosum. & reciprocum ant bilateralem*, & *in lucrativum, sive gratuitum*, aut *unilateralem*; hic est, quī unam tantùm partem gravat; in illo utrique partī onus imponitur. 4. In contractum *b. f.* in quo judex ex æquo & bono pronuntiat, etiamsi verbis expressum non sit; & in contractum *stricti juris*, qui secundùm verborum, quibus constat, rigorem consideratur.

Resp. 3. Alia sunt *substantialia* contractûs, ùt in emptione merx, pretium, consensus; & hæc à contrahentibus mutari non possunt: alia *naturalia*, quæ contractui insunt tacitè tanquam proprietates, & inesse præsumuntur, nisi per voluntatem partium tollantur per *Reg. 58. de R. J.* alia *solennia*, quæ præter substantialia & naturalia requiruntur à Lege, Canone, consuetudine; hæc si per modum formæ substantialis requirantur, dicuntur solennia *intrinseca*, utì assistentia Parochi in matrimonio, sine qua matrimonium non valet; si non quidem ad valorem, sed ad licentiam præcisè requirantur, sunt solennia *extrinseca*, utì trina denuntiatio. Demum *accidentalia* dicuntur, quæ nisi specialiter adjiciantur non insunt, ùt arrha in sponsalibus, addictio in diem &c.

Resp. 4. Quando res, quæ in contractum deducta est, periit aut deterior est facta, tum si id contigit *dolo vel culpâ lata*, qui dolum aut culpam commisit, præstare tenetur. *L. 1. §. 5. ff. de A. & O. L. 32. ff. depos.* 2. Si *culpâ levi* eam tenetur præstare committens in iis contractibus, qui cedunt in utilitatem utriusque contrahentium. *L. 5. §. 2. L. 18. prin. ff. commod.* 2. Si *culpâ leviſſimâ*, hæc à committente præstatur in iis tantùm contractibus, qui in solius accipientis commodum tendunt. *LL. cit.* excipitur *Precarium*. 4. *Casus fortuitus*, damnúmque inde secutum *regulariter* non præstatur. Vide Engel *h. n.* 12. *& seqq.*

TITU-

TITULUS XXXVI.

De Transactionibus.

Q. 1. *Quid sit transactio ? Resp.* 1. Sumpta *latè* quamcunque negotii compositionem significat. *L. 229. & L. seq. ff. de V. S. Strictè* accepta est conventa decisio rei dubiæ & controversæ aliquo dato vel promisso, & aliquo retento vel remisso. *c. 7. L. 1. ff. L. 38. C. h. t.* 2. Est contractus, saltem innominatus, quia est conventio ultro citróque pariens actionem civilem, si rei traditione vel stipulatione sit firmata.

Q. 2. Quinam transigere possint aut non possint? Resp. 1. Universaliter possunt omnes, qui rerum suarum aut alienarum liberam administrationem, eásque alienandi potestatem habent. *L. 21. C. mandati.*

Resp. 2. Transigere non possunt 1. infantes, amentes. *L. 1. §. 3. ff. de pact.* pupilli & Minorennes sine authoritate Tutoris vel Curatoris, & hi non interveniente decreto judicis de bonis pupillorum & minorum immobilibus. *L. 4. C. de præd. minor.* 2. Procuratores, nisi sint instructi speciali mandato, aut in rem suam, aut constituti *cum libera. L. 13. ff. h. t. L. 60. ff. de procurat.* 3. Vasalli sine consensu Domini directi. *2. feud. 52.* 4. Prælatus Ecclesiasticus de bonis Ecclesiasticis sine Solennitatibus ; hæres fidei-commisso gravatus, nisi fiat transactio cum fidei-commissario,

vel cum ejus consensu. Intelligendo hæc omnia de casu, quo jura & res possessæ in alios transferuntur. Abb. *in c. 3. h. t.*

Q. 3. De quibus rebus liceat transigere? *Resp.* 1. De omnibus & solis rebus dubiis & controversis, nisi id jure prohibitum sit *L. 1. ff. h. t.* idque vel ante, vel post litem contestatem, & in quacunque litis parte, quia adhuc incertus & dubius est litis eventus; post sententiam in quibusdam casibus etiam licet. *L. 32. C. h. t.*

Resp. 2. Non est permissum transigere *super certa L. 65. §. 1. ff. de condict. indeb.* 2. Super iis, quæ *testamento vel codicillo relicta sunt*, nisi inspectis tabulis. *L. 6. ff. h. t.* 3. Super *alimentis futuris* per ultimam voluntatem relictis sine authoritate judicis & cognitione causæ. *L. 8. in princ. ff. & L. 8. C. h. t.* 4. Super *re spirituali aut huic annexis*, quia hoc sine vitio Simoniæ fieri non posset. 5. *Super matrimonio*, in ordine ad semel validè contractum denuò dissolvendum, ob indissolubilitatem matrimonii, 6. *Super crimine publico*, saltem si tale sit, quod non irroget pœnam sanguinis; de crimine enim privato, si vel agatur civiliter, vel si sit capitale, licet transige. *L. 18. C. h. t.* quæ Lex ita habet: *transigere vel pacisci de crimine capitali, excepto adulterio, prohibitum non est; in aliis autem publicis criminibus, quæ sanguinis pœnam non ingerunt, transigere non licet citra falsi accusationem.*

Q. 4. Quis sit effectus transactionis? *Resp.* 1. Præter obligationem naturalem omnibus pactis legi-

legitimis communem, effectus primarius est imponere finem litibus. *c. 1. & L. 10. C. h. t.* unde sequitur, quòd licèt mutuo consensu possit dissolvi *L. 14. C. h.* non tamen alterâ parte invitâ, re etiam adhuc integrâ, liceat resilire *L. 5. C. h. t.* ne quidem interveniente rescripto Principis. *L. 16. C. eod.* aut prætextu instrumentorum noviter repertorum *L. 19. & 29. C. eod.* omnésque probationes & jura, si dolus non interceſſit, sint irrita. *c. 1. h. t.*

Resp. 2. Alter effectus transactionis est, quòd, si firmata sit rei traditione aut stipulatione, actionem civilem pariat si sine illis inita sit, exceptionem litis finitæ. *c. 1. de lit. contest. in 6. c. 1. h. t. L. 2. C. h. t.*

Q. 5. An & quibus ex causis rescindi possit transactio? *Resp.* 1. Transactio *malè* inita rescindi potest, v. g. dolo malo aut injusto metu extorta *L. 19. & 42. C. h. t. L. 3. eod.* 2. Si error substantialis intervenerit. *L. 15. ff. de jurisd.* 3. Si transactio facta sit circa bona pupilli, minoris, Ecclesiæ, vel alterius, qui gaudet beneficio restitutionis, & hic notabiliter in transactione fuerit læsus. *rubr. & text. C. si adverſ. Transact.* 4. Si inita ex falsis instrumentis, etiam bonâ fide. *L. 42. C. h. t.*

Resp. 2. Si majorennis enormissimè sit læsus, rescinditur transactio, etiam jurata ob præsumtionem doli. *L. 5. C. de dolo. L. ult. C. de his quæ vi metúsve cauſ. fiunt.* Transactio tamen b. f. inita, licèt majorennis enormiter & ultra dimi-

dium sit læsus, rescindi non potest parte altera invita. *L. 78. §. fin. ff. ad S. C. Trebell. L 65. §. 1. ff. de cond. indeb.* Deinde sententia, quæ in rem judicatam transiit, rescindi non potest, etiam sub prætextu læsionis ultra dimidium. *tot tit. C. sent. rescind. non poss.* atqui non minor est authoritas transactionis, quàm sententiæ, quæ in rem judicatam transiit. *L. 20. C. h. t.* ergo.

TITULUS XXXVII.

De Postulando.

Q. *1. Quid sit. postulare? Resp.* De postulatione, ùt subrogatur electioni, actum est supra *Tit. 5.* Proùt huc magìs pertinet, describitur *L. 1. §. ff. de postul.* quòd sit desiderium suum, vel amici sui apud eum, qui jurisdictioni præest, in jure sive judicio exponere, vel alterius desiderio contradicere. Demum propriè hoc loco sumitur pro advocatione, sive officio Advocati.

Q. 2. Quid sit Advocatus, & quomodo distinguatur à Procuratore? Resp. ad 1. Advocatus propriè dictus est, qui pro altero præsenti defensionem in judicio præstat, causam legitimè deducendo secundùm jura.

Resp. ad 2. Differt à Procuratore in seqq. 1. Officium Advocati est publicum, honorabile, multisque gaudens privilegiis *L. 4. C. de Advoc. diverf. jud.* exigens virum jurium peritum & judicio DD. probatum *L. 2. C. h. t.* Procuratoris magis

magis privatum, vile, oneroſum. *L. 34. C. de Decurion.* adeóque ad illud, non ad munus Procuratoris cogi quis poteſt. Hæ tamen differentiæ hodie non obtinent in Camera Imperiali. *Ordinat. Camer. p. 1. Tit 19. §. fin.* Advocatus pro præſente poſtulat; Procurator adminiſtrat res ipſas, & negotia ſui principalis gerit, ejúsque ſuſtinet perſonam; & ſi eſt ad lites, nomine principalis abſentis agit, fit per & poſt L. C. Dominus litis. *c. 1. de Procurat. in 6.* 3. Procurator ſi cauſam malè egerit, vel cum adverſario colluſerit, tenetur actione mandati *L. 10. C. de Procur.* Advocatus de prævaricatione *L. 1. C. de Advoc. div. jud.* Advocatorum alii ſunt *publici*, de quibus in *tot. tit. C. be Advocat. fiſci.* alii *privati:* alii *Ordinarii* ſeu *jurati & immatriculati*, de quibus *L. 1. §. 4. ff. h. t.* alii *extraordinarii*, & *ſupernumerarii*, qui publica authoritate admiſſi non ſunt.

Q. 3. Quinam poſtulare ſive advocare poſſint? Reſp. Omnes ſpecialiter non prohibiti. Ratio, quia edictum de poſtulando prohibitorium eſt, adeóque de re generaliter permiſſa. arg. *L. 43. ff. de Procurat.*

Reſp. 2. Prohibentur 1. *Jure Civili* tam pro ſe quàm aliis poſtulare, Pagani & Hæretici (non tolerati) *L. fin. C. h. t.* Minoris 17. annis. *L. 1. §. 3. ff. h. t.* Surdi omnino *L. 1.* Servi *L. 32. ff. de R. J.* 2. Prohibentur *Jure Civili* pro *alii* poſtulare mulieres *L. 1. §. 5. ff. h. t.* Mater tamen tutrix filii pro filio poſtulare poteſt. Cæci, licèt

judices esse possint, *cit. L. 1.* insigni infamiâ notati. *L. 1. §. 6. ff. h.* literarum & jurium imperiti. *L. 4. C. h.* in Camera, qui non sunt Doctores vel Licentiati. *Ordin. Cam. p. 1. tit. 18.* 3. Possunt de *Jure Civili* pro certis tantùm personis sibi ad quartum usque gradum secundùm Pirh. conjunctis, vel vel quarum tutelam aut Curatelam gerunt, postulare infamiâ, non summâ sive insigni, notati. *L. 1. §. 8. & fin. ff. h. t.* 4. Respectu certarum causarum *Jure Civili*, judices & arbitri in causa, in qua judicaturi sunt. *L. 6. C. h. t.* Fiscus vel Resp. contra privatum prætextu debiti, quod ipsis debetur. *L. 3. & tot. C. tit. ne Fisc. vel Resp. Procurat.* Vasallus contra Dominum directum. *2. feu. 33.* potentiores contra infirmiores. *tot. tit. ne liceat potentiorib. &c.*

Resp. 3. Præter dictos in *resp.* præced. de *Jure Canonico* prohibentur advocare excommunicati. *c. 8. de sent. excomm. in 6.* item si advocare strictè sumatur, prohibentur Religiosi, præterquam in causis sui monasterii accedente consensu Prælati. *c. 2. h. t.* ratione FF. Minorum S. Francisci videatur *Clem. exivi. de V. S.* Sacerdotes sæculares nec in judicio sæculari, nec in Ecclesiastico advocare possunt *c. 1. & fin. h. t.* nisi sit in causa propria, vel Eccesiæ suæ, vel personarum *conjunctarum*, vel miserabilium; vel si aliter vitam honestè non possint sustentare. DD. comm. Clerici alii sive in majoribus, sive minoribus constituti, *sin hi habeant beneficium Ecclesiasticum*, advocare non possunt in judicio *sæculari*, scil. extra casus

ante

ante dictos. *c. 1. h. t.* Cæterùm nullus omnino Clericus in causa criminali, cui imminet pœna sanguinis, mortis, aut mutilationis advocatum potest agere saltem pro actore contra reum. *c. 9. ne Cler. vel Monach.*

Resp. 4. Prohibentur *Sententiâ Judicis* postulare. 1. Qui relatus in numerum Advocatorum, & jussus à judice patrocinium præstare parti, v. g. pauperi, id sine justa causa recusavit. *L. 1. C. h. t.* 2. Qui m. f. & colludendo cum adversario clientis sui causam prodidisse convictus fuit. 3. Si Advocatus vel Procurator pacti sunt de quota litis, seu parte rei, de qua litigatur, sibi honorarii loco danda. *L. 5. C. h. t.* ne scil. per fas & nefas victoriam obtinere conentur.

Q. 4. Quas causas perorandas suscipere possit Advocatus? Resp. 1. Non injustam, aliàs si sciens id fecerit, tum parti læsæ, tum clienti (si eum decepit, dicendo esse causam justam) tenebitur ad damni illati restitutionem. Pirh. *h. n. 22.* 2. Non causam probabilem, in quâ nulla spes prudens victoriæ, nisi monito priùs de hoc periculo cliente. Ratio, quia clientem suum sine prævia monitione manifesto exponeret periculo. 3. Potest tamen suscipere causam defendendam, in qua non modica est probabilitas & spes victoriæ, minor tamen eâ, quæ pro adversario militat. Ratio, quia potest hoc cliens facere omni jure per se ipsum, ergo & per Advocatum. Deinde quæ minùs probabilia sunt, reipsa sunt sæpe veriora iis, quæ apparent ùt probabiliora; ergo. Requirunt

tamen

tamen AA. ut & hìc moneatur cliens de minori probabilitate.

Q. 5. Quid teneatur vi officii facere Advocatus? Resp. 1. Immatriculatus non potest patrocinium recusare juxta dicta. 2. Tenetur merita causæ diligenter rimari. 3. Modestiam, veritatem, & fidelitatem servare. *L. 38. §. 8. ff. de pœn.* 4. Causam semel susceptam non deserere, nisi in decursu reperiat esse injustam. &c.

Q. 6. Quid liceat Advocato & quid non? Resp. 1. Licet pacisci de salario, arbitrio prudentis justo. Ratio, quia hoc Advocatus exigere potest, licèt nihil de eo conventum sit. Arg. *c. 16. de præscript. in fin.* quod si taxatum sit à Lege aut consuetudine, terminos excedere non potest. Si annuum salarium constitutum, Advocatus verò vel morte vel alio casu fortuito impediatur à præstando munere, ab ipso in posteriori, ab hæredibus in priori casu potest exigi. *L. 38. ff. locat. L. 1. §. 13. ff. de extraord. cogn.*

Resp. 2. Non licet Advocato cum cliente de *palmario*, id est, extraordinario ultra salarium in casum victoriæ solvendo ante litem finitam pacisci, utì nec de quota litis, sive de certa parte rei litigiosæ, si viceret *L. 5. C. h. t.* Ratio quia tale pactum invitare censetur Advocatum ad fraudes & dolos; cum tamen non per se afferat salutis dispendium, nec præjudicium tertii, juramento firmari potest.

Resp. 3. Nec licet Advocato tempore durantis litis celebrare cum cliente contractum alium, v. g.

em-

emptionis, venditionis, proùt juſtiſſimè prohibetur. *L. 6. C. h. t.*

Reſp. 4. Neque Advocatis, neque alteri cuipiam licet alienas lites redimere, ſeu emere & modico dato in ſe derivare. *L. 22. & ſeq. C. mandat.* quæ eſt notabilis Conſtitutio, quâ & decernitur, ut ad incommoda plurima ex redemptione litium oriri ſolita evitanda is, qui litem pecuniâ redemit, nonniſi ad quantitatem datæ à ſe pecuniæ agere poſſit. Actiones tamen liquidæ vendi etiam Advocatis (ſcil. his extra tempus litis durantis) poſſunt. *L. 23. ff. de hæred. & action. vend. L. 3. & 9. C. eod.* utì etiam lites gratis & ex pura liberalitate aliis poſſunt cedi.

TITULUS XXXVIII.

De Procuratoribus.

Q. 1. *Procurator quis ſit & quotuplex?* *Reſp.* ad 1. Procurator, **ein Gevollmächtigter/** eſt, qui aliena negotia mandato Domini (abſentis) adminiſtrat *L. 1. ff. h. t.* ex qua definitione patet differentia Procuratoris ab Advocato, negotiorum geſtore, Tutore & Curatore, Nuntio, Defenſore.

Reſp. ad 2. Variæ ſunt ſpecies Procuratorum: alius eſt *verus*, legitimum habens mandatum à Domino, alius *falſus*, vel nullum mandatum habens vel non ſufficiens, vel revocatum. Verus alius eſt *judicialis*, qui & *Procurator ad lites* dicitur, & extrajudicialis, qui ad negotia extra judici-

dicium tractanda constituitur, dictus *Procurator ad negotia*. Notabiles inter utrumque sunt differentiæ. Si quis ad omnes lites vel ad omnia negotia constituitur, est *generalis*, si ad certum duntaxat negotium vel litem, *specialis*. Procurator generalis alius est *simpliciter talis*, alius *cum libera*, h. e. plenâ potestate agendi vel gerendi omnia, quæ Dominus agere posset; ille nonnisi res brevi perituras alienare potest; *cum libera* autem constitutus permutare, commodare, deponere, mutuum dare & aliis modis (excepta donatione) res alienare potest. *L. 58. & 63. ff. h. t.* Judicialis itidem alius est *in rem alienam*, qui alienum negotium in utilitatem Domini gerit; alius in *rem suam*, sive in commodum & utilitatem propriam, cui v. g. Dominus vendidit, donavit, aut simpliciter cessit jura & actiones, ut alieno quidem nomine, in suum tamen emolumentum litiget. *L. 33. 34. & 35. ff. h. t.*

Q. 2. Quinam possint constituere Procuratorem? Resp. 1. Quisquis est rei Dominus & liberam habet administrationem, nisi prohibeatur, ad *negotia* dare Procuratorem potest, adeóque & Tutor de re pupilli, Curator de re Minoris, ipse Minor Curatorem non habens, filiusf. de suis Castrensibus, imò & servus ad negotia sua peculiaria. *L. 33. in prin. ff. h. t.*

Resp. 2. Procuratorem *ad lites* dare possunt illi tantùm, qui sunt Domini litis, possúntque per se ipsos agere; hinc dare nequeunt Procuratorem ad lites 1. *Servus*, nisi de statu suo litiget. *L. 33. cit.*

cit. 2. Filiusf. nisi v. g. in actione injuriarum & similibus, in quibus ipse potest agere. *L. 8. ff. h. t.* *3. Pupillus* sine authoritate Tutoris, & *Minor* Curatorem habens sine hujus authoritate, nisi in spiritualibus. *c. fin. de jud. in 6.* 4. *Procurator* in causa, quam procurat, nisi lis sit contestata; idem est de *Tutore, Curatore, Syndico* Universatis. *L. 11. C. h. t.* quia & hi ante contestationem litis non sunt ejus Domini. 5. *Captus ab hostibus. L. 15. ff. ex quib. caus. major.* 6. *Excommunicatus*, qui non ad agendum, sed ad defendendum tantùm Procuratorem constituere potest. *c. fin. h. t.* 7. Bannitus, utpote qui reputatur pro mortuo. *Vall. h. §. 3. n. 4.* 8. *Religiosus* sine licentia Superiorum. *Clem. 3. in fin. h. t.* nisi fortè ipsum Prælatum accuset. 9. Nec Prælatus sine consensu Capituli in *causa ardua* Ecclesiæ, nec, si vellet Procuratorem perpetuum aut generalem dare omnium negotiorum, potest talem constituere. Arg. *c. 6. de juram. cal.* 10. De Universitate dubitatur, an Procuratorem constituere possit ob *c. 7. h. t. & L. 1. ff. quod cujusque Univers. nom.* sed dicendum, posse, quia tanquam persona ficta loco domini habetur. Imo si Universitatis-Civitatis, Collegii Rectores, Senatores, jurati excommunicationi subjecti sint, reliqui de tali Corpore nomine illius Procuratorem poterunt constituere, modò ipsi excommunicati in literis procuratoriis expressi non sint, nec ipsorum nomine institutio fiat. *c. fin. h. t.* 11. Demum si litigans ipse velit, & nullo impedimento impe-

ditus

ditus comparere possit, non tenetur *de jure* sui loco Procuratorem constituere; quia quilibet jus habet, per se ipsum causam agendi.

Q. 3. Quinam possint Procuratores constitui? *Resp.* 1. Regulariter omnes negotii exequendi capaces, nisi expressè à jure prohibeantur. *c. 1. §. 1. h. t. in 6.* Unde & filiusfamilias tam ad negotia quàm lites *c. 14. h. t.* modò sit major 25. annis *L. 12. C. h. t. L. 8. §. ipse quoque. ff. h. t.* Laicus etiam in causis spiritualibus v. g. ad acceptandum aut resignandum beneficium. *c. 24. de præb.* non tamen in electione Prælati Ecclesiastici. Rationem dat Pirh. *h. t. n. 19.* quòd dare suffragium in Capitulo plus videatur, quàm nudum ministerium, cum sit actus Capitularis, adeòque propriè Clerici.

Resp. 2. Prohibentur absolutè, ut ne quidem ad *negotia* valeant constitui, Minores 17. annis. *c. 5. §. fin. h. t. in 6.* milites, nisi agant in rem suam aut nomine cohortis. *L. 8. §. 2. ff. h. t.* ne scil. privatorum negotiis à militia avocentur: *ad lites* nequeunt dari Procuratores, ad negotia possunt mutus & surdus *L. 43. h. t.* Fœmina. *L. 54. ff. h. t.* casus excepti sunt in *L. 4. C. h. t. L. 41. ff. h. t. L. 3. §. 2. ff. de liberal. caus. c. 67. de apell. c. 4. §. quia verò. de confirm. util. vel inut.* Minores 25. annis saltem de jure Can. *c. 5. h. t. in 6.* uti & de eodem jure infames. *c. 1. & 2. caus. 3. q. 7.* quamvis inter utrumque jus differentia non videatur facienda juxta praxin in supremis Dicasteriis receptam. Potentiores *tot. tit. ne lic. po-*

ten-

tentior. Banniti & rei criminis capitalis. *L. 7. C. h. t.* redemptores alienarum litium. arg. *L. 5. C. de poſtul.* excommunicati, qui non habent perſonam legitimam ſtandi in judicio. *c. 7. de jud.* Religioſi ſine conſenſu Prælati *Clem. 3. h. t.* de Clericis *in cauſa laicorum* diſcurrendum, utì ſupra, an eſſe poſſint Advocati, dictum ; nam in cauſa Epiſcopi etiam circa temporales lites admittitur Sacerdos per *c. 4. h. t.*

Reſp. 3. Poteſt etiam abſens in Procuratorem conſtitui, modò is ſui conſtitutionem vel tacitè vel expreſsè ratihabeat. *L. 1. §. fin. h. t.* Imò & plures non tantùm de Jure Can. quod certum eſt ex *c. 6. h. t. in 6.* ſed & de Jure Civili conſtitui poſſunt *L. 32. ff. h. t. L. 31. §. fin. eod.* per quam legem ſimul probatur, ſi plures conſtituantur diverſis temporibus per poſterioris conſtitutionem cenſeri regulariter priorem tacitè revocatum.

Q. 4. In quibus cauſis Procurator poſſit conſtitui? Reſp. 1. In omnibus cauſis, niſi aliqua ſpecialiter excipiatur *L. 43. §. 1. ff. h. t.* adeóque & in cauſis pecuniariis. *L. 26. C. h. t.* ſpiritualibus. *c. 1. h. t. in 6.* ad lites futuras. *c. 14. h. t.* ad contrahendum matrimonium, quod & valeat in ratione Sacramenti, Procurator conſtitui poteſt. Ratio, quia Chriſtus inſtituendo Sacramentum matrimonii naturam contractûs matrimonialis non mutavit, ſed duntaxat validum ſecundùm leges humanas ad rationem Sacramenti elevavit. Videatur ratione Procuratoris matrimonialis *c. fin. h. t. in 6.* ad quod etiam diſputant AA. an vali-

dum sit matrimonium à Procuratore contractum eo tempore, quo principalis dormit, vel eũam incidit in maniam.

Resp. 2. In causa criminali Criminaliter intentata, in qua statuta est pœna relegatione major pro *reo* non admittitur Procurator. *c. 15. de accusat. L. 1. ff. an per alium cauſ. appell.* quod tamen plerique non intelligunt de reo absente, vel aliàs in judicio non valente personaliter comparere, prout tali enim Procurator admittendus. *c. 4. h. t. L. 33. ff. §. 2. L. 71. ff. eod. L. 3. C. de Accuſat.* 2. An in causis criminalibus famosis, si infamia infligitur principaliter, admittendus sit Procurator, variant AA. illud certum, admitti Procuratorem, si infamia est in consequentiam pœnæ pecuniariæ aut saltem debitæ ex contractu v. g. mutui, depositi &c. *L. 1. ff. an per alium cauſ. appell.* 3. Nec admittitur Procurator in actibus legitimis, v. g. adoptione, hæreditatis aditione &c. utpote quia juxta communem personas ipsas principales desiderant.

Q. 5. An & qualiter Procurator egeat mandato? Resp. 1. *Regulariter* mandatum (**Vollmacht / Gewalt**) Procuratori ad *agendum* ita necessarium est, ut si eo careat, gesta in judicio ipso jure sint irrita *c. 4. h. t.* Ratio, quia Procurator carens mandato pro persona externa reputatur, cui, quia nullum cum reo negotium gessit, nulla competit actio. Si tamen quis absque mandato agere cœpisset, durante autem lite ante definitivam Dominus rata haberet acta, valerent, &

rati-

ratihabitio æquipararetur mandato *c. 10. de reg. jur. in 6. L. 60. ff. eod.* Dixi *regulariter* in reſponſione, quia jura apud certas perſonas mandatum non requirunt, ſed præſumunt voluntatem eorum, pro quibus interveniunt, v. g. ſi perſonæ conjunctæ ſint. *L. 35. ff. h. t.* ſi maritus agat in rebus uxoris *L. 21. C. h. t.* Si Dominus præſens ſit, nec contradicat Procuratori. *L. 18. ff. mandat,* Siquis habeat inſtrumenta ipſius cauſæ. *c. 43. de off. deleg.* Si ſint conſortes litis. *L. 21. C. de conſort. ejusd. lit.* Si Epiſcopus vel Prælatus jura Eccleſiæ ſuæ negligat, Canonici & Clerici ſine mandato ſuper iisdem agere poſſunt. *c. 1. de reſtit. ſpol. c. 43. de teſt & atteſt.*

Reſp. 2. Si mandatum certum eſt, utì tum non requiritur ratihabitio principalis, ſic nec cautio de ea præſtanda, quâ tamen cautione opus eſt, dum de mandato dubitatur. *L. 1. C. h. t.* Ratio ſtatuendi ſic erat, ne principalibus ſæpe longè abſentibus lites nimiùm protrahantur.

Reſp. 3. Si mandatum ſimpliciter generale ſit ad agendum, licèt ſe extendat ad reſpondendum quoque & defendendum *L. 33. §. 4. ff. h. t.* etiam in cauſa reconventionis *cit. L. &. §.* it. licèt ſe mandatum generale ad *negotia* etiam ad *lites* extendat. *c. 5. h. t. in 6. c. 10. de V. S.* mandatum ad proſequendum judicium petitorium ad judicia præparatoria & poſſeſſoria. *L. 2. ff. de jurisd. om. jud.* Si tamen quis generaliter ſit Procurator conſtitutus, vi talis mandati non poteſt cauſas majoris momenti tractare v. g. criminales.

Pirh. h. n. 60. non deferre juramentum. *c. 4. in fin. h. in 6.* non transigere &c. Imò tametsi dixerit Principalis : *constituo te etiam in iis, quæ speciale mandatum requirunt*, non potest Procurator expedire articulum speciale mandatum exigentem *c. 4. in princ. h. t. in 6.* excipitur si vel sit constitutus Procurator cum *libera*, vel in rem suam, vel unum aut plura speciale mandatum requirentia sint expressa.

Q. 6. Quinam sint effectus mandati Procuratorii? Resp. 1. Ratum est, quod vi mandati geritur. *reg. 72. jur. in 6.* Ideóque fines mandati custodiens nocet aut prodest Domino. *L. 10. C. h. t.* 2. Per L C. fit Dominus litis *c. 1. §. licet. h. t. in 6.* ita ut actiones & obligationes sibi acquirat citationes & verba sententiæ condemnatoriæ in ipsum sint dirigenda. *L. 1. C. de sent. & interloc.* modò tamen verba sententiæ quadrent in Procuratorem, non quadrant autem in matrimonialibus ; & beneficialibus , & modò aliud non obtineat usus, uti in Camera Imperiali *Gail. L. 1. Observ. 111. n. 2.* 3. Non tantùm appellare potest, si v. g. denegentur ei induciæ ad consulendùm Dominum absentem *c. 11. h. t.* vel si contra ipsum lata sit sententia *c. 14. ℣. potuit eod.* sed & tenetur. Ratio, quia hoc tacitè ipsi censetur injunctum. Non tamen tenetur appellationem *per se loquendo* prosequi. *c. 14. cit. in fin.* eò quòd plerumque causa appellationis agitetur in alio loco, & aliud sit judicium. 4. Procurator ad negotia *regulariter* potest, quandocunque vult,

alium

alium sibi substituere ; Procurator ad lites post litem tantùm contestatam, nisi datus sit in rem suam, vel facultatem substituendi acceperit. *c. 1. h. t. in 6. L. 8. 11. 23. C. h. t.* 5. Paritur actio mandati directa Domino contra Procurationem ad illa, de quibus dicitur *L. 46. §. 4. ff. h. t. L. 11. & 13. C. mandat.* Actio mandati contraria Procuratori contra Dominum ad repetendas omnes expensas, quas occasione mandati, cujus fines non excessit, b. f. fecit, licèt de iis in sui constitutione nihil sit actum. *L. 46. §. 5. ff. h. t. c. 6. h. t.*

Q. 7. Quot modis finiatur officium Procuratoris? *Resp.* 1. Revocatione vel expressâ v. g. verbis vel tacitâ, scil. facto, quale factum non est, si ipse Principalis compareat: revocatio, *si res adhuc sit integra*, liberè fit à Domino, sive si procurator ad negotia. *arg. §. 9. Inst. mandat.* sive ad lites *c. 2. h. t. in 6.* etiamsi invitus sit procurator, quia cuilibet mutare consilium suum permissum, ex supposito, quòd non præjudicetur alteri. *Si res integra esse desiit*, non aliter valet revocatio inviti, nisi justa causa intercedente, eâque si Procurator ad lites datus sit, à judice cognitâ & probatâ. *c. cit. & L. 17. ff. h. t.* causæ revocandi enumerantur *c. 2. h. t. in 6. & L. 25. ff. h. t.* Insuper ut invalidè pergat Procurator, revocatio debet illi esse intimata. *c. 3. & seq. h. t.* excipitur causa matrimonialis, &c. 2. Finitur officium Procuratoris *mutuo constituentis & constituti consensu. c. 1. & L. 35. ff. de R. J.* Et si Procurator ad litem, eandem contestatus jam sit, etiam adversarii consensus vel

causæ cognitio accedere debet per *c. 3. & L. 6*
ff. h. t. idem dicendum est de *renuntiatione*, qui
quis se exonerat à tali officio. 3. Expirat *finita*
instantiâ judicii scil. latâ sententiâ definitiva. 4.
Morte constituentis re adhuc integra *L. 26.*
prin. ff. L. 15. C. mandati. secus re non amplius
integrâ. Arg. à contrario. Excipitur casus in *Clem.*
fin. h. t. 5. *Morte ipsius Procuratoris*, sive re
integra sit, sive non sit. *L. 57. ff. de jud. L. 27*
§. 3. ff. mandat.

TITULUS XXXIX.

De Syndico.

Q. 1. *Quid sit Syndicus? Resp.* Est Procurator
alicujus Universitatis communi mandato con-
stitutus, ad causas ejusdem & lites administrandas
& persequendas. *c. un. h. t.* Confunduntur qui-
dem subinde inter se Actor, Procurator, Syndicus,
ut constat ex *c. 7. de Procur. L. 1. §. 1. ff. quod*
cujusque Univ. nom. Differt tamen Syndicus 1.
Procuratore specificè sumpto, quòd Procurator
privato pro causis privatis constituatur; Syndi-
cus autem à communitate. v. g. Civitate, Univer-
sitate studiorum, Ecclesia, Monasterio pro causis
communibus & publicis, ut adeóque officium Syn-
dici publicum sit, & necessarium. 2. Ab *Actore*
publico, quòd hic ad unam tantùm vel alteram
vel etiam plures certas causas constituatur. 3.
Curatore Universitatis, quòd hic sit ad negotia
illius

illius extrajudicialia. 4. *à Quæstore & Administratore Cameræ*, quòd isti præsint rei nummariæ. 5. Ab *Oeconomo*, utpote qui est dispensator Ecclesiæ, cui res Ecclesiasticæ gubernandæ committuntur. 6. *à Procuratore Fisci* vel *Fiscali*, quòd hic causas tantùm criminales, mulctas & pœnas Universitati debitas tractet, Syndicus etiam civiles.

Q. 2. Quinam & quomodo constitui possint Syndici? Resp. ad 1. Omnis idoneus, etiam de ipso Corpore. Gloss. *in L. 4. §. potest ff. quod cujusque Univ. nom.* Ipse etiam Corporis superior v. g. Consul, Rector; non enim est repugnantia. Laicus etiam in causis spiritualibus. arg. *c. 1. de Procurat. in 6.* licèt Laicus non possit esse Administrator Ecclesiæ in spiritualibus & temporalibus, ne exerceat munus propriè spirituale. De honestate tantùm & decentiâ est, ut Religiosus in causis sui Monasterii Syndicus non sit *c. un. h. t.*

Resp. ad 2. Ad constitutionem Syndici vocandi sunt omnes, qui habent jus suffragii. *Reg. Jur. 29. in 6.* Si tamen aliqui vocati emaneant, possunt præsentes Syndicum constituere, modò duæ partes ex tribus adsint, & major præsentium pars consentiat. *L. 3. ff. quod cujusque Univ. nom.* Non est tamen necessarium, ut omnium constituentium Syndicum nomina in instrumento syndicatûs subscripta sint, nisi constitutus sit ad alienandum. *c. fin. de Procur.* sed sufficit, quòd instrumentum sigillo Universitatis muniatur. *Pirh. h. t. n. 2.*

Q. 3. Quod sit officium, & quæ potestas Syndici? Resp. ad 1. Officium est defendere & agere causas Communitatis, etiamsi inter ipsam & Superiorem v. g. Principem agitentur, quia Syndicum necessitas officii excusat.

Resp. ad 2. Potestas eadem ferè est, nisi aliud in mandato exprimatur, quæ Procuratoris *cum liberâ. L. 6. §. fin. ff. quod cujusque Univ. nom.* donare & debitum præsertim liquidum remittere non potest. Ex mutui etiam contractu inito à Syndico vel Administratore aliter teneri nequit civitas vel Ecclesia, qàm si pecuniam mutuò acceptam in suam utilitatem versam ostendatur. *L. 27. ff. de reb. cred.* Neque Syndicus tenetur cavere de rato, nisi probabiliter de ejus mandato dubitaretur. *cit. L. 6.* neque satisdare de judicatum solvi, quia est persona publica; cavere tamen debet de judicio sisti; & dum præstat juramentum calumniæ (quod potest per *c. 6. de juram. calum.*) non in Universitatis, sed suam propriam animam jurat. *c. 3. eod.*

Q. 4. Qualiter finiatur officium Syndici? Resp. Iisdem fere modis, quibus officium Procuratoris; præterquam quòd non finiatur unitâ instantiâ. arg. *c. 14. de Procurat.* Nec morte constituentium, quia Communitas semper manere eadem intelligitur. *L. 7. §. 2. ff. quod cujusque Univ. nom.*

TI-

TITULUS XL.

De his, quæ vi metûsve causâ fiunt.

Q. 1. *Quid & quotuplex sit vis & quis ejus effectus? Resp.* ad 1. Vis (scil. *præcisa, absoluta & simpliciter dicta*, vis enim *conditionata* vel *compulsiva* non distinguitur à metu) est corporalis coactio ad faciendum vel patiendum aliquid, ùt si cui per inevitabilem violentiam eripitur liber vel genua coram idolo curvantur. Definitur *L. 2. ff. quod met. caus.* quòd *sit majoris rei impetus, qui repelli non potest.*

Resp. ad 2. Dividitur in vim publicam & privatam: *de vi publicâ* tenetur *hodie*, qui cum armis vim infert vel inferre parat, hinc & dicitur *vis armata*; de *vi privatâ*, qui id sine armis facit. *§. recuperandæ. 6. ℣. qui autem. Inst. de interdict.* Item vis alia est *ablativa*, quâ res mobilis alicui eripitur, & generat actionem *vi bonorum raptorum. §. 1. J. de vi bonor. rapt.* alia *expulsiva*, quâ quis ejicitur possessione immobilium, iisque cohærentium, & inducit interdictum *Unde vi L. 1. ff. de vi & vi arm.* alia *turbativa*, per quam quis turbatur in possessione, infértque interdictum *utì possidetis* in immobilibus, interdictum *utrobi* in mobilibus. Alia vis *inquietativa*, quâ quis inquietatur in usu suæ rei, vel prohibetur quid facere, v. g. ædificare, arare &c. & hinc nascitur interdictum *quod vi aut clam.*

Resp. ad 3. Vis absoluta simpliciter tollit voluntarium, quia qui illam patitur, non tam agit, quàm agitur ab extrinseco ; unde talia gesta omni vacant culpâ ex parte vim passi, omníque carent valore.

Q. 2. Quid sit metus & quotuplex ? Resp. 1. Metus sive vis compulsiva est violentia externa compellens aliquem, ut consentiat in actionem vel omissionem, qui non consensurus erat, si talis violentia abesset, ùt dum quis ad declinandam mulctam interest concioni. Describitur in *L. 1. ff. quod met. caus.* quòd sit *trepidatio mentis instantis vel futuri periculi causâ.*

Resp. 2. Oritur vel *à causâ necessariâ* v. g. morbo, incendio, & dicitur ab *intrinseco* incussus; vel *à causâ liberâ* v. g. homine intentante malum, & dicitur incussus ab *extrinseco:* potéstque inferri vel *justè*, dum inferens habet jus incutiendi metum, & patiens causam eidem suâ improbitate dedit; vel *injustè*, dum innocenti ab homine improbo malum intentatur ; ídque vel *directè eo fine*, ut promissio vel alius actus extorqueatur, v. g. si latro mortem intentat ad extorquendas pecunias, vel *indirectè*, scil. *ob alium finem*, ùt si latro minetur mortem, non exigendo aurum, tu tamen illud offeras ad mortem evitandam.

Resp. 3. Metus præcipuè dividitur in gravem & levem : *Levis* est vana trepidatio mentis, orta ex malo imminente levi, utì est vexatio modica; vel gravi apprehenso tantùm, non imminente ; vel si malum minitans illud inferre vel non potest, vel non solet. *Metus gravis*, quem aliqui etiam cum

Engel

Engel *justum* dicunt, alii *probabilem*, est, qui cadit in virum constantem, sive qui talis est, ut eum, qui patitur, etsi aliàs fortis sit, proposito valeat dimovere éstque; vel *absolutè gravis*, de tali scil. malo, quod cuilibet etiam viro constanti sit formidabile, & talis est metus mortis, mutilationis, exilii &c. vel *respectivè gravis*, de ejusm. malo, quod non quidem viro forti, sed fœminæ, puero, seni est formidabile, v. g. verberatio non nimis sæva, indignatio, odium. Reducunt aliqui ad metum gravem *metum reverentialem*, quem habet filius respectu patris, uxor respectu mariti, subditus respectu Domini, sed malè, nisi concurrant alia adminicula, v. g. asperitas vultûs, continua exprobratio, rixæ &c. arg. *c. 11. de despons. impub. c. 2. de pact. in 6.*

Q. 3. An & quomodo contractus aliique actus ex metu gesti validi sint, vel non sint? Resp. 1. Contractus aliique actus est *metu levi* undecunque orto & quomodocunque incusso initi valent; ut neque de Jure Civili, neque Canonico rescindantur. *L. 7. ff. h. t. c. 4. & 6. & eod.* In foro tamen interno tenetut is, qui metum intulit injustè, licèt levem, rescindere contractum, si velit metum passus. Ratio, quia cùm intulerit alteri injuriam extorquendo actum metu licèt levi, in conscientia obligatur satisfacere pro hac injuria, quod fit rescindendo actum.

Resp. 2. Actus vel contractus initi ex *metu gravi* à causâ *necessariâ* incusso valent pro utroque foro, nec possunt rescindi. *c. 17. de Regular.*

&

& patet in voto metu mortis in infirmitate edito. Ratio, quia adeſt conſenſus abſolutè liber, quamvis non ſit ſpontaneus; neque intervenit injuria.

Reſp. 3. Actus vel contractus extorti metu gravi juſtè incuſſo à causâ libera etiam ſunt validi in utroque foro; quia nec hoc caſu injuria ſubeſt. *L. 21. §. 1. ff. h. t.* tenétque tam in reſignationibus, transactionibus, quàm in matrimonio & Profeſſione Religioſa.

Reſp. 4. Spectato ſolo jure naturali (excepto fortè matrimonio & Profeſſione) actus metu etiam gravi & injuſtè incuſſo geſti non ſunt irriti. Ratio, quia nec libertas deficit, nec injuria obeſt, cum conſenſus jure naturali requiſitus ad valorem actûs conſiſtat etiam cum injuria; in foro conſcientiæ tamen loquendum eſt de inferente metum gravem, utì ſupra de inferente levem metum.

Reſp. 5. Actus vel contractus metu gravi injuſtè incuſſo extorti *regulariter* validi ſunt etiam de jure poſitivo *c. 2. & 4. h. t. L. 3. 9. 21. fin. ff. h. t.* Ratio, quia nec juſtus titulus, nec voluntarius conſenſus in tali actu deſideratur.

Reſp. 6. Dantur tamen actus & contractus ob metum gravem injuſtè incuſſum ex diſpoſitione juris òmnino irriti, v. g. matrimonium. *c. 14. & ſeq. de ſponſal.* Profeſſio Religioſa, & vota ſimplicia Religioſum conſtituentia. *c. 1. h. t.* Promiſſio & conſtitutio dotis. *L. 21. §. 3. ff. h. t.* Promiſſio & traditio rerum Eccleſiaſticarum, & juramentum de iis non repetendis. *c. 2. de jurejur.* quocum combinentur. *c. 3. & 6. h. t.* Quæ gerur.

runtur per injustè detentum in carcere cum detentore. *L. 22. ff. h. t.*

Q. 4. Qualiter subveniatur metum passo? Resp. 1. Dum actus metu extortus est ipso jure nullus, si necdum impletus est, absque omni exceptione omittere illum potest metum passus; si est impletus, nullitate *probatâ* & per judicem declaratâ restituenda sunt omnia data aut cessa.

Resp. 2. Dum actus ex metu gestus subsistit, si necdum est impletus, v. g. nondum est secuta in venditione traditio, *probato metu si fiat in judicio*, subvenitur metum passo *exceptione, quod metûs causâ*; si est impletus, *actione, quod metûs causâ L. 4. §. 33. ff. de dol. mal. & met. except. L. 9. 12. 14. 21. ff. h. t.* quæ actio non tantùm datur contra eum, qui intulit metum, sed & contra tertium, ad quem metu exorta pervenerunt, etiamsi is sit. b. f. *L. 14. §. 5. circa fin. ff. h. t.* qui tamen tertius non tenetur fructus b. f. perceptos & consumptos restituere; rem etiam ipsam nonnisi post repetitionem & judicis sententiam. Ratio, quia ad id vel ratione rei acceptæ teneretur, vel ratione injustæ acceptionis; sed neutrum est, ergo.

Q. 5. Quid requiratur & sufficiat, ut metum passo succurratur per actionem & exceptionem, quod metûs causâ? *Resp.* ad 1. Requiritur, ut eo actu sit læsus, & damnum acceperit. *L. 12. §. fin. ff. h. t.* quia restitutio læsionem supponit; hinc rescindi nequit baptismus & Ordo ita susceptus, præsertim in sententia illorum, qui sic ordinatum ad cœlibatum non obligant. 2. Ut metus gravis

vis & injustè incussus sit, secundùm dicta. 3. Ut metus sit præsens & non tantùm aliqua suspicio. *L. 9. ff. L. 9. C. h. t.*

Resp. ad 2. Sufficit, ut rescissioni obnoxius sit actus, modò gravi metu injustè extortus sit, licèt non directè ad extorquendum actum, sed alio fine metus fuerit adhibitus. *L. 7. §. 1. ff. h. t.* Ratio, quia sive directè inferatur metus ad extorquendum actum, sive ex alio fine, semper ipsi infertur injuria, quam passus meretur subsidium juris & judicis. 2. Etiam obnoxius est rescissioni actus gestus ex metu gravi, quem non intulit is, quocum est gestus, sed alius tertius. *L. 14. §. 3. ff. h. t. c. 15. de sponsal.* nisi alio ex capite justificetur actus, v. g. siquis contrahit cum tertio, qui nec metum intulit, nec inde quid participavit, nec ex justitia tenebatur succurrere metum passo, tenet contractus irrescindibiliter. Casus vide apud Schmaltzg. *h. n. 29. V. ad 3. Pichl. h. n. 14. in fin. Engel n. 19. h.*

TITULUS XLI.

De in integrum restitutione.

Q. *1. Quid sit restitutio in integrum? Resp.* Spectata *formaliter* est repositio in pristinum statum: *causaliter* sumpta est remedium juris, extraordinarium, quo graviter læsus justâ de causa reducitur per officium judicis in eum statum, in quo fuerat ante læsionem. Dicitur 1. *remedium juris,*

juris, scil. Prætoriani, non enim hic agimus de restitutione, quæ *Civilis* dicitur & descendit ex LL. de qua in *L. 2. C. de rescind. vend. L. 33. ff. de re jud.* Dicitur 2. *extraordinarium*, utpote constitutum in defectum remedii ordinarii. *L. 16. ff. de minor.* nisi sit pinguius ordinario, uti est remedium restitutionis præ remedio *L. 2. C. de rescind.* ℣. id Text. *L. 3. & ult. C. si tutor vel Curat.* Dicitur 3. *læsus*; sive deinde læsio acciderit dolo, metúve adversarii, sive facilitate, ætate, errore læsi, v. g. minoris. *L. 1, & seqq. ff. h. t.* non tamen sufficit læsio fortuita, de qua *L. 11. §. 4. ff. de minor.* Dicitur 4. *graviter læsus. L. 4. ff. h. t.* modicum enim non curat Prætor in iis, quæ contra jus conceduntur; gravitas quoque læsionis spectanda non est absolutè, sed respectivè ad contractum, personam læsam, ad quantitatem, in quâ facta est læsio, sive dein sit ultra, sive infra dimidium *c. 1. h. t. & L. 27. §. 1. ℣. item ex diverso. ff. de minor* Dicitur 5. *justa de causa*, quæ probari debet, nisi manifestè de ea constet. *Clem. un. h. t.* probatur autem per testes vel instrumenta legitima. *Pirh. h. t. n. 3.* Dicitur. 6. *per officium judicis*, supponit enim restitutio in integrum actum non tantùm ex se rescindibilem, sed & fuisse de jure validum *L. 16. princ. & §. 3. de minor.* adeóque si v. g. pupillus contraxit sine authoritate tutoris & læsus est, restitutio sive rescissio non datur, cessántque partes ac officium judicis. In dubio de valore actûs alternativè peti potest, ut vel judex pronuntiet actum nullum, vel si valeat,

rescin-

rescindat. *c. 8. h. t.* Dicitur denique *in statum, in quo fuerat ante læsionem*, de quo plura infra.

Q. 2. Quibus competat beneficium restitutionis in integrum? *Resp.* 1. Minoribus 25. annis *c. 3. h. t. L. 1. ff. de minor.* sive sint masculi, sive fœmellæ, sive à solis non habentibus curatorem, sive cum authoritate Curatoris, vel Decreto judicis gestus sit actus *L. 1. de C. de filiofam. minor.* non tantùm si damnum passi sint, sed & ob lucrum cessans vel suâ incuriâ vel injuriâ adversarii. *L. 7. §. 6. L. 44. ff. de minor.*

Resp. 2. Competit hoc beneficium non tantùm Minorum hæredibus & successoribus Universalibus, sed & particularibus, ut intra totum tempus, quo Minor, & ipsi restitutionem petere possint. *L. 6. ff. h. t. L. 18. §. fin. ff. de Minor.*

Resp. 3. Non tamen fidejussoribus Minorum. *L. 13. princ. ff. de Minor. L. 1. 2. C. de fidejus. Min.* regulariter scil. loquendo ob *L. 48. ff. de Minor. L. 2. C. de fidejuss. & mandat. &c.*

Resp. 4. Nec incertis casibus ipsis Minoribus hoc remedium competit, quales casus sunt: Si Minorennis contraxit matrimonium validum, tum enim quidem adversus dotem & alia accidentaria, si in his læsus est, restituitur per *L. un. C. si adv. dot.* non tamen adversus matrimonium; idem est de Professione validâ. Si Major factus ratum habuit, quod minorennis gessit. *L. 1. & 2. C. si major factus ratum.* Si actum juramento firmavit, vel juratò renuntiavit circa dolum adversarii huic beneficio. *c. 28. de jurejur. c. 2. de pact. in 6.* Si veniam

ætatis

ætatis impetravit. *L. 1. C. de his qui ven. ætat.* Si post actum prudenter gestum casu fortuito læsus est *L.* 11. *§. 4. ff. de Minor.* Si quid dolo in, vel extra contractum gessit. *L. 9. §. 2. ff. de Minor. L. 1. C. si adv. delict.*

Resp. 5. Ad casus, in quibus dubitatur, an remedium restitutionis competat Minori 1. Competit restitutio Clerico minorenni adversus renuntiationem beneficii improvidè factam, dum v. g. pingue permutavit pro tenui; etiamsi res non sit amplius integra. Ratio, quia generaliter Minoribus conceditur hoc beneficium, si in actu vel contractu graviter sint læsi, etiamsi res sit distracta. *L. 6. in princ. L. 49. ff. de Minor.* non obstante. *L. 24. §. 2. ℣. si verò ff. de Minor.* 2. Minor contra Minorem (Ecclesia etiam contra Ecclesiam) restituitur, dum unus est lædens, alter læsus, vel unus certat de lucro captando, alter de damno vitando. Probatur ex *c. 3. h. t.* de Ecclesia; ex *L.* 11. *§. fin. de Minor.* quòd Minor restituatur. 3. Si causa sit *individua*, quam Major & minor habent communem, ùt si communem rem vendidissent, restitutio Minoris prodest Majori. *L.* 41. *§.* 1. *ff. de Minor. L. 4. §. 3. & 4. ff. si serv. vind.* 4. Non restituitur Minor adversus propriam confessionem, ut dum confessus est perpetratum à se adulterium, antequam id sufficienter probaretur. Ratio ponitur in *L. 37. L. fin. ff. de Minor.*

Q. 3. Quinam præter Minores gaudeant beneficio restitutionis in integrum? Resp. 1. Ecclesiæ,

quo nomine veniunt etiam Monasteria, Hospitalia, & alia pia loca. c. 1. *& 3. h. t. c.* 1. *& seq. eod. in 6.* Ratio, quia Ecclesiarum favor publicus est, earúmque res curantur alienâ industriâ, ubi facilè solet læsio intervenire.

Resp. 2. Respublica; quia & hæc per Administratores regitur. *L. 4. C. quib. ex caus. Maj. L. 3. C. de Jur. Reip.* ídque extenditur ad civitates, oppida, pagos.

Resp. 3. Princeps supremus, quoad bona Principatùs, Coronæ, fisci, quia hæc reputantur esse bona Reip. secus quoad bona ejusdem particularia.

Q. 4. An & Majores 25. annis, & quibus in casibus restituantur facta à læsione? Resp. ad 1. Aff. *c. 5. h. t. & tot. tit. ff. & C. quib. ex caus. Maj.*

Resp. ad 2. Justæ causæ sunt 1. si quis fuit læsus, dum abesset Reip. causâ, v. g. quia Legatus, quia miles. *L.* 1. *ff. ex quib. caus. Maj.* vel ob metum gravem, pestem, captivitatem *L.* 1. *3. 9. 14. ff. ex quib. caus. Maj.* 2. Si sit persona, in qua juris ignorantia toleratur & supponitur, quales sunt mulieres & rustici. 3. Probabiliùs loquendo de jure, non est justa causa restituendi Majores 25. annis ignorantia invincibilis & facti, qualis esset, si res ignorantis eam ab alio possideri ab hoc fuisset præscripta. *c. 6. de præscript. & L fin. C. de fundo patrim. L. un. C. de usucap. transform.* Interim tamen inter restitutionem, quâ succurritur Minori, vel qui jure Minorum gaudent, & inter restitutionem, quæ datur Majori, non unum intercedit discrimen.

Q. 5. Quæ causæ specialiter sint expressæ à jure, in quibus competit restitutio in integrum? Resp. 1. Datur restitutio adversus emptionem venditionem *L. 27. §. 1. ff. de Minor.* adversus tempora retractûs *c. 8. h. t.* adversus transactionem *L. 1. & seq. C. si. adv. transact.* adversus omnes contractus onerosos. *LL. cit.* adversus donationem, etiam ex causa remuneratoria, v. g. constituendæ dotis *L. fin. C. si adv. donat.* adversus aditionem hæreditatis, si damnosa, & adversus repudiationem hæreditatis, si utilis fuisse appareat, modò res adhuc sit integra. *L. 7. §. 9. §. 24. §. 2. ff. de Minor.* adversus sententiam, si ob Curatoris vel Prælati aut Procuratoris negligentiam contra Ecclesiam vel Minorem lata sit; quod de Ecclesia constat ex *c. 2. & 3. h. t.* de Minore *L. 16. §. fin. ff. de Minor.* etiamsi hoc casu sententia à Papa vel alio supremo Principe fuisset lata. *c. 5. h. t, L. 18. §. fin. autem. ff. de Minor.* adversus appellationis fatalia *L. 7. §. 11. ff. de Minor.* imò & is, qui asserit Professionem suam invalidam, non tamen intra quinquennium reclamavit, adversus temporis illius lapsum restitui debet, si justas allegat causas, quare intra hoc tempus nequiverit reclamare, sive sit Minor, sive Major. Ratio, quia Trid. dum *sess. 25. c. 19. de reform.* ait volentē post quinquennium agere contra Professionem non esse audiendum, tantùm intelligi debet ademisse actionem ordinariam, non extraordinariam & specialiter à jure indultam, utì est remedium restitutionis.

Q. 6. Coram quo judice restitutio in integrum petenda?

tenda? Resp. 1. Ordinariè à judice ejus, contra quem petitur, sive Minor eam petat, sive Major: *L. 2. & fin. C. ubi & apud quem cognitio.* Ecclesia tamen (non Clericus in propriis & patrimonialibus bonis) à Laico læsa restituionem à judice Ecclesiastico petere potest. *c. penult. de reb. Eccles. alien c. 1. h. t.*

Resp. 2. *De Jure* Judex ordinarius mixtum habens imperium, etiam contra propriam & *Inferioris* judicis sententiam restituit. Arg. *c. 9. h. t. L. 16. §. fin. de Minor.*

Resp. 3. Etiam judex delegatus restituit, si vel sit specialiter illi delegata causa restitutionis; vel si sit delegatus specialis, & moveatur tantùm *incidenter* coram eo causa restitutionis. *L. 3. C. de judic.* Si sit delegatus ad Universitatem causarum & cum aliquo imperio, non quidem contra propriam sententiam, contra lædentem tamen potest in integrum restituere, sive principaliter, sive incidenter causa restitutionis agatur. *L. fin. §. sed ne quid C. ubi & apud quem.* Petitur autem restitutio vel per modum *actionis*, & tum citari debet adversarius, & causâ cognitâ sententia restitutionis ferri; vel indirectè & per modum *exceptionis. Pirh. h. t. n. 69.* & petitur vel per se, vel per Procuratorem. *L. un. C. etiam per Procurat.* cum speciali mandato *L. 25. §. 1. ff. de Minor.* vel cum generali cum libera. *c. 4. de Procur. in 6.* nisi incidenter petatur. *c. 6. h. t.*

Q. 7. Intra quod tempus peti debeat restitutio in integrum? Resp. 1. Olim tempus erat annuum utile *L. 19. ff. de Minor*, hodie est quadriennium

nium continuum *L. fin. C. de tempor. in integr. reſtit.* ut adeóque *Minor* non tantùm intra annos ipſos Minorennitatis, ſed poſt expletos 25. annos quadriennium habeat, petendæ reſtitutionis de actibus in minorennitate geſtis. *cit. L.*

Reſp. 2. Quadriennium etiam competit hæredi Minoris, ſi Minor eſt ab impleto 25. anno, non attenta vel computatâ ætate defuncti; ſi Major, à die aditæ hæreditatis. Videatur *L. ea quæ 5. C. de temp. in integr. reſtit.*

Reſp. 3. Eccleſiæ, Reip. Civitati pariter competit quadriennium; quod an incipiat currere à die læſionis *factæ*, utì Wieſtn. *h. n. 17.* vel à die læſionis *cognitæ*, utì Engel *h. n. 11.* diſputant AA, Praxin pro ſe allegat Engel, aliíque ſententiæ ejusdem Patroni. Id ſpeciale, quod Eccleſia in integrum reſtitui poſſit lapſo etiam quadriennio, ſi colluſione, fraude, vel prævaricatione fuerit impedita à petenda intra quadriennium reſtitutione. *c. 1. h. t. in 6.* Si valdè enormiter fuerit læſa. Arg. *c. penult. de reb. Eccleſ. alien.* Si Prælatus ex cujus contractu læſa eſt, toto quadriennio ſupervixit. arg. *c. 10. cauſ. 16. q. 3.* Si metu fuerit prohibita, ne peteret intra quadriennium reſtitutionem. Abb. in *c. 5. h. t. n. 10.*

Reſp. 4. Majoribus quadriennium pariter datur, quod computandum à die, quo ceſſat cauſa abſentiæ vel alterius impedimenti. *L. 1. & fin. C. de temp. in integr. reſtit.* reſtitutio Majorum tamen ex cauſa metûs uno tantùm anno. L. *14. §. 1. ff. quod met. cauſ.* ex cauſa doli biennio peti poteſt.

L. fin, C. de dol. mal. Biennium tamen istud concessum Majori, uti & quadriennium Minori & Ecclesiæ concessum est partim *continuum*, quia currit diebus feriatis & non feriatis, partim, *utile*, quia non currit justè impeditis, v. g. ob dolum, vim, absentiam intra quadriennium agere non valentibus. arg. *L. fin. C. de temp. in integr. restit.*

Q. 8. Quis sit effectus restitutionis in integrum? Resp. 1. Effectus *petitæ* restitutionis est, suspendere executionem contractûs vel sententiæ, *L. un. C. in integr. restit. postul.* nisi præsumptio sit, malitiosè peti restitutionem, de quo casu loquitur *c. 6. h. t.*

Resp. 2. Effectus restitutionis *obtentæ* est, ut omnia redintegrentur seu ad pristinum statum reducantur. *L. 24. §. 4. ff. de Minor.* adeóque læsus recuperabit rem suam absque ullo detrimento, & lædens, si b. f. egit, nihil perdet de suo: sic v, g. Ecclesia in contractu emptionis læsa si restituitur, non modò pretium, quod ipsi solutum & in utilitatem versum esse probatur, debebit reddere, sed & expensas utiles ac necessarias. *c. 1. h. t. L. 27. & 29. ff. de Minor.* Item si restituatur in integrum *Majorennis*, restituendi sunt à justo restituere fructus naturales omnes tam extantes, quàm consumpti, quos percepit, si rem m. f. obtinuit; v. g. per metum aut dolum; si b. f. restituere debet fructus solùm formalitet extantes *L. 22. C. de R. V.* etiam post Litis contestationem perceptos, licèt aliàs fuerit b. f. debet restituere. Si restituatur *Minor* ob causam ætatis ex contractu

lucro-

lucroso, v. g. si Minor donavit, vel resignavit beneficium, deductis expensis fructus saltem extantes restitui debent cum re; quia læsio etiam in fructibus facta est. Si læsio contigit in contracto oneroso v. g. venditione, tum si in pretio læsio contigit, fructus restituendi sunt secundùm proportionem pretii, quia in his læsus est Minor; si autem læsio facta est in ipsa substantia, quia non expediebat rem vendi, sufficit ordinariè rem restitui sine fructibns, quia in re, non in fructibus læsio contigit.

TITULUS XLII.

De alienatione judicii mutandi causâ Facta.

Q. 1. *Quid tractetur præsenti titulo, quídve requiratur, ut alienatio judicii mutandi causâ facta censeatur? Resp.* ad 1. Agitur de remedio juris affini remedio restitutionis, quod ex Prætoriana æquitate competit illi, in cujus præjudicium & damnificationem ex causa mutandi vel vitandi judicii alienatio rei facta est; v. g. dum Titius audito rumore, quòd ego fundum ab eo possessum vindicare velim, dictum fundum alienat in Cajum virum potentiorem *privatum*; vel aliam rem *mobilem* aut actionem in alterius provinciæ hominem, vel in Clericum, eâ spe, fore ut causa mihi reddatur magis difficilis, remedium juris in *h. t.* proditum est.

Resp. ad 2, Requiritur 1. ut *alienatio* facta sit futuri judicii mutandi causâ, & non illius, quod jam est. *L. 8. §. 1. ff. h. t.* Ratio est, quia alienatio rei litigiosæ, sive cœpto judicio facta alienatio ordinarie est ipso jure Civili irrita. *L. 2. & seq. C. de litigios.* 2. Ut facta sit animo malo & doloso *L. 1. ff. h. t.* qualiter facta præsumitur, si causa adversarii reddita est durior. *L. cit.* nisi fortior præsumptio doli præsumptionem excludat, v. g. siquis ob infirmitatem, ætatem, necessitatem, vel etiam ex execratione litium *rem talem alienat. L. 4. §. si qua. ff. h. t.* vel siquis ob litis sibi movendæ timorem creditori suo solvit, vel venditori redhibet. *L. 8. §. ult. & duab. seq. ff. h. t.* 3. Requiritur, ut actoris, seu ejus, qui ex hoc edicto petit restitutionem, interfit, hanc alienationem non esse factam *L. 3. §. 4. ff. h. t.*

Q. 2. Quomodo succurratur illi, qui per ejusmodi alienationem præjudicium est passus? Resp. 1. Jure *Digestorum* datur *actio in factum*, vel *directa*, dum proprietas, vel *utilis*, dum possessio est alienata, adversus eum qui rem sic alienavit, ad id, quanti nostrâ interest, alienationem, aut etiam expensas non esse factas, *L. 3. §. 4. ff. h. t.* Jure *Codicis* conceditur ita læso *actio in rem* adversus possessorem rei alienatæ. *L. un. C. h. t.* estque in electione læsi, qua velit experiri, nec una perimit alteram. Imo adversus ipsum etiam alienantem, qui rem dolo desiit possidere, datur *Utilis rei Vindicatio?* quia qui rem dolo desiit possidere, pro possessore habetur. *L. 27. §. 3. L. 36. ff. de R. V.*

Resp.

Resp. 2. Actiones prædictæ transeunt ad hæredes ex parte læsi, quia ad rei persecutionem pertinent. *L. 4. §. fin. ff. h. t.* Non ex parte lædentis; quia videtur ex delicto dari, ùt habetur *in L. 7. ff. h. t.* nisi quatenus ad hæredes lædentis pervenit.

Q. 3. Quid speciale Jus Canonicum statuat circa alienationem judicii mutandi causâ factam? *Resp.* Præterquam quòd approbet dispositiones juris Civilis, duo supperaddit. Primum *c. 1. h. t.* dum ultra id, quod statuitur in *L. un. C. h. t.* posse scil. alienantem & possessorem rei alienatæ coram judice Ordinario conveniri, decernit, vi rescripti Apostolici contra solum alienantem impetrati, non tantùm alienantem, sed etiam eum, in quem doli & fraudis conscium alienatio facta est, coram judice delegato conveniri posse, quamvis possessoris hujus rei alienatæ mentio in rescripto nulla sit facta. *Secundum* est, ne Clerici rem vel litem alienam dolosè in se transferant causâ mutandi judicii *c. 2. h. t.* ubi etiam Censuris dicuntur compellendi ad abstinendum hujusm. cessionibus, Conferantur dicta ad Tit. *de postul. Q. 6. Resp. ult.*

TITULUS XLIII.

De Arbitris.

Q. 1. Quid sit Arbiter & quotuplex? *Resp.* ad 1. Arbiter est vir bonus ad æstimandum & terminandum negotium assumptus.

Resp. ad 2. Alius est *Arbiter juris* sive *necessa-*

rius, qui ex præscripto Legis, Principis, vel Judiciis constituitur; alius *Arbiter Compromissarius* vel *voluntarius*- qui libero partium consensu nemine jubente eligitur, seu in quem partes sponte compromittunt: si ita, in talem partes compromiserint, ut in causa sibi commissa servato juris ordine & formâ judicii procedere debeat, appellatur *Arbiter simpliciter*; sin ita, ut sine juris ordine causam cognoscat, & de illa statuat, dicitur *Arbitrator*.

Q. 2. Quæ sit differentia Arbitri ab aliis? Resp. 1. Arbiter scil. Compromissarius, de quo in *h. t.* sermo, differt à judice, quòd judex authoritate publica & invitus subinde assumatur; Arbiter Compromissarius privatâ partium & volens. *c. 61. de appell. L. 3. §. 1. ff. h. t.* 2. Quòd Judex habeat jurisdictionem in partes, non Arbiter Compromissarius, adeóque hic contumaces punire aut testes cogere non possit. 3. Quòd ex sententia judicis oriatnr actio & exceptio rei judicatæ; neutra ex pronuntiatione Arbitri, quæ *laudum dicitur*, sed tantùm pœnæ petitio. *L. 2. C. h. t.* nisi laudum fuerit *homologatum*, id est expresè, subscribendo v. g. vel tacitè, per 10. dies nihil contra movendo à partibus approbatum *L. 5. C. h. t.* 4. Quòd ab Arbitro non possit appellari, nec laudum executioni dari &c. quæ omnia in judice secus sunt.

Resp. 2. *Arbiter Compromissarius ab Arbitro juris* differt, quod Arbiter juris compelli possit ad munus; quòd habeat jurisdictionem aliquam; quòd ab ipso possit appellari; qnòd arbiter juris debeat non-

nonnunquam constitui, uti in causa suspicionis judici objectæ. *c. 39. de off. de deleg. c. 4. & 11. eod. in 6.* in casu *c. 14. de rescript. Can. 46. caus. 11. q. 1.* quæ non competunt Arbitro Compromissario.

Resp. 3 *Arbiter ab Arbitratore* differt, quòd *Abitrator* plerumque ad contractus & negotia extrajudicialia, Arbiter autem ad dirimendas lites assumatur. *L. 32. §. 16. ff. h. t.* quòd Arbiter servato juris ordine procedat. *L. 1. ff. h. t.* non Arbitrator: quòd quivis possit esse Arbitrator, etiam in causa & facto proprio. *L. 30. ff. de operis libert.* non autem quilibet esse possit Arbiter, nec in causa propria *L. 51. ff. h. t.* quòd sententiæ Arbitri stari oporteat, sive æqua, sive iniqua sit. *L. 27. §. 2. ff. h. t.* nisi fuerit Arbiter juris, at *arbitramentum* seu pronuntiatum Arbitratoris ob læsionem reduci possit ad arbitrium boni viri secundùm Barth, per annum, juxta Gail. *L. 1. Obs. 150.* per 30. annos.

Q. 3. Quinam possint vel non possint in Arbitros compromittere? Resp. ad 1. Regulariter omnes, qui liberam rerum suarum administrationem habent. Arg. *c. 5. h. t.* Vid. *Tit. de Transact.*

Resp. ad 2. Nequeunt compromittere *seq. 1.* pupillus sine authoritate Tutoris. *L. 35. ff. h. t.* Minor curatorem habens super immobilibus *L. 34. ff.* de Minorib. fœmina pro alio. *L. 32. §. 2. ff. h. t.* filiusfamil. super peculio adventitio & profectitio. Procurator non habens speciale mandatum *c. 9. h. t.* Beneficiatus in præjudicium beneficii. *c. 3. h. t.* Prælatus de rebus Ecclesiæ vel

Mona-

Monasterii sine solennitatibus, arg. *c. 3. & c. 5. h. t.* Vasallus sine consensu Domini directi in causa feudali, si in illa judex sit Dominus directus vel Pares Curiæ juxta Schmalzg. *h. n. 9.* ne judices ex providentia juris feudalis constituti saltem indirectè judicandi munere & Dominus re feudali defraudetur.

Q. 4. Quinam possint in Arbitros assumi? Resp. 1. Omnis, cujuscunque dignitatis & æstimationis, nisi jure prohibeatur; sive Pater, sive filiusfam. & in causa etiam patris, *L. 5. ff. h. t.* sive bonæ famæ, sive infamis. *L. 7. ff. h. t.* sive proprius etiam judex. *c. 7. & 10. h. t.* Recess. Imp. 1549. §. als auch der Compromiss halben. 6. substituere sibi alium Arbiter non potest.

Resp. 2. Prohibentur in specie *L. 45. ff. h. t. seq.* 1. Servus *L. 7. ff. h.* pupillus, furiosus, surdus, mutus. *L. 9. §. 1. ff. eod.* Minor 20. annis *L. 41. ff. h.* mulier, nisi jurisdictionem obtineat. *c. 4. h. t.* Excommunicatus vitandus. *c. 59. de sent. excomm.* Religiosus in causa extraneâ, & sine consensu Prælati. Gloss. in *L. 7. §. fin. h. t.* Laicus solus in causa spirituali *c. 8. & 9. h. t.* quilibet in causa propria *L. 51. ff. h. t.*

Resp. 3. Non tamen omnes ii, qui Arbitri esse prohibentur, etiam prohibentur esse Arbitratores: sic fœmina Arbitratrix esse potest. acg. *c. 4. h. t.* etiam Laicus in causu spirituali. arg. *c. 8. h. t.* ubi de atbitro tantùm, non de arbitratore sermo est: it. quia Laici prohibentur solùm per viam jurisdictionis tractare spiritualia, quòd hìc non fieret.

Q. 5.

Q. 5. Super quibus causis compromitti possit in Arbitros? Resp. Super omnibus non exceptis; excipiuntur autem causæ criminales. *c. 9. in fin. de in integr. rest.* matrimoniales *c. cit.* liberales, sive quibus de ingenuitate & libertate sermo est. *c. cit. & L. 32. §. 7. ff. h. t.* beneficiales *c.* 1. *de reg. jur. in 6.* causa exemptionis. *c. 5. h. t.* causa decisa per sententiam indubitatam, & quæ transiit in rem judicatam *c.* 11. *h. t.* causa in integrum restitutionis, nisi tractetur incidenter. *c. 6. cit,* causa reconventionis coram Arbitro Compromissario, non coram Arbitro juris, utpote qui verè judex est. Demum causæ omnes, de quibus non potest transigi; AA.

Q. 6. Quænam ad formam arbitrii pertineant? Resp. 2. Modus, quo compromittitur in Arbitros; quod fit vel per factum nudum sine stipulatione vel hâc interveniente, sed non adjectâ pœnâ, vel etiam pœnâ apposita, cum, aut sine juramento. Vide *L. 1. C. h. t. &c.*

Resp. 2. Spectat ad formam arbitrii modus procedendi in causâ sibi commissa; qui est ferè idem cum modo procedendi in judicio; quia compromissa ad similitudinem judiciorum redacta sunt; nisi partes aliud expresserint; Unde tota potestas Arbitri Compromissarii ex ipso compromisso dependet. *L. 32. §. 15. & fin. ff. h. t.*

Resp. 3. Spectat ad arbitrium locus, in quo causa ab Arbitro cognoscenda, & laudum proferendum; qui si certus est designatus à compromittentibus, observari debet. *L. 21. §. 10. ff. h. t.*

Resp. 4.

Resp. 4. Tempus, quo Arbiter possit arbitrari, spectat ad Arbitrii formam; quod si sit Arbiter Compromissarius, non potest esse tempus feriatum in honorem DEI institutum, nisi pietate aut necessitate urgente. arg. *L. 3. C. de feriis.*

Resp. 5. Spectat etiam ad formam arbitrii modus, quo à pluribus ad laudum ferendum constitutis illud debeat pronuntiari? nam 1. de *Jure Canonico* casu, quo plures constituti Arbitri, modò major illorum pars adsit, reliquis vocatis & absque justo impedimento venire renuentibus, præsentes validè procedunt. *c. 2. h. tit. in 6.* quod secus de *Jure Civili*, nisi adjecta fuerit clausula, *ut uno, alteróve absente reliqui nihilominus valeant procedere. L. 32. §. 13. ff. h. t.* 2. Si plures electi sunt Arbitri, id prævalet, quod plures dixerunt *c. 1. h. t. in 6.* 3. Si plures electi utrinque numero pari dissentiant, non possunt eligere tertium incertum. *c. 12. h. t.* 4. Si omnes dissentiant, unius tamen pronunciatum in alterius pronuntiato continetur, v. g. condemnet unus in 20. alter in 15. tertius in 10. de summa minima sententia de jure tenebit. *c. 1. h. t. in 6.*

Q. 7. Qui sint effectus recepti, & qui prolati arbitrii? Resp. ad 1. Ut Arbiter susceptum à se officium non deponat, antequam laudum edixerit; temere recusans ferre laudum à judice compelli potest. *L. 3. §. 1. ff. h. t.* de reliquis habetur tum in quæst. præced. tum in *L. 39. princ. ff. h. t. L. 19. §. 2. ff. eod. &c,*

Resp. ad 2. Prolati arbitrii effectus sunt. 1. Ut

finem

finem imponat causæ. *L.* 1. *ff. h. t.* ut ne quidem liceat appellare. *L.* 1. *C. h. t.* adeóque standum sit laudo tam iniquo, quàm æquò. *L.* 27. *ff. eod.* Imo licèt *arbitramentum* per *L.* 76. *ff. pro socio:* non tamen *arbitrium homologatum* reduci potest ad arbitrium *boni viri*, id est, submitti nequit vero judici & secluſa compromissione competenti, ut revideatur & corrigatur. *L.* 27. §. 2. *ff. h. t. c.* 5. *h. t.* Secundus effectus est, ut acta coram Arbitro in eadem causa & inter eosdem compromittentes in quolibet judicio vim probandi habeant. *L.* 5. §. *fin. C. h. t.* Tertius, ut si homologatum est, pariat actionem. *c.* 9. *h. t. L.* 5. *C. h. t.* diversam scil. pro diversitate iniți compromissi, ùt patet ex cit. LL.

Q. 8. *Quibus modis finiatur compromissum & Arbitrorum potestas? Resp.* 1. *Ex parte* Arbitrorum, *morte illorum*, etiam unius, si plures electi sint, & res adhuc sit integra. *c.* 42. *de off. deleg. c.* 50. *de testib.* nisi compromissum sit in Collegium aliquod, vel Prælatum ad ejus dignitatem respiciendo &c. 2. *Ex parte compromittentium, alterutrius morte*, nisi compromittentes sint Universitas, vel nisi pro hæredibus sit compromissum, *c.* 10, *h. t.* mutuo compromittentium consensu, transactione &c. 3. *Ex parte causæ*, pronuntiatione definitiva super tota causa. *L.* 19. §. 1. *ff. h. t.* lapsu temporis arbitrio præfixi *L.* 32. §. 11. *& fin. ff. h. t.* interitu rei, super qua ferendum arbitrium. *L. cit.* deficiente conditione, sub quâ in Arbitros compromissum. *L.* 11. §. *fin. ff. h. t.*

Finis I. Libri.

LIBER II.
DECRETALIUM GREGORII IX.
DE
JUDICIIS
PER
QUÆSTIONES AC RESPONSA
IN METHODUM BREVEM
ET CLARAM REDACTUS

AUTHORE

R. P. ADAMO HUTH
è Societate JESU, Ss. Canonum Doctore,
eorúmque in Alma Electorali Universitate
Heidelbergensi Professore Publico
& Ordinario.

Editio secunda emendatior.

Cum Privilegio Sac. Cæs. Majestatis,
& Faculate Superiorum.

AUGUSTÆ VINDELICORUM,
Sumptibus MATHIÆ WOLFF Bibliopolæ,
M. DCC. XXXII.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Liber II. Decretalium GREGORII IX.

Q. Un. *Quæ & quo ordine in Libro secundo Decretalium tractentur? Resp.* Absolutis in Libro priore judiciorum præliminaribus ad ipsa judicia, eorùmque ordinem descendimus, eâ claritate à jure Canonico præscriptum, ut in utroque foro, Ecclesiastico æque ac Civili usu receptus sit & approbatus. Primi quinque Tituli litis initium comprehendunt. A Titulo VI. usque ad XVIII. exclusivè explicatur Ordinatio Processûs. Tum per Titulos omnino decem agitur de Probationibus & Exceptionibus. Demum à Titulo XXVII. finis causæ per sententiæ latio-nem, ejúsque executionem exponitur.

TITULUS I.

De Judiciis.

Q. 1. *Quid sit judicium? Resp.* Judicium, *prout pertinet ad præsentem Titulum, & sumitur pro processu toto & discussione causæ*, definitur, quòd sit *legitima controversia, quæ inter*

actorem & reum intercedit, per judicem cognitio, discussio, ac definitio L. 8. & 13. C. de judic. & pass. AA. differt strictè loquendo à *Lite, causa, quæstione, instantia.*

Q. 2. Quotuplex sit judicium? Resp. Variè dividitur: *Prim. à causa efficiente, sive personis judicantibus* aliud est *Ordinarium*, quod instituitur coram judice Ordinario; aliud *delegatum*, in quo coram judice delegato disceptatur: hoc *c. 11. de probat.* etiam *extraordinarium* nuncupatur. Aliud item est *Ecclesiasticum*, quod instituitur coram judice Ecclesiastico quà tali; *Sæculare*, quod coram judice sæculari quà tali; *Mixtum*, quod vel coram Judice Ecclesiastico vel sæculari agitari potest; uti sunt quæstiones meri facti in rebus spiritualibus, si reus conventus laicus est.

Resp. 2. A. causa materiali, aliud est judicium *spirituale* (quod ab *Ecclesiastico* utpote latiùs patente differt) aliud *temporale*: aliud *Universale*, quo universum jus petitur v. g. hæreditas: *Generale*, quod ad plura quidem objecta, sed separata & nullam universitatem constituentia porrigitur, uti fit in judicio tutelæ, negotiorum gestorum. *Singulare*, quod circa rem singularem, v. g. equum vel de certa specie plura individua continente, v. g. de grege ovium instituitur. Aliud *reale* in quo disceptatur de jure in re, v. g. dominio, servitute; *personale*, in quo instituitur actio in personam, ex contractu scil. vel quasi contractu, delicto vel quasi delicto: *Mixtum* non agnoscimus quia petitio hæreditatis merissimè

simè realis est *L. 25. §. 18. ff. L. 7. C. de petit. hæred.* actiones familiæ herciscundæ, communi dividundo, finium regundorum merè personales. *L. 1. ff. fin. reg. & arg. L. 1. in prin. & §. 1. ff. fam. herciſc. L. 1. & seq. C. comm. divid.* aliud *Petitorium*, in quo de proprietate rei, v. g. prædii, beneficii, vel de jure in re v. g. de jure pignoris, servitutis litigatur: *Possessorium*, in quo agitur de sola rei vel juris possessione. Aliud *bonæ fidei*, de quo *in §. 28. & 30. Inst. de Act.* & aliud *stricti juris L. 3. ff. de reb. cred. & L. 99. ff. de V. S.* aliud *Simplex*, in quo subit unus vicem actoris, alter rei; *Duplex*, in quo uterque litigantium actor, uterque reus est.

Resp. 3. A. forma aliud est *Plenarium*, quod & *Ordinarium* ac *Solenne* dicitur, aliud *Summarium*: in illo juris ordo & solennitates omnes observantur, v. g. sententiam præcedit citatio, oblatio libelli, litis contestatio, juramentum calumniæ, receptio & publicatio testium &c. in hoc simpliciter & de plano, sine strepitu & figura judicii proceditur; ita ut, licèt illa, quæ jure vel divino, vel naturali, aut gentium necessaria sunt ad judicium, uti sunt citatio partium, aliqualis petitio loco Libelli, probatio, defensio, observari debeant, ista tamen quæ requiruntur de jure positivo, omittantur, si *celebrem litis expeditionem retardent.* Causæ quædam, in quibus judicium summarium instituitur, recensentur in *Clem 2. de V. S. Extrav. un. inter Comm. h. t. c. fin. de hæret. in 6.* Bull. Clement. VIII. *Litium di-*

ſpendiis. L. 2. C. de pedan. judic. L. 1. ff. de e
traord. cognit.

Reſp. 4. A Fine aliud eſt judicium *Civile*, qu
principaliter in commodum privatum Actoris
aliud *Criminale*, quo agitur ad vindictam publ
cam, id eſt, privationem officii, corporis affl
ctionem : & aliud *ex utroque Mixtum*, qu
agitur & civiliter & criminaliter : quod fie
poteſt, dum per crimen aliquod non tantùm
læditur publica juſtitia, utì eſt Simonia, Bla
phemia ; ſed etiam perſonæ particulari injur
ac damnum infertur. Criminale ſubdividitur i
Capitale, quo reo capitalis pœna irroganda veni
quæ triplex eſt, mortis ſcil. naturalis, ademptio
nis libertatis, vel civitatis ; & in *non capital*
quo reus ſalvâ vitâ, libertate & civitate circa bo
na vel exiſtimationem punitur. Item Crimina
ſubdividitur in *Publicum*, quod accuſare cuiv
de populo eſt permiſſum *ff. 1. de publ. judic.* &
in *Privatum*, quod accuſandi jus non cuiv
de populo, ſed iis tantùm competit, ad quo
ea res vel injuria pertinet. *L. 1. & ſeq. de priva*
delict.

Q. 3 *Quot perſonæ ad conſtituendum judicium*
requirantur? Reſp. 1. Neceſſariæ in omni judici
perſonæ & principales ſunt *Judex*, *Actor*, qui in
criminalibus *Accuſator* dicitur, *Reus c. 10. ſ. u*
omni de V. S. Minùs principales, acceſſoriæ & au
xiliares vel adjuvant litigantes, & ſunt Advocati,
Procuratores, de quibus ad *Tit. 37. & 38. ad*
Libr. 1. Decretal. & Teſtes, de quibus ad *Tit.*
20.

20. & 21. hujus libr. &c. Vel judicem juvant, quod triplici ratione fieri solet *1. consultando*, ùt olim Assessores & Consiliarii, quorum tamen hodie major est authoritas. Huc reduci possunt Auditores & Referendarii: illorum in Curia Romana, & apud Legatos Sedis Apostolicæ, horum verò, in majoribus Principum tribunalibus usus est longè utilissimus. *Acta judicii conscribendo*, ùt sunt Notarii, scribæ publici, Actuarii, Tabelliones, Protocolliстæ, de quibus ad *Tit. 22. de fid. instrum. infra. 3. exequendo*, quod Judex imperat, ùt Apparitores, Executores, Cursores, sive Nuncii & viatores, de quib. infra, dum de citatione & executione sententiæ agetur.

Q. 4. Quisnam Actor & Reus esse possit vel non? Resp. ad 1. Omnis qui habet legitimam personam standi in judicio, quales sunt homines liberi, masculi, majorennes. Discrimen tamen faciendum est Actorem inter & Reum, multi enim licèt stare possint in judicio ùt *Rei necessarii*, non tamen ùt Actores.

Resp. ad 2. Non habent personam legitimam standi in judicio. *1. Furiosi, surdi, muti, prodigi;* pro quibus tam agendo quàm defendendo judicium suscipiunt Curatores *L. 12. §. fin. ff. de Tutor. & Curat.* item *servi* proprie dicti in causa pecuniaria. *L. 6. C. h. t.* ratio, quia quoad actus civiles pro mortuis habentur. Vide tamen. *L. 53. ff. h. t. 2. Pupillus* sine authoritate Tutoris. *L. 1. C. qui pers. leg. Stand. Minor* si-

ne Curatoris authoritate. *L. 4. C. de Auth. prae.* Minori etiam invito ad lites Curator dandus. *§. 2. Inst. de Curat.* & lata contra pupillum aut Minorem indefensum sententia est ipso jure invalida *L. 45. §. 54. princ. ff. de re jud.* Agere tamen potest absque Curatore Minor in causis spiritualibus, beneficii, v. g. & matrimonii, iisque connexis, modò pubes sit. *c. fin. h. t. in 6.* in causis momentaneæ possessionis. *L. fin. C. qui pers. leg. Stand.* alimentorum. *L. 1. C. de alim. pupill. praest.* si juratus judicium suscepit, quia juramentum supplet defectum Curatoris.

3. *Filiusfam.* si velit litigare cum *Patre*, indiget veniâ Prætoris *L. 13. ff. de in jus vocand.* non nisi in certis casibus *can. 36. caus. 2. q. 7. c. 1. de sponsal. L. 4. ff. h. t. L. 9. C. de pot. patr.* expressis ipsi concedendâ. Si *cum extraneo* litigare cogitet filiusfam. *regulariter in causa propria* illi opus est consensu patris saltem generali, etsi major sit 25. annis. *c. fin. ℣. hujusmodi h. t. in 6. L. fin. princ. C. de bon. quæ liberis.* Dixi *in causa propria* ob *c. 5. §. 1. & fin. de Procurat. in 6.* Dixi etiam *regulariter in causa propria* propter *L. 4. §. 1. ff. de Castrens. pecul. L. si longius. 18. §. 1. ff. h. t. L. 22. §. 5. ff. solut. matr. L. 27. ff. h. t. c. fin. h. t. in 6.*

4. *Mulier* in causis criminalibus agere non permittitur, nisi suam suorúmque injuriam prosequatur. *L. 1. & 18. ff. de accusat.* in civilibus invita personaliter, etiam ùt Rea, trahi non potest in judicium. *c. 2. h. t. in 6.*

5. Ex-

5. Excommunicatus Excommunicatione majori potest quidem ut Reus *necessarius* stare in judicio, tenetúrque per Procuratorem (non per se ipsum) respondere *c. 7. h. t.* ratio, ne ex malitia sua commodum ferat. Si velit ut actor stare in judicia, sive per se, sive per procuratorem, *regulariter* prohibetur; & si sit excommunicatus *vitandus*, vel à parte vel à judice *debet* repelli, ne incurratur Excommunicatio minor. *c. 2. & 12. de except. c. 8. de sent. Excomm.* Si sit *non vitandus sed toleratus*, potest repelli; si non repellatur, valebunt acta judicii. *c. 1. de except. in 6.* Dicta non procedunt de Acatholicis Germaniæ nostræ in praxi; imò & casus dantur, ubi agere permittitur excommunicatus, v. g. dum est Actor necessarius. *Auth. qui semel. C. quom. & quand. judex.* in causa Excommunicationis. *c. 1. de rescript. in 6.* in causa matrimoniali, quia vertitur periculum animæ. Si periculum in mora est &c.

6. *Religiosus* sine licentia Superioris nec agere, neque ex contractu potest conveniri; tum quia non habet proprium velle & nolle, tum quia in his comparatur vel servo vel Filiofam. Excipiuntur tamen casus, quales sunt: Si obtingat beneficium Ecclesiasticum: si studiorum vel negotiorum causâ à monasterio absit: si agere velit, ut in Religione retineatur: sic & casu *c. 11. de Accusat.* in causa propriæ famæ, cujus rationem dat *D. Th. 2. 2. q. 186. a. 7. ad 4.* De Prælato Ecclesiastico dubitatur, utrùm absque consensu Conventûs vel Capituli de bonis Monasterii vel Ecclesiæ

sit agere; sed dicendum est aff. collig. *ex c. 9. caus. 18. q. 2. c. 9. h. t. c. 21. de rescript.* ratio, quia superior vel Prælatus liberam habet & à Capitulo independentem administrationem; ergo potest agere juxta. *L. fin. ff. quod cujusque Univ. nom.* Cæterùm quæ de Superioribus Religiosis, Abbatissis, Rectoribus Ecclesiarum & Parochis in hoc genere specialia occurrunt, ex Constitutionibus Ordinum, privilegiis & receptis consuetudinibus est desumendum.

Q. 5. An quis invitus ad agendum, vel an saltem principales ad comparendum cogi possint? Resp. ad 1. Nemo invitus tenetur agere, sive in causis Civilibus, sive criminalibus. *L. un. C. ut nem. inv. ag. v. accus. cog.* nisi qui jam semel actionem proposuit. *Aut qui semel. C. quom. & quand. jud.* qui alterum diffamavit *L. diffamari. 5. C. de ingen.* Creditores Studiosorum discessurorum ab Academiis. Tutores & Curatores. *L. 2. C. de arb. tut.* Procuratores. *L. 11. & 13. C. mandat.* Administratores civitatis. *L. 2. §. 7. ff. de administr. rer. ad civ. pert.* Hæres. *L. 1. C. de his, quib. ut indign.*

Resp. ad 2. Regulariter principales cogi nequeunt ad comparendum personaliter; ratio datur in *c. 68. de reg. jur. in 6.* Si tamen causa sit criminalis; vel juramentum de calumnia aut pro veritate dicenda præstandum; vel necessitas juris præsentiam Actoris aut Rei exigat, cogi possunt. *c. 1. h. t. in 6.* Non possunt etiam principales ea, quæ ad factum, pertinent, per Advo-

catos

catos, sed per se debent proponere. Ratio, quia ipsi rem melius habent perspectam. Excusat Simplicitas Principalis, consuetudo, speciale mandatum Advocato datum, conniventia Judicis & partis adversæ.

Q. 6. Qua causa & coram quo judice in judicium deduci possit? Resp. 1. Causas merè spirituales (de causis objectum quidem profanum habentibus, sed tamen ratione personæ Ecclesiasticis infra) cognoscere non potest Laicus judex. *c. 2. h. t. c. 3. de ord. cogn. c. 5. & 7. qui fil. sint leg.* ratio, quia actus potestatis spiritualis, qualis est cognitio judicialis & authoritativa rerum spiritualium v. g. circa Fidem, Sacramenta, vota, est concessus à Christo Petro & ejus successoribus. *Matth. 16. ℣. 18. Ioann. 21. ℣. 17.* non Principibus, & judicibus Laicis. ergo.

Resp. 2. Conclusio extendenda est, ut laici nec de *causis spiritualibus annexis.* v. g. decimalibus cognoscere possint: neque principaliter & per se *de jure Patronatus* per *c. 3. h. t.* quia hoc jus vel est juxta plures secundùm se spirituale, vel saltem antecedenter spirituali annexum: neque ex eadem ratione de *jure sepulturæ*, dum agitatur quæstio juris; nec de *causis matrimonialibus.* Trid. *sess. 24. can. 12. de Sacram. matr.* quia ex quo contractus matrimonialis elevatus est ad rationem Sacramenti, res spiritualis censetur.

Resp. 3. Si causa dotis *incidat* in causam divortii, de quo principaliter agitur, ad judicium Ecclesiasticum spectabit de ea judicare. *c. 3. de donat.*

donat. inter vir. & uxor, ratio, quia principale trahit ad se minùs principale. Si principaliter agatur, dum v. g. uxor constante matrimonio & viro ad inopiam vergente dotem petit restitui, ad judicem sæcularem; quia est causa profana.

Resp. 4. Actor licèt Clericus sequitur forum Rei laici. *c. 5. & 8. de for. comp.* & si causæ profanæ inter laicos tractentur, *regulatiter & directè* spectat cognitio ad solum judicem Laicum. *c. 10. de for. comp.* excipitur, si persona miserabilis v. g. vidua vi sit dejecta ex possessione. *c. 11. & 15. de for. camp.* quia spectat talium defensio saltem cumulativè ad Ecclesiam; vel si agatur de peccato. *c. 13. h. t.* vel si causa sit mixti fori; vel si juramentum contractui adjectum *c. fin. de for. comp. in 6.* vel si constet, quòd judex laicus desit officio suo. *c. 10. h. t.*

Q. 7. Quæ sit forma & quis effectus judicii? Resp. ad 1. Forma judicii consistit in ordine judiciario & solennitatibus à jure præscriptis, quas successivè præsenti Libro explicabimus, & tribus partibus potissimùm absolvuntur, scil. *litis contestatione, probatione, sententia.*

Resp. 2. Primò Judicium perpetuat actionem certo tantùm tempore competentem. *L. un C. ex delict. defunct. 2.* interrumpit præscriptionem *L. ult. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* 3. judicio cœpto neuter litigans potest adversario dissentiente à judicio recedere. *L. 5. C. de O. & A.* nisi velit in expensas condemnari. *§. 1. Inst.*

de

de Pœn. temere litig. 4. Licèt acta coram judice incompetente v. g. confessiones, depositiones testium &c. coram judice Laico contra Clericum producta, fidem non faciant coram judice competente. *c. 4. h. t.* faciunt tamen fidem plenam acta probatoria unius judicii coram judice competente in alio etiam judicio, agitato inter easdem personas, earúmve hæredes ad eundem finem & non variato modo agendi. *c. 11. de testib.* sive judex sit ejusdem, sive diversi ordinis. *arg. c. fin. de except. in 6.* 5. Novationem actionis iuducit judicium, ita ut res, quæ antecedenter debebatur ex contractu, nunc debeatur, quia ita judicatum est. *L. aliam. ff. de Novat.*

Q. 8. Ex quibus causis judicium reddatur nullum? Resp. 1. Ex defectu capacitatis vel competentiæ judicis. *c. 4. h. t. c. 24. de sent. & re judic. L. 2. & fin. C. si à non comp.* Acta tamen coram judice putatitio & communiter existimato tantùm, qui revera judex legitimus non est, valent in utroque foro. *L. Barbarius 3. ff. de off Prætor. can 1. caus. 3. q. 7.* 2. ex defectu personarum litigantium, quæ personam standi in judicio non habent. 3. ex defectu solennitatum & Ordinis judiciatii non observati; quamvis in curia Rom. juxta Card. de Luc. & in camera Imperiali juxta Gail. *L. 1. Obs. 42. à n. 1.* si de meritis causæ constet. nullitates ex defectu solius processûs & solennitatis provenientes non attendantur.

Q. 9 Quomodo finiatur judicium? Resp. Vel per *sententiam definitivam*; quia hac latâ functus

est

est judex officio suo: idque *totaliter*, si intra decennium appellatum non est, vel si est appellatum, finitur saltem instantia, & incipit tunc *secunda instantia*. Vel finitur judicium ante sententiam definitivam; quod fieri potest tripliciter, *mutua* scil. *voluntate partium; deinde absolutione judicii*, quâ liberatur pars absoluta, ut in hac instantia respondere non teneatur, reservato tamen jure alteri parti, ut novo judicio cœpto cum Adversario suo possit contendere. Demum *lapsu temporis* juxta *L. 13. princ. C. h. t.* qui tamen modus finiendi lites non tantùm in foro Civili ex usu receßit, sed & in jure Can. ejus contrarium est statutum *c. 5. de in integr. restit. c. 14. princ. v. judices, de privileg. c. 20. h. t.*

TITULUS II.

De Foro competenti.

Q. 1. *Quid intelligatur nomine fori, & quotuplex sit? Resp.* 1. Omissis aliis significationibus hic nomine fori venit vel locus discutiendis & terminandis litibus deputatus *c. 10. de for. comp.* vel jurisdictio judicium exercentis, seu potestas publica de causa in judicium deducta cognoscendi & pronuntiandi.

Resp. ad 2. Aliud est forum *competens*, in quo Reus conveniri potest & debet, vel ubi judex est *competens* & jurisdictionem habens in Reum: aliud est *incompetens*, ubi nec Reus conveniri potest, nec de-

debet. Competens dividitur in Ecclesiasticum & *Sæculare*: Ecclesiasticum in *Externum & internum*. Internum in forum *Pœnitentiale* sive *Sacramentale* & in *non Sacramentale*. Item aliud forum est *contentiosum*, aliud *voluntarium*; hic de foro externo & contentioso sermo est.

Q. 2. Ex quibus principiis deducatur competentia fori? Resp. 1. Ex persona *Judicis* competit forum, quia est *Ordinarius*, vel *Compromissarius*, vel quia *prorogata est ejus jurisdictio*, vel quia *avocata est causa ad Superiorem*, quo casu excluso inferiore solus superior fit judex competens. De hac fori competentia dictum est in *Libr. 1. Decretal.* 2. Ex persona *Rei*, cujus forum Actor sequitur, datur fori competentia, ubi reus habet *domicilium*, vel *res*, quæ petitur, *sita est*, vel ubi *contraxit*, aut *deliquit*: vel quia *Clericus & Ecclesiasticus est*, vel quia aliunde *foro privilegiato* gaudet. 3. Ex qualitate *causæ*, quod *Ecclesiastica* vel *sæcularis*, *mixta*, *connexa*, *feudalis &c.*

Q. 3. Quid sit domicilium & quotuplex? Resp. Domicilium in *genere* est locus habitationis: dividitur in Domicilium commune & in privatum. *Commune* omnibus civibus Romanis olim Roma erat, ut in prima instantia etiam ibi potuerint conveniri, hodie non item; in causis tamen Ecclesiasticis fideles omnes & Clerici in profanis sortiuntur forum in tribunali Pontificis, si ibi existant, neque jus habeant domum revocandi, *can. 17. & 18. caus. 9. q. 3. c. fin. h. t. Privatum* aliud est *naturale*, *domicilium originis* dictum, seu locus,

in

in quo quis natus aut oriundus est; quod *domicilium* hodie vix servit, nisi de Jure Canonico ad susceptionem Ordinum *c. 3. de temp. Ord. in 6.* Aliud est *Accidentale*, *Adscititium*, *vel domicilium habitationis*, & est locus, in quo quis habitat, animo ibi commorandi: si quis propositum habeat, stabiliter ibi commorandi, dicitur simpliciter *domicilium* vel *domicilium verum*; si verò tantùm per tempus notabile, *quasi domicilium* appellatur.

Q. 4. Quomodo acquiratur domicilium? Resp. Ad *constituendum* domicilium simpliciter tale & sortiendum ratione domicilii forum duo requiruntur, animus & factum, seu habitatio *actualiter cœpta* cum proposito stabiliter manendi in tali loco. *L. 20. ff. ad municipal.* non verò insuper, ut quis majorem bonorum suorum partem eò transtulerit; quia hoc requisitum nullo jure probatur. Ad *quasi-Domicilium* constituendum factum itidem & animus per notabilem v.g. anni partem in loco habitandi, requiritur *L. 19. §. 2. ff. de judic.* Potest quis in duobus vel pluribus locis simul habere domicilium ad eum effectum, ut utrobique subditus sit & conveniri possit. *L. 5. C. & L. 6. §. 2. ff ad municipal.*

Q. 5. Quæ sit vis domicilii in ordine ad constituendum forum? Resp. 1. Via veri domicilii est, ut ratione illius sortiatur quis forum quoad universam jurisdictionem, tam contentiosam quam voluntariam, tam in causa civili quàm criminali, etsi crimen commissum & contractus celebratus sit alibi. *c. 17. de for. comp.* sive reus exi-

stat

stat in foro domicilii, sive non *c. 3. de dol. & contum.* adeóque forum domicilii generale est, & concurrit cum aliis foris, imò iis potentius est excepto foro feudi & rei sitæ juxta multos, de quo inferius. *L. 19. §. 4. ff. de judic.* Excipitur etiam uxor, quæ non in proprio sed in domicilio mariti convenienda. *L. 22. §. 1. ff. ad municipal.* Hæres conventus ex persona defuncti, cœpto jam cum defuncto judicio coram eodem judice causam debet continuare. *L. 34. ff. de Judic.* Ad forum domicilii spectat casus *L. 2. C. de jurisd. om. jud.*

Resp. 2. Vis quasi domicilii est, ut talis non tantum acquirat jus parochiæ, possítque dispensari in votis, jungi matrimonio, habere sepulturam; nec tantùm LL. & consuetudinibus illius loci teneatur; sed etiam tum de contractibus in tali loco celebratis vel commissis delictis, tum etiam de contractibus alibi celebratis aut delictis alibi commissis possit conveniri. *L 2. C. ubi Senator. L. 3. C. ubi de crim. agi oport.* ratio quia cum sortiatur talis forum ibi pœnitentiale, cur non etiam externum? *Vagi* ubi inveniuntur, etiam ratione contractûs alibi gesti aut delicti commissi forum sortiuntur. Ratio, quia vagi, id est, nullibi defactó domicilium habentes naturali æquitate suadente, judicem competentem habere debent, qui alius, quàm judex loci, ubi reperiuntur, assignari non potest.

Q. 6. Quanam circa forum rei sitæ observanda?

Resp. 1 Per forum *rei sitæ* intelligitur locus, in

quo

quo res controversa existit; judex autem loci illius dicitur judex rei sitæ; apud quem judicem conveniri potest debitor vel possessor rei litigiosæ, sive aliàs subjectus sit, sive non *L. 1. & 3. C. ubi in rem actio. c. fin. h. t.* sive præsens in loco sit, sive absens *c. fin. §. fin. ut lite non contest. L. 2. C. ubi in rem.* Speciale quid est in possessore rei nomine alieno, & in emptore rei alienæ, per *L. 2. C ubi in rem act. item per L. 49. ff. de judic.* & in Clerico, ùt infra.

Resp. 2. Actione tantùm reali Reus in loco rei sitæ conveniri potest, *nisi sit in rem scripta.* quia actio realis rem, non personam sequitur. *L. 25. ff. de O, & A.* contrarium fit in actione personali per *L. fin. §. fin. ff. de contrah. empt.* Conveniri autem potest sive res immobilis sit sive mobilis, notabili tamen tempore in loco permansura, ob generalitatem textuum *c. fin, h t, & L. fin. C. ubi in rem actio.* it. ob. *L. 33, ff. de jud.* Non solùm in petitorio, sed etiam possessorio. *L. un C. ubi de possess. L. un. ubi de hæred.* ratio, quia causæ possessionis tam arctè confœderata est causa proprietatis, ut utraque coram eodem judice deceat ventilari; *c. 1. de caus. prop. & poss.*

Resp. 3. Reus non necessariò conveniri debet in loco rei sitæ, sed potest etiam conveniri in loco domicilii sui, ut adeóque forum rei sitæ & domicilii concurrant; vel quod idem est, forum domicilii est ita generale, ut in eo non tantùm actiones personales, sed reales etiam possint proponi arg. *L. ult. C. ubi in rem. act. L. un. C. ubi de hæred.* ratio, quia

quia bona sunt accessoria personis, ergo rectè petuntur à judice, cui subsunt personæ.

Q. 7. *Quid de foro contractûs dicendum?* *Resp. 1.* Ratione contractûs in loco, in quo is gestus, regulariter sortitur quis forum coram judice illius loci Ordinario, licèt ibi domicilium non habeat. *c. ult. h. t. L. 19. & 20. ff. de judic.* Accipitur autem hic nomen contractûs latissimè. *arg.* LL. cit. nec tantùm quoad obligationem principalem ex contractu ortam, sed etiam quoad secundariam, v. g. damna, interesse: Item etiam quoad *distractum* in loco contractûs quis forum sortitur, id est, quoad rescissionem contractûs Reus conveniri potest in loco ejusdem initi, juxta Wiestn. *h. t. n. 47.* si tamen & Reus in loco contractûs inveniatur, & contractus ex utraque parte nondum perfectus sit vel impletus, aut vitio aliquo intrinseco v. g. usuræ laboret. *L. 14. ff. fin. C. de non num. pec.*

Resp. 2. Limitatur regula communis, quòd quis in loco contractûs sortiatur forum 1. Ita ut licèt Reus conveniri possit in loco contractûs secundùm dicta, possit tamen etiam actor, si velit, eum convenire in loco domicilii. 2. ut, dum v. g. ex conventione partium requiritur ad substantiam contractûs scriptura, non in loco contractûs, sed scripturæ vel instrumenti confecti, si alius hic sit, Reus debeat conveniri *L. 17. C. de fid. instrum.* 3. ut in loco confirmationis contractûs forum quis non sortiatur; quia con-

firmatio in forma communi facta nihil innova
4. Si aliter inter contrahentes convenerit, v
pro impletione contractûs aut solutioni cer
locus sit destinatus, in hoc & non in loco co
tractûs forum sortiuntur ; habetur clarè *L.* 1
§. fin. ff. de judic. licèt Reus habeat privilegiu
nonnisi in certo loco **respondendi.** *c.* 17. *h.*
observetur præterea ***L. un. C. ubi conveniatur***
qui certo lo. dar. 5. Ut viatores & advenæ (qu
les non sunt, qui officinam, tabernam, pergula
constituerunt) non teneantur regulariter respo
dere in loco, in quo contraxerunt, mox inde di
cessuri, altera parte sciente. *L.* 19. *cit.* ubi &
ratio hujus redditur. 6. Ut in contractu dot
nec locus contractûs, nec locus confecti instru
menti attendatur, sed locus, ubi vir habet domici
lium ; & ut juxta jura ejusdem domicilii mari
& non juxta jura loci contractûs vel confecti in
strumenti, uti aliàs fieri debet, decisio litis sit faci
enda. *L.* 65. *ff. de judic.* 7. Ut in loco co
tractûs aliter invitus non conveniri possit, nis
ibi reperiatur. *c.* 1. *§. contrahentes. h. t in 6.*
Dantur tamen hodie casus, in quibus absens ad
locum contractûs citari valet, v. g. ob admini
strationem in loco quopiam gestam ad reddenda
rationes. *L.* 1. *C. ubi de rat. agi oport.* reli
quos vide apud Engel *h. t. n.* 23. cum explicatio
ne. *c.* 1. *h. t. in 6.*

Q. 8. *An & quomodo forum delicti sit com
petens? Resp.* 1. aff. Sic ut delinquens subjicia
tur non quidem in foro pœnitentiali, sed externo

tam

tam Eccleſiaſtico quàm ſæculari, jurisdictioni illius judicis, etſi aliàs eidem non ſit ſubjectus. *c. 13. & fin. h. t. c. 1, de raptor. L. 1. & Auth. qua in provincia. C. ubi de crim.* ratio conſiſtit in congruentia, ut ſcelera ibi, ubi commiſſa, plectantur, tum ad terrorem aliorum, & ad ſatisfactionem Reip. læſæ, tum ob faciliores probationes. Procedit de quovis delicto; item de perſonis privilegiatis ſub certis limitationibus. Vide *L. fin. ff. de Accuſat. c. 14. h. t L. 1. C. ubi Senatores.* Auth. *habita quidem C. ne filius pro patre.*

Reſp. ad 2. Si delictum patratum ſit in confinio duorum territoriorum, ut neſciatur, in quo eorum fuerit perpetratum, vel ſi in uno territorio ſit inchoatum, in altero verò conſummatum, vel in uno mandatum, in altero datum executioni, inter judices utriusque territorii locus eſt præventioni. Primum deſumitur ex *L. 19. ff. Commun. divid.* Secundum ex *L. 1. C. ubi de crim. agi oport.* Tertii ratio ſumitur à paritate jaculantis in uno territorio, & in alio occiſionem facientis (qui juxta *L. 1. cit.* apud utrumque judicem forum ſortitur) & inter mandantem. DEINDE. Dum delinquens jam eſt egreſſus è territorio, in quo deliquit, neque citatione præventus citare ipſum regulariter & de jure, amplius non poteſt Judex loci delicti; ratio eſt ob defectum jurisdictionis. Nec poteſt illum in territorio alieno perſequi, niſi eſſet Prædo, graſſator, latro. *Receſſ. Imp. Auguſtæ 1559.* quæ

 etiam

etiam facultas persequendi milites fugitivos Bel
duci, uxorem marito, Religiosos Prælato conc
ditur. *Arg. L. 1. C. ubi quis de Curiali.* Quid
Praxi observandum tum judici, qui petit remissio
nem delinquentis ad locum delicti, tum à quo pe
tit, vide apud Gail. *L. 1. Obs. 56. & 57.*

Q. 9. *Quid dicendum de privilegio fori compe
tente Ecclesiasticis? Resp. 1.* Clericorum perso
exemptæ sunt à jurisdictione & foro sæculari
Trid. *Sess. 25. c. 20. de reform. c. 8. de jud. c. 1
h. t. &c.* 2. Nomine Clericorum veniunt, qui
materia est favorabilis, non tantùm in majo
bus constituti, ùt patet, sed etiam in minoribu
sin hi unam de conditionibus à Trid. *sess. 23. c. 1
de ref.* requisitis habeant; etiamsi quis post de
lictum commissum fuerit modò factus Clericu
c. 2. h. t. can. 15. Bullæ Cœnæ. si tamen id no
in fraudem fecerit; quia fraus nemini patrocina
tur. *c. 15. de rescript.* Imò etiam omnes utriu
que sexûs Regulares *c. 5. 10. 33. de sent. Excom
c. 4. de Cens. in 6. c. 3. de Immun. Eccles. in 6.*
3. Clerici & Religiosi non tantùm exempti sun
à foro sæculari jure positivo Ecclesiastico, ùt
omnes, sed etiam *aliquo modo* de jure divino, ùt
ait Trid. *sess. 25. c. 20. de ref. Ecclesiæ & perso
rum Ecclesiasticarum immunitatem DEI ordina
tione & canonicis Sanctionibus constitutam esse.* Ly
aliquo modo explicant alii cum Pichler *h. n. 18.*
quod *in thesi*, immediatè tamen exempti sint Cle
rici à jurisdictione & foro laicali jure divino;
alii, quòd talis exemptio procedat à jure divino

non

non immediatè, sed originaliter & initiativè. 4. Exemptio hæc Clericorum non habet tantùm locum in causis criminalibus. *c. 4. 8. 10, de judic. c. 12. de for. compet.* sed etiam in Civilibus, tam *personalibus*, quàm *realibus* de jure scripto. *c. 12. h. t. c. 4. de Cens. in 6. Auth. statuimus. C. de Ep. & Cler. c. 42. & seq. caus. 11. q. 1. c. 12. de for. comp.* Defendunt aliqui consuetudinem esse legitimam, quâ Clerici super causis temporalibus actione reali in foro sæculari solent conveniri. 5. Clerici privilegio huic exemptionis nequidem possunt jurato renuntiare. *c. 12. h. t.* imò si quæstio fiat de statu Clericali, & quis semper fuerit solitus incedere ùt Clericus, licèt delictum commiserit, restituendus est judici Ecclesiastico; quia talis præsumitur, qualis invenitur. 6. sunt tamen aliqui casus, in quibus judex Laicus licitè & validè contra Clericos procedit non in Civilibus tantùm, quorum quosdam recenset Schmaltzg. *h. t. n. 80.* sed etiam in Criminalibus, ex voluntate scil. Ecclesiæ; v. g. dum Clericus post actualem degradationem traditus est Curiæ sæculari. *c. 4. & 10. de judic.* dum dimisso habitu se immiscet enormitatibus, nec post trinam Episcopi monitionem se emendat. *c. 25. & 45. de sent. Excomm. c. fin. de vita & honest. Cler.* dum Reus est assassinii. *c. 1. de homicid. in 6.*

Q. 10 *An præter Clericos etiam alii gaudeant foro privilegiato? Resp.* aff. 1. Nobilis immediatè subjecti Imperio conveniri debent tam in Civilibus quàm Criminalibus coram Camera Imperiali

vel Consilio Imperiali Aulico. *Recess. Imper. de anno 1555. §.* Und in solchem Frieden. ex concessione tamen Imperatoris & Procerum possunt Principes & Nobiles immediati saltem in causis civilibus apud Judices inferiores, quos *Austregas* vocant, conveniri.

Resp. 2. Studiosi immatriculati & verè tales (non cessatores, & neglectis Lectionibus otio dediti) habent privilegium, ut coram alio quàm Rectore Academiæ, vel, quod consuetudo immutavit, coram Episcopo Civitatis non conveniantur, sive sint causæ Civiles, sive Criminales. Probatur non tantùm clarè ex Auth. *Habita quidem. C. ne filius pro Patre.* Sed & in Universitate nostra Heidelbergensi ita semper est practicatum, ad quam insuper juxta recentia præjudicia alii delinquentes sunt remissi.

Resp. 3. Milites, si in numerum militum præstito juramento ritè inscripti sint, coram solo judice militum, Duce vel Colonello, vel per se aut per Auditorem reum examinante, adhibito in causis gravioribus Senatu militari, possunt conveniri. *L. 6. C. de jurisd. om. jud.* sive civilis, sive criminalis actio intentetur; licèt enim de utraque actione intentanda exceptiones ponantur tum in *l. fin. C. ubi quis de Curial l. un C. in quib. caus. milit.* tum in *l. 7.* ff. *de judic.* praxis tamen obtinet, ut de criminali causa militum Duces eorum cognoscant.

Resp. 4. Viduæ, pupilli, similesque personæ miserabiles, etiam ùt Actrices gaudent privilegio fori;

fori; inprimis de Jure Civ. in foro Civili per *l. un. C. quando Imperat.* Deinde Jure Canonico, ut etiam reos Laicos ad forum Ecclesiasticum trahere possint. *c. 15. h. t.* dum vel negligens est judex sæcularis in administranda justitia. *c. 11. ff. fin. h. t.* vel ipsæ violenter oppressæ sunt aut spoliatæ. *c. 15. cit.*

Q. 11. Ratione causarum quodnam sit forum competens? Resp. 1. Causæ *sacræ spirituales*, vel ita dictæ *merè Ecclesiasticæ*, quæ vel circa res intrinsecè, vel causativè sacras, vel ex fine supernaturales versantur, aut ad regimen Ecclesiasticum pertinent & officium spirituale, excluso judice Laico à Solo Ecclesiastico cognosci possunt. *c. 2. de jud. c. 10. de Constit. c. 1. & 2. de Reliq. & venerat. Sanct.* 2. Idem dicendum de causis *spirituali annexis. c. 3. de jud c. 3. de Ord. cognit. c. 5. & 7. qui fil. sint leg.* Adeóque de causis matrimonialibus, de limitibus Parochiarum, jure Patronatûs principaliter in judicium deducto, de quæstione *facti* super causa spirituali, involvente simul quæstionem *juris*, in dubio, utrùm causa spiritualis sit, nec ne, solus cognoscit judex Ecclesiasticus. *Vide Tit. 1. de judic. Q. 6.*

Resp. 2. Causæ *profanæ*, nihil scil. spiritualitatis, vel in vel extrinsecè habentes, si agitantur inter Laicos, vel reus conventus est Laicus, solius judicis Laici cognitioni & jurisdictioni *per se* subsunt. *c. 10. & 11. h. t.* ratio quia Prælati Ecclesiastici, ipséque S. Pontifex in causis temporalibus fidelium jurisdictionem per se & directè

non habent, nisi temporali illorum dominio subjecti sint. Dixi *per se* propter *c. 15. h. t. supra h. t. Q. 10. Resp. 4. cit.* propter *c. 8. & 16. h. t.* propter *c. 5. h. t. & c. 13. de judic. c. fin. h. t. in 6. &c.*

Resp. 3. Causæ *mixti fori* tractandæ sunt a eo judice, qui alterum, quocum habet cumulativam potestatem de hujusmodi causa cognoscendi, prævenit, quo casu præventus in causæ cognitionem se ingerere amplius non potest. *l. 7. ff. de jud.* 2. Causæ mixti fori, quæ in utroque foro tam *Ecclesiastico*, quàm *sæculari* tractari possunt, sunt, quæ ex natura & objecto suo sunt quidem profanæ, sed tamen ob certam qualitatem spiritualem, vel ex lege aliqua aut consuetudine ad utrumque forum spectant. Tales causæ *Civiles* sunt, contractus juramento firmati quoad *executionem* contractûs jurati: Testamenta Laicorum, quibus inserta legata *ad pias causas*: causæ personarum miserabilium in casu oppressionis vel spoliationis &c. Causæ *Criminales* sunt utramque scil. Remp. offendentes, usura: blasphemia non hæreticalis à Christiano prolata: concubinatus: polygamia: adulterium, si ad divortium non agatur. Causa *hæresis & Simoniæ cognoscenda* est à solo judice Ecclesiastico. *c. 13. de hæret. & c. 18. §. prohibemus. eod. in 6.* & comm. AA. 3. Nec qui judicatus & per sententiam definitivam à judice præveniente est absolutus, potest regulariter à judice prævento iterum judicari. *c. 2. de except in 6. c. 6. & l. 7. §. 2. ff. de Accusat.* Nec qui punitus est à judice prævenien-

niente pœnâ ordinariâ, vel extraordinariâ commensuratâ denuo puniendus est à prævento. *c. 6. de Accusat. & l. 4. §. fin. ff. Naut. Caup.*

Resp. 4. Causæ *connexæ* vel ratione *personarum*, v. g. plurium cohæredum, sociorum, tutorum; vel *ratione rei*, de qua agitur, si nimirum circa eandem rem plures quæstiones vel *principaliter*, vel *incidenter* moveantur; ubi tamen notandum *c. 3. de Ord. cogn. c. fin. de jud.* vel connexæ ratione *actionis generalis &c.* dividi non debent, cum discrimine tamen inter jus vetus ob *l. 10. C. h. t.* & hodiernam praxin, quâ si Actor hujusmodi divisionem faciat & causas connexas apud diversos judices tractet, Reus opponere solùm potest ante L. C. exceptionem *causæ connexæ non dividendæ*, hæc si omissa sit, valebit processus coram diverso judice agitatus. *Gail. l. 1. Observ. 32. n. 13.* Quis judex in causis connexis, dum plures interesse habent, adeundus sit, variant AA. Gail. ait, superiorem respectu omnium adeundum; Engel judicat, ibi terminandam litem, ubi vel contra unum ex correis præoccupata est, non faciendo discrimen inter judicem superiorem & æqualem: alii dist. quòd, si judex, coram quo cœpta causa, competens sit respectu omnium, coram eodem sit continuanda; sin incompetens sit vel respectu unius partis vel causæ, adeundus sit omnium correorum superior. *l. 5. C. arb. tutel. l. 2. C. de Ord. jud.* Ord. Cam. *p. 2. tit. 9. Rec. deput. 1600. §.* bey unserem 23.

Resp. 5. Causæ *feudales*, quæ versantur circa rem, cujus dominium utile est alicui benevole concessum sub obligatione fidelitatis & obsequii personalis, pro diversis casibus diversimodè deciduntur. 1. Si lis oriatur *inter duos Vasallos ejusdem Domini*, v. g. alter petit partem feudi, quam alter possidet, vel *aliam causam feudalem*, sive *ex lege feudi* tractat, Dominus judex erit. *1. feud. 18. 2. feud. 55. §. 2. fin.* etiamsi Dominus sit Laicus, Vasallus autem Clericus. *c. 6. & 7. h. t.* 2. Si lis oriatur *inter Dominum & Vasallum*, & agatur super ipsa rei feudalis *proprietate*, dum v. g. negat Vasallus rem esse feudalem, Judex Ordinarius judicabit; si autem agatur super jure aliquo accidentali v. g. negat Vasallus servitia Domino, vel agit contra Dominum de evictione feudi, *Pares Curiæ* judicabunt. Engel *h. t. n. 92.* 3. Si lis oriatur inter Vasallum & extraneum, vel inter Dominum & extraneum, cognitio ad Ordinarium judicem Rei conventi pertinebit. *2. feud. 15.*

Q. 12. Quænam sint fori extraordinarii species? *Resp. 1.* De foro *delegationis* dictum est ad *tit. 29. Libri 1. Decretal.* De foro *continentiæ causarum h. t. Q. 9. Resp. 4.* De foro *reconventionis* dicetur ad *tit. 4. de mutuis petit.* Dicendum restat hic. 1. de foro *jactationis* seu *Diffamationis* ex *L. diffamari. 5. C. de ingen. manum.* cujus Legis beneficio, qui in possessione ingenuitatis, *vel aliter in fama sua* læsus est, potest adire judicem *suum proprium*, & apud hunc petere,

tere, ut diffamanti assignet certum terminum, intra quem probet veritatem suæ diffamationis, & si in probatione defecerit, perpetuum ei silentium imponatur. Remedio huic locus etiam est contra Clericum diffamatorem Laici, quia diffamans re ipsa est actor, necessitatus sequi forum Rei; ubi tamen Judex Laicus Laici diffamati debet attendere, ne contra privilegium Clericale *propriâ authoritate* cogat Clericum ad comparendum in suo judicio, sed faciat illud mediante Judice Ecclesiastico.

Resp. 2. Affine est remedio *L. diffamari* remedium. *L. si contendat 28. ff. de fidejussor.* Est quidem specialiter conceptum de fidejussore, cui *beneficium divisionis* competit, ex generali tamen æquitate ad alios etiam casus extenditur: vi hujus is, qui in quacunque causa litem sibi ab alio movendam timet, proprium suum judicem adire, ab eóque, implorando officium ejus nobile, potest petere, ut adversarius citetur, licèt fortè non subjectus, ac ipso præsente declaretur, se debitorem illius non esse, vel exceptione saltem legitimâ muniri; ac propterea illi super eâ causâ perpetuum imponatur silentium.

Resp. 3. Ad forum extraordinarium reduci potest forum *Præventionis*, quando is, qui plures habet judices competentes, ab uno citatur, & sic prævenitur, cæterique judices à cognitone illius causæ excluduntur. Ratio datur. *L. 30. ff. de judic.* Neque actor post citationem reo intimatam, factámque comparitionem variare,

reúm-

reúmque coram alio judice, licèt cæteroquin competente, convenire poteſt; quod ſi fieret, per *exceptionem Præventionis* à Reo oppoſitam judicem hunc ſecundum declinare poſſet. *arg. l.* cit. Inducitur pariter per citationem unius præventio reſpectu omnium correorum. Ratio, quia id exigit continentia cauſarum, quæ dividenda non eſt.

Reſp. 4. Ultimus modus ſortiendi forum eſt *Prorogatio*, quæ deſcribitur, quòd ſit extenſio jurisdictionis ad perſonas, cauſam, tempus, vel locum, in quas, quando, & ubi aliàs non competit, conſenſu libero earundem perſonarum facta. *c. 40. de off. & pot. jud. deleg. L. 11. ff. de Jurisd. L. 1. C. de Jurisd. omn. jud.* Eſt adhuc hodie in uſu, teſte Brunnem. in *L. 18. ff. de jurisd.* 2. Non tamen omnes cauſæ prorogari poſſunt; ſic prohibetur prorogatio in cauſa ſpirituali, feudali, Criminali, appellationis, delegatâ, ſpecialiter reſervatâ Principi, in cauſa, quam ſuperior ab inferiori ad ſe avocavit. 3. Nec poſſunt omnes prorogare jurisdictionem judicis non ſui; ſpecialiter prohibentur Pupilli ſine Tutore, Minores ſine Curatore, Procuratores ſpeciali mandato, aut ſine clauſula *cum libera* deſtituti, Studioſi ſaltem de conſuetudine, Clerici & Religioſi neque cum conſenſu Epiſcopi, neque interveniente juramento prorogare in ſe poſſunt jurisdictionem judicis ſæcularis, quæcunque demum cauſa ſit. *c. 12. h. t. ubi & ratio additur.* Quin imo ne quidem poſſunt Cleri-

ci

rici jurisdictionem alieni judicis Ecclesiastici, nisi consentiente proprio Ordinario in se prorogare. *c. 18. h. t.* Nec Religiosi exempti possunt se Episcopo subjicere in pertinentibus ad jurisdictionem contentiosam. DD. communiter; æquitate tamen spectata in iis, quæ spectant ad jurisdictionem voluntariam consentiente Prælato suo, ut adeóque & petere possint absolutionem à Censuris, & dispensationem in votis. Ratio, quia exemptionis privilegium directè in favorem concessum in odium detorqueri non debet. Hæc tamen procedunt solùm, dum Papa ejúsve legatus jurisdictionem in Exemptos habens facilè adiri non potest; nec facultatem absolvendi immediatus aut mediatus haberet.

TITULUS III.

De oblatione Libelli.

§. 1.

De Libello.

Q. 1. *Quid* sit *& quotuplex libellus? Resp.* Est scriptura brevis claram Actoris intentionem continens & causam petendi. Dividitur dupliciter. 1. in *simplicem* seu *summarium*, in quo factum breviter, perspicue, & continuâ quadam orationis serie narratur: & in *Articulatum seu Positionalem*, ubi per articulos factum comprehenditur. Rejectus est hic per *nov. R. I. Anno 1654. §.* diesem nechst. 2. in *Civilem seu*

Con-

Conventionalem, qui pro objecto habet causam Civilem, & in *Criminalem* vel *Querimonialem*

Q. 2. *Quibus partibus construatur libellus, & quid in singulis observandum? Resp.* ad 1. Tribus, narratione facti, medio concludendi, ipsa conclusione.

Resp. ad 2. Primò. Narratio facti ita construitur, ut expresso nomine judicis (hodie non proprio, sed officii tantùm) item nomine Actoris, & Rei, ipsum factum cum necessariis circumstantiis subnectatur; item quid, quale aut quantum petatur. In criminali libello apponi praeterea debet delicti locus, annus, mensis; aliàs ipso jure nullus erit. *L. 3. ff. de Accusat.* Dies, nisi à Reo petatur, tutiùs omittitur. Nomen Actionis ut exprimatur necesse non est. *c. 6. de jud. L. 69. ff. de fidejuss. L. 3. C. ad S. C. Maced. L. 6. ff. de reb. cred.*

Resp. ad 2. Secundò. Medium concludendi, seu causa petendi, & jus, ex quo agitur, exprimi debet in libello, ut constet Reo, num cedere vel litigare expediat, & siquidem est *actio realis*, causa tantùm proxima sive *dominium* rei, aut aliud jus reale exprimitur *regulariter*; Si autem *personalis*, causam remotam ponere sufficit, id est contractum, v. g. *peto centum à Titio, quos mihi debet ex mutuo, depositio &c. c. fin. h. t.*

Resp. ad 2. Tertio. Conclusio sive petitio Actoris in *causa Civili* (in Criminali enim lex ipsa concludit) est accurate formanda, quid scil. & quantum petat Actor; de hac enim verificatur

illud

illud, quòd ſententia debeat eſſe conformis libello. Concluſioni libelli Civilis adjici ſolet clauſula *ſalutaris* dicta, ſimilibus fere verbis concepta: *Super his omnibus peto mihi jus & juſtitiam adminiſtrari omni meliori modo & forma, qua de jure, ſtatuto, vel conſuetudine fieri poteſt.* Hujus effectus eſt, ut Actor cenſeatur omne jus ſuum in judicium deduxiſſe. Alii apponunt etiam hanc clauſulam: *Salvo jure addendi, minuendi, corrigendi &c.* quæ ultra jus commune nihil operatur.

Q. 3. Quænam ſint proprietates libelli & quæ vitia? Reſp. 1. Debet in ſcriptis offerri. *c.* 1. *h. t.* 2. debet eſſe *brevis*, hinc ſuperflua rejicienda. *L. fin. §. 1. C. de appel.* 3. *clarus & perſpicuus eſſe debet.* 4. debet eſſe *ordinatus*, conſtare ſcil. partibus ſupra recenſitis.

Reſp. 2. Vitioſus libellus, id eſt, qui ob defectum *accidentalem* poſſit, non debeat rejici, dicitur. 1. ſi ſit *obſcurus*, nam libellus, in quo non apparet, quid petatur, rejici poteſt. *L.* 7. *§.* 4. *ff. de injur.* Obſcurus tamen non eſt, adeóque nec vitioſus, ſi plures in eodem actiones cumulentur. *L.* 11. *ff. de jurisd.* modo nihil obſtet cumulationi, utì obſtaret, ſiquís actiones contrarias, vel quæ ex unâ eadémque cauſa deſcendunt, & ad finem eundem tendunt, vellet cumulare &c. 2. Vitioſus libellus eſt, ſi ſit *incertus*, cùm enim ſententia certa eſſe debeat, quantum fieri poteſt, etiam libellum certum eſſe oportet. 3. Si ſit *generalis*, ita ut *Accuſatorius*

torius ipso jure sit nullus. *L. 3. ff de accusat. civ-lis* parte solùm excipiente rejiciendus König *h. n. 57.* Casus, in quibus libellus generalis locum habet in judicio, sunt, dum petuntur fructus, expensæ, interesse; in tutelæ vel negotiorum actione, in hæreditatis petitione. ℣. Gail. *L. 1. Obs. 63. n. 2.* 4. Si sit *alternativus*, qui ob incertitudinem non admittitur, *regulariter* loquendo; admittitur enim in actione hypothecaria, v. g. si dicat actor, *peto illum condemnari ad traditionem rei obligatæ, vel ad solvendum debitum*; in materia emptionis, quando agitur ex *L. 2. C. de rescind. vendit.* Vel dum incertitudo provenit ex facto Adversarii. Gail. *L. 1. Obs. 62. n. 4.* vel dum res per moram debitoris est deterior facta; aut quando res petitur restitui, si extet, vel æstimatio ejus, si sit consumpta

Resp. 3. Libellus *omnino ineptus*, in quo omissa ea, quæ necessariò exprimenda, & quibus non expressis jus agendi non potest concludi, est nullus; etsi pars adversa non excipiat, nec potest ex eo judex sententiam pronuntiare. *c. 15. de judic.* Vide Gail. *L. 1. Obs. 67. n. 1.*

Q. 4. *An libellus ineptè concinnatus permittatur emendari*, id est, *addi vel demi aliquid, salva libelli substantiâ, ita ut nec res petita, nec causa petendi mutetur?* Item *an mutari, sive variari permittatur quoad substantiam, ut nova in libello causa agendi proponatur, alia res prorsus diversa petatur? Resp.* ad 1. aff. Emendari libellus potest, etiam post litem contestatam usque ad sententiam definitivam,

finitivam. *L. 21. §. 1. ff. qui testam. fac. L. 4. §. fin. ff. de Noxal. Act.* Si ergo erravit Actor in nomine rei petitæ, in loco vel tempore obligationis contractæ; sit omisit petere accessoria &c. licitum est errorem corrigere; eo quòd nec actio, nec causa agendi mutetur.

Resp. ad 2. Mutare libellum licet ante litem contestatam. *L. 3. C. de edend.* quia judicium propriè ante L. C. cœptum non est: modò Reo novæ concedantur induciæ, & expensæ, si quas fecit, compensentur. Glossa & DD. in *cit. L. 3.* non tamen licet mutare libellum post L. C. nisi Actor velit novo libello uti & novâ instantiâ, recedendo à priori cum refusione expensarum juxtà *c. 15. de judic.* Ratio quia per litis contestationem partes obligantur instantiæ, ut ab ea ob quasi contractum recedere non possint. *L. 25. ff. de R. V. L. 52. princ. ff. de jud. L. 4. C. de jurisd. omn. jud.*

Q. 5. *Quinam sint effectus oblati libelli? Resp. Seqq.* 1. ferenda est sententia secundùm petitionem in libello formatam. *c. 2. de ord cogn. c. 24. §. fin. de Accusat.* 2. Actor post libellum per judicem reo porrectum tenetur litem prosequi. *Auth. qui semel. C. quom. & quand. jud.* modò tamen rei interfit, aut Actor expensas reo paratus sit refundere. *Reiffenst. h. n. 40.* 3. Oblatio libelli rem facit litigiosam à die intimatæ reo citationis. *Clem. 2. ut lite pend.* 4. Secuta citatione interrumpitur præscriptio. *L. 3. C. de præscript. 30. vel 40. annor. &c.*

§. 2. de Citatione.

Q. 1. *Cur hìc agatur de citatione, & quid ſit*
Reſp. ad 1. Cum non extet ſpecialis ru
brica de citatione in Jure Can. utì tam in ff. quà
Cod. extat Tit. *de in jus vocando*; neceſſitas tame
ſit de ea tractandi, priusquam ad alios actus judi
ciales procedatur, hìc magis congruè de ea tra
ctatur, utpote quæ ſequi ſolet oblationem li
belli, & hoc oblato per actorem Judici Rei
citari.

Reſp. ad 2. Citátio eſt legitima alicujus in ju
vocatio juris experiundi gratiâ. *L. 1. ff. de in*
jus vocand. vel aliquantò explicatius: eſt actus ju
dicialis, judicii præparatorius, quo is, quem in ju
dicio ſiſti opus eſt, judicis mandato vocatur in ju
ſeu judicium, juris experiundi gratiâ. Pirh. *de ſu*
comp. n. 212.

Q. 2. *Quotuplex ſit citatio?* *Reſp.* Alia eſt, qua
fit à jure, cujus exemplum eſt in *c. 1. de elect. in 6.*
alia *quæ fit ab homine*, ſcil. judice. Hæc vel eſt *Re*
lis, dum perſona in judicium vocanda authoritate
judicis à miniſtris juſtitiæ apprehenditur vel capi
tur. *L. 8. C. quom. & quand.* vel eſt *Verbalis*, quan
do Judex Apparitorem, Nuntium aut Pedellum
ad reum mittit, eique oretenus vel in ſcriptis facit
ſignificari, ut ad certum diem compareat in judi
cio. Verbalis iterum duplex eſt, ſcil. *Privata* quæ
fit vel *in faciem* Rei, vel ejus Procuratoris vel
in abſentia Rei ad ejus *domum*; & *Publica*, quæ
publi-

publicè per Proclama, *vel* vocem Præconis, vel per campanam, vel per *Edictum* in publicis locis affixum fieri solet; sin hoc ultimo modo fiat, dicitur *Edictalis.* Demum alia est Citatio *simplex*- quæ citatum non comparentem non reddit priùs contumacem, quàm 3. vicibus sit repetita *L. 9. C. quom. & quand. jud.* interposito tamen inter singulas competente spatio, scil. *de jure* 10. dierum. *Alia peremptoria,* quæ semel tantùm fit, & contumacem tamen reddit vocatum in jus, si præfinita die non compareat. Tantum autem temporis hæc contineat, quantum 3. simplicis simul: item verbum *peremptoriè* in ea expressum esse debet. *L. 72. ff. de jud.*

Q. 3. Citatio an necessaria? Resp. aff. ita quidem, ut *quoad absentem* sit simpliciter necessitatis quoad valorem judicii *c. 10. de Constit. c. 2. de sent. & re jud.* ratio, quia videtur esse juris naturalis, cum spectet ad necessariam sui defensionem, quâ contingit ordinariè, ut vel culpa, vel pœna saltem possit minui. Nec *reus* tantùm citandus, sed etiam alii, quorum primariò interest. arg. *L. 39. ff. de adopt. L. 47. ff. de re jud.* Dantur tamen plures exceptiones, quæ vel in non necessitate, vel impossibilitate defensionis fundantur: v. g. dum crimen vel non jus partis est notorium *c. 5. de appell.* vel dum quis dolosè latitat, vel se occultat: aut periculum est in mora: item in causa hæresis. *c. fin. de hæret. in 6.* vel dum causæ cognitio non requiritur. *L. 9. §. 1. ff. de off. Procons.*

Q. 4. Quid observandum in citatione reali,

edictali, verbali? Resp. ad 1. Citatio *realis* nonnisi à judicibus Ordinariis fieri potest, non à Delegatis regulariter, qui tantùm in quibusdam casibus possunt citare personaliter de Jure Can. *c.* 1. *de jud. in 6.* Deinde adhibetur in causis criminalibus, non tamen indistinctè. Engel *h. n.* 14. ex notabili textu *L.* 1. *ff. de custod. & exhibit. reor.* Demum rarissimè in Civilibus locum habet. Vid. *L.* 10. §. 16. *ff. quia in fraud. credit.*

Resp. ad 2. Citatio *Edictalis* etiam non permittitur Delegatis inferiorum, sed solis judicibus ordinariis. *Auth. qui semel. C. quom. & quand.* Habet tantùm locum, *si quis citari aliàs non potest*, v. g. si locus, ubi citandus moratur, non sit tutus; si extra territorium citantis; si remotus aut vagus; si contradictor incertus &c. Fieri debet, antequam decernatur, summaria inquisitio. Legi item per Nuntium, & post lecturam in locis consuetis, pluribus, non uno tantùm affigi: affixa relinquenda est spatio ex arbitrio judicis determinando.

Resp. ad 3. Citatio *Verbalis*, dum fit in scriptis, continere debet nomen & cognomen judicis citantis, ut scil. reus cognoscat, quis & qualis sit judex; cùm mandato judicis fieri tantùm possit citatio, sive deinde is sit Ordinarius, sive delegatus. Nomen & cognomen rei, sive ipsius citandi. *c.* 36. *de rescript.* nomen & cognomen Actoris, quia ad hujus instantiam fit citatio: locum judicii. *c. fin. de rescript.* causam

sal.

saltem in genere, ob quam quis citatur. *Clem. 2. ut lite non contest.* Certum terminum, ne sit citatio vaga; congruum & competentem, ne impossibilis fiat comparitio: diem etiam certum juxta stylum omnium Curiarum, ut sciatur, an dies sit juridica, nec ne, non tamen horam.

Q. 5. Quomodo citatio mandanda executioni? *Resp. 1.* Juxta dicta superiùs, *Realis* subditi etiam proprii extra territorium sine licentia Domini territorialis fieri non potest, ob defectum jurisdictionis. *Verbalis* autem respectu sibi subjecti juxta C. de Luc. fieri potest, quia non est actus jurisdictionis, sed mera executio. Suadetur tamen, ut ad vitandas tricas judex loci per *literas subsidiales* requiratur, ad faciendam vel per suos Ministros vel Nuntium ab alieno judice missum citationem. Si nec hic modus procedat, veniendum est ad *edictum* in locis finitimis affixum.

Resp. 2. Ex stylo Cameræ fit citatio per Nuntios juratos, quibus credi debet: quovis die, modò non de nocte: facienda est autem in *faciem* rei; unde hic diligenter inquirendus: Si nec is, nec ejus Procurator repertus, domesticis & in horum defectu vicinis relicto suæ commissionis exemplo, denuntiatio debet exponi. *c. 3. de dolo.* Si nec hoc fieri possit, vel non expediat, affigatur ad domum habitationis, coram duobus aut tribus testibus. arg. *L. 5. §. 2. ff. quod vi aut clam.* Demum executione facta incumbit Nuntio facere relationem in acta referendam,

quæ relatio pars est processûs substantialis, ut sine illa neque hic, neque sententia valeat. *Gail, L. 1, obs. 54. n. 7.*

Resp. 3. Si plures sunt principaliter interessati, citandi sunt omnes v. g. ejusdem hæreditatis plures possessores. Ratio, quia omnes unam personam repræsentant. Quandoque tamen una persona pro alia citari potest, v. g. maritus in causa uxoris &c.

Q. 6. Quinam sint effectus citationis validæ?

Resp. 1. inducit præventionem, ut dictum. 2. perpetuat jurisdictionem judicis delegati, ut morte delegantis non exspiret. *c. 20. de off. deleg.* 3. Inducit litis pendentiam juxta dicenda infrà *ad tit. 16. & Clem. 2. ut lit. pend.* 4. facit rem litigiosam, ut prohibita sit ejus alienatio regulariter. *Auth. litigiosa C. de litigios.* 5. interrumpit præscriptionem. *L. 3. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* 6. citatum adstringit ad comparendum, nisi justâ exceptione se tueatur, ut adeo ad instantiam partis possit in eum tanquam contumacem procedi. *c. 2. de dol. & contum. &c.*

TITULUS IV.

De mutuis petitionibus.

Q. *1. Quid hìc intelligatur per mutuas petitiones? Resp.* Nihil aliud, nisi conventio coram Judice ex parte Actoris, & reconventio ex parte Rei; dum scil. hic viso Actoris libello,

lo, quo quid à se petit, vicissim oblato libello petit aliquid ab Actore, ita ut interveniant petitiones duæ reciprocæ, quas mutuas vocant AA.

Q. 2. Quid juris sit circa reconventionem? Resp. 1. Approbata est reconventio *c. 1. & 2. h. t. L. 14. junctâ Auth.* Et *consequenter. C. de sent. & interloc,* Ut quis patiatur se reconveniri coram *eodem* judice, sive Ordinario, sive delegato, licèt non sit proprius, coram quo convenit Adversarium. Modò delegatus sit constitutus ad instantiam Actoris; si enim ad instantiam utriusque, imputet sibi Reus, quòd in rescripto causam reconventionis exprimi non curaverit.

Resp. 2. Reconvenire potest Actorem omnis conventus, modò facultatem agendi habeat. Ratio, quia reconvenire est agere, ergo. Agendi autem facultate destituuntur Excommunicati, proscripti vel Banniti. *c. 12. de except.*

Q. 3. Quinam reconveniri possint, & in specie num Actor Clericus coram judice sæculari? Resp. ad 1. Regulariter adversus quemlibet Actorem reconventio à Reo potest institui. *L. 14. C. cit.* Nisi tamen Actor fuerit agens alterius nomine Procurator, nequit enim hic de proprio debito reconveniri; uti nec Tutor vel Curator, dum agunt nomine pupilli aut Minoris.

Resp. ad 2. Clericus *de jure scripto* probabilius non potest reconveniri à Laico, reconventione non per modum exceptionis, sed actionis

propoſita. Ratio, quia reconventio eſt ſecunda conventio ; atqui conveniri non poteſt Clericus coram judice ſæculari , ergo nec reconveniri. Deinde ceſſat in Clerico ratio reconventionis expreſſa in *L. 14. C. de ſent. & interloc.* Ergo. Dic. de *jure ſcripto*, nam vi conſuetudinis & receptæ praxeos in tribunalibus Clericus poteſt reconveniri. Haunold, Wieſtner, Schmalzgr. & AA. comm. qui tamen triplicem addunt limitationem 1. ut cauſa non ſit ſpiritualis, vel criminalis. 2. ut reus non procuraverit fraude vel dolo ſe conveniri coram judice Laico. 3. ut executio ſententiæ à judice Laico latæ judici Eccleſiaſtico relinquatur.

Q. 4. *In quibus cauſis locum habeat mutua petitio , ſeu reconventio ? Reſp. 1.* In omnibus ſpecialiter non exceptis. Comm. ex *L. 1. §. ult. ff. de extraord. cognit.* Sive utraque cauſa ſit ejusdem, ſive diverſi generis ; ſive utraque actio realis ſit, ſive conveniar ego reali, velimque reconvenire perſonali. Ratio, quia jura generaliter loquuntur.

Reſp. 2. Locum non habet reconventio in cauſis executivis, ſeu habentibus paratam executionem, quia in his ceſſat ratio & finis : nec in cauſa depoſiti vel compenſationis *c. 2. de depoſit L. 11. C. depoſiti.* Nec in cauſa ſummaria, ſi reconveniens velit proceſſum *Ordinarium* inſtituere. Intelligenda hæc quoad effectum ſimultanei proceſsûs. 2. Non in cauſa appellationis ; quia judex appellationis unicè ad hoc eligi-

eligitur, ut judicet super sententia judicis in primâ instantia, eam vel reformando vel approbando. 3. Non in causa spolii, quia spoliatus ante omnia restituendus; nisi reconventio fiat super spolio in re diversa. 4. Non in causis à jurisdictione judicis, coram quo facta est conventio, exemptis, qualis causa est spiritualis respectu Laici, feudalis respectu eorum, qui non sunt domini vel Pares Curiæ &c. 5. Non permittitur Actori reconvento reconvenire iterum reum; ne fiat nimia petitionum coacervatio. 6. Non in causis criminalibus criminaliter intentatis, si accusatus reaccusare velit criminaliter. *L. 19. C. de his, qui accus. L. 5. ff. de publ. jud.* quod ipsum tamen variè limitatur.

Q. 5. Quinam sint effectus reconventionis? Resp. Primus est prorogare jurisdictionem judicis, ut Actor per reconventionem reconventus ita subjiciatur judici, coram quo causam agit, ut in causa reconventionis eum, licèt aliàs non competentem, nequeat recusare. *L. 14. C. de sent. & interloc.* Effectus *secundus* est, facere processum simultaneum, ut nimirum causa utraque simul ventilanda, & unâ sententiâ sit terminanda. Modus hìc procedendi describitur à Schmalzgr. *h. n. 12.* Ut utrumque hunc effectum operetur reconventio, necesse est, eam proponi ipso litis exordio. *c. 1. h. t. Clem. 2. ℣. verum de V. S.* aut saltem immediatè post litem contestatam. Barb. in *L. 29. ff. de judic.* Nam post unum aut plures actus à litis contestatione, durante li-

tis tempore proposita effectum prorogationis solum habet. *Arg. c. 3. ℣. reus de rescript. in 6.*

TITULUS V.

De litis Contestatione.

Q. *1. Quid sit litis contestatio? Resp. 1.* Litis contestatio, quæ est principium ac basis judicii, cum citatio sit potiùs principium actionis instituendæ, definitur, quòd sit petitio Actoris in jure facta, & congrua responsio Rei secuta animo litigandi *c. un. h. t. & c. 54. ℣. licèt de Elect.*

Q. *2. Quomodo fiat litis contestatio? Resp. 1.* Ex parte *actoris*, dum is vel per se ipsum vel ad interrogationem judicis in judicio repetit narrata & petita libelli sui, affirmandóque vera esse & à se petita, & fieri debere, eáque ut fiant, deposcit, vel etiam simpliciter dicit, *repeto narrata & petita libelli mei*; quæ est contestatio litis *affirmativa.* Ex parte *rei* autem, dum is viciſſim respondet v. g. *nego narrata, prout narrantur*, vera esse; vel, *dico petita fieri non debere*; quæ est contestatio litis *negativa.* Animus item litigandi ex utraque parte adesse debet, qui, si reus quidem respondeat, dicat tamen, se id tantùm informationis gratiâ facere, de jure non censetur adesse. *Pichl. h. n. 2.*

Resp. 2. Litis contestatio fit etiam 1. verbis *dubitativis*, v. g. dum reus dicit, *non credo narrata*

rata esse vera. Non tamen si diceret; *non teneor respondere.* 2. *Verbis affirmativis*, potissimum dum rei confessio fit mixtâ aliquâ contradictione v. g. dum dicit, *fateor acceptum mutuum, sed nego terminum ad solvendum elapsum.*

Resp. 3. Nec per exceptiones peremptorias, ut clarè habetur. *c. 2. h. t. in 6.* Nec per fori declinatorias. *L. 28. §. 3. ff. de cond. indeb.* Nec per alias dilatorias *regulariter* inducitur litis contestatio. Ratio, quia *peremptoriæ* destruunt judicium, *declinatoriæ* declinant, *dilatoriæ* differunt.

Resp. 4. Nec per positiones & responsiones ad illas fit litis contestatio. Ratio, quia positiones sunt narrationes quædam breves, seu assertiones facti alicujus ad causam controversam pertinentes, ad veritatem eliciendam conceptæ ab Actore, super quibus is petit sibi responderi ab adversario; atqui hæ in causa principali fiunt modò post litem cont. ergo.

Q. 3. *An contestatio litis sit de substantia processûs?* *Resp.* Aff. ita ut *regulariter* loquendo totus processus irritus sit, ubi contestatio litis etiam *solennis & formalis*, quæ fit certis verbis & juxta stylum Curiæ, est omissa. *c. un. h. t. L. un.* junct. *Auth. offeratur. C. eod.* in *summario* semper sufficit simplex litis contestatio, quâ voluntas litigantium quocunque *modo* declaratur. Clem. 2. de V. S.

Q. 4. *In quibus aliis causis & casibus non sit opus litis contestatione scil. solenni?* *Resp.* 1. In genere.

genere. In omnibus causis, in quibus non requiritur libellus. Gail. *Libr. 1. Obs. 76. n. 4.* 2. In Specie. In causis appellationis. *c. 58. de appel.* contrarium observatur in Camera. Ord. Cam. p. 3. *tit. 32. §. 4.* 3. In causis *coram Papa* aliove supremo Principe propositis. Ratio, quia authoritas Principis defectum juris positivi supplet. Gail. *L. 1. Obs. 75. n. 11.* 4. In quibusdam causis spiritualibus. 5. Denique nulla omnino opus est litis contestatione in causis notoriis; quia in his ordo juris non est servandus. *c. 21. de jurejur.*

Q. 5. Per quos fieri possit litis contestatio? Resp. Non tantùm per partes Principales, sed etiam per earumdem Procuratores; item Tutores, Curatores, Syndicos. *L. 4. §. patroni. C. de jud.* Item per responsionem Advocati animo litigandi facta. *c. 62. de appellat.* Pichl. *h. t. n. 7.* Non necesse est, Actorem & Reum simul esse eodem tempore coram judice præsentes, sed potest petitionem Actoris ex intervallo sequi responsio Rei. *L. 2. §. 2. ff. de O. & A.*

Q. 6. Quinam sint effectus Litis contestationis? *Resp.* 1. Invalida nihil operatur. *Auth. offeratur. C. h. t.* 2. Valida effectus varios habet; v. g. quòd per eam in judicio quasi contrahatur. *L. 3. §. 11. ff. de pecul. 2.* Quòd per eam perpetuentur actiones temporales, & pœnales incipiant transire ad hæredes & contra hæredes. *§. 1. Inst.* de *perp. & temp. act.* 3. Quòd interrumpat præscriptionem, etiam longi temporis. *L. 26. C. de R. V.* 4. Constituat possessorem quo-

quoad perceptionem fructuum in mala fide. *L. 22. C. de R.V.* Quòd Procurator fiat Dominus litis, libellíque mutatio impediatur. Vid. Engel, Schmalzg. Pichl. Vall.

TITULUS VI.

Ut Lite non conteſtata non procedatur ad teſtium receptionem, vel ad Sententiam definitivam.

Q. 1. *Quid præſens rubrica contineat, quaq; ſit ejus ratio? Reſp.* ad. 1. Continet regulam generalem, quâ vetatur lite nondum conteſtata in judicio ordinario procedi vel ad teſtium receptionem, vel ad Sententiam *definitivam*, id eſt, ſuper cauſa & negotio principali ferendam; ad interlocutoriam enim, quæ ſuper quæſtionibus incidentibus vel emergentibus inter principium & finem cauſæ fertur, poteſt procedi *c. 19. de judic.* Pich. *h.t. n. 1.*

Reſp. ad 2. Ratio Rubricæ eſt, quia ante litis conteſtationem cauſa nondum cenſetur in judicium deducta. *c. un. de lit. conteſt.* Teſtes autem in judicio tantùm, & ad judicem informandum audiri debent; ergo.

Q. 2. *Quinam caſus expreſſi ſint in jure, in quibus lite non conteſtatâ teſtes non ſint recipiendi, nec procedendum ad Sententiam definitivam? Reſp.* Seqq. *Primus* expreſſus eſt in *c. 1. h.t.* ubi,

quòd

quòd si agatur de crimine adulterii civiliter, ad separationem tori vel restitutionem dotis, etiamsi reus sit contumax, non possit procedi ad receptionem testium, vel sententiam definitivam, sed tantùm ad rei contumacis excommunicationem. Ratio, quia causa hæc est odiosa, in eaque contrà, ac in causis matrimonialibus fieri amat, observandus processus ordinarius. *Secundus* expressus est in *c. 2. h. t.* ubi, quod etiam in causa restitutionis, in casu *cap. cit.* contra contumacem proferri Sententia non possit, si non præcessit litis contestatio. *Tertius* in *c. 3. h. t.* ubi, quòd si *reus* se contumaciter absentet, & causa sit talis, in qua missio in possessionem rei petitæ fieri non potest, non ad sententiam, sed ad censuram tantùm Ecclesiasticam possit procedi. *Quartus* est in *c. 4. h. t.* ubi, si in causa matrimoniali testes sint recepti ante litis contestationem, vel post interpositam appellationem, *nulla præcedente contumaciâ rei* conventi, attestationes receptas & acta omnia ipso jure esse irrita & nulla. *Quintus c. ult. h. t.* dum ibi in princ. dicitur, *cum civiliter agitur &c.* satis indicatur, in causis quidem civilibus, vel criminalibus civiliter intentatis, nunquam in criminaliter intentatis *pro futura accusatione* procedi posse ad receptionem testium. Ratio, cur strictissimè si hic observandus ordo judiciarius, est gravissimum & irreparabile damnum Rei.

Q. 3. *An non dentur casus, in quibus procedi possit ante litem contestatam ad receptionem testium*

ſtium & Sententiam definitivam, & quid tum obſervandum? Reſp. ad 1. Affirm. *Primus* ísque generalis tam pro Reo quàm Actore eſt, dum aliàs elaberetur facultas ferendi & recipiendi teſtimonii. *c. ult. §. 1. h. t.* 2. dum receptio teſtium adhibetur *ad perpetuam rei memoriam. c. cit. §. ſunt & alii.* Quæ diſpoſitio præſertim favorem Rei ſpectat, adeo ut Actori nonniſi in raris caſibus competat, v. g. dum ei aliquid debetur in diem, vel id à futura conditione aut alterius arbitrio dependet. 3. Si judex procedit *ex officio* per viam inquiſitionis *generalis c. cit.* ne ſcil. delicta maneant impunita. 4. Dum agitur de valore matrimonii carnalis, & reus contumaciter non comparet, & recipi teſtes poſſunt, & ſententia definitiva ferri. *c. cit. §. porro.* Diſp. inter hunc & caſum primum & Quartum quæſt. præced. poſitum aſſignat Schmalzgrub. *h. t. n. 9.* 5. Dum agitur de Prælato amovendo ob nullitatem electionis, ſive ex defectu formæ, ſive vitio perſonæ provenientem, poteſt, ſi contumax fuerit, absque litis conteſtatione ad receptionem teſtium & ſententiam definitivam procedi. *cit. §. porro. c. 37. cauſ. 11. q. 3. &c.* 6. Si Actor poſt oblatum libellum legitimè citatus contumaciter ſe abſentet, quo caſu non tantùm reus poteſt ab eâ inſtantia abſolvi, ſed etiam recipi teſtes ad ejus inſtantiam, imò ad ſententiam definitivam procedi. *Auth. qui ſemel. C. quom. & quand. c. 3. de dolo*

Reſp. ad 2. Seqq. ſunt obſervanda, 1. Debet

bet ſubeſſe rationabilis cauſa. 2. Requiritur *regulariter* citatio partis, contra quam producuntur teſtes. Pirh. *h. t. n. 16.* 3. Ut actor, dum citari nequit, eundem infra annum continuum à tempore, quo potuit conveniri, conveniat, vel ſaltem teſtium receptionem & depoſitiones ei denuntiet, aliàs receptio & atteſtationes, quantùm concernunt favorem producentis, ſint invalidæ. Ratio, quia teſtes præſumuntur in fraudem recepti.

TITULUS VII.

De Juramento Calumniæ.

Q. 1. *Quid ſit juramentum calumniæ, & quid continere debeat? Reſp.* ad 1. Juramentum calumniæ ſcil. non inferendæ, Germanicè **der Eyd für Gefährde** / eſt, quod poſt litem conteſtatam ab utroque litigantium præſtatur coram judice in loco judicii publico ſuper tota cauſa, quo tactis regulariter Evangeliis jurant, quòd ſine animo calumniandi, credentes ſe habere juſtam cauſam, litigare velint. Differt à *Juramento malitiæ*, quòd hoc vel ante, vel poſt litem conteſtatam, & toties, quoties eſt præſumptio, quid dici malitiosè; item quòd ſuper ſingularibus articulis præſtetur; Juramentum autem calumniæ regulariter in eadem cauſa tantùm ſemel, poſt L. C. & ſuper toto negotio. Differt etiam à *Juramento veritatis*, quòd hoc

ſit

sit de *scientia*, & *veritate*, quam jurans scit, dicendâ; item super articulo particulari; juramentum autem calumniæ sit de *credulitate*, & contineat plura capitula; unde &

Resp. ad 2. Continet seq. articulos. 1. quòd partes credant, se justam habere causam, actor scil. agendi, reus se defendendi. *L. 2. C. h. t.* 2. quòd interrogati (scil. juridicè) in judicio sint dicturi veritatem. *Nov. 49. c* 1. 3. Quòd non utantur falsa probatione. *Auth. inisto. C. h. t.* 4. Quòd nihil promiserint, aut daturi sint, sive per se, sive per alios patrocinii causâ judicibus, aliisve personis, iis exceptis, quibus dare salaria jura permittunt. *Auth. principales. C. eod.* 5. Quòd non petant calumnioſam dilationem. *L. 1. C. h. t.*

Q. 2. An juramentum calumniæ necessariò præstandum? Resp. 1.. Aff. ita ut si ab alterutra parte litigantium petitum, & tamen fuerit omissum, omissio vitiet processum & sententiam reddat nullam. *L. 2. §. 4. C. h. t.*

Resp. 2. Potest remitti tacitè, illud non exigendo, absque eo, quòd per hoc vitietur processus. *c. 1. §. 2. h. t. in 6.* Non expressè à partibus *cit. c.* & *L.* ratio, quia non pro commodo privatorum, sed ob bonum publicum est introductum.

Resp. 3. Consuetudo abrogans præstationem juramenti calumniæ tum introduci potest, si vel ob hominum alicujus loci probitatem videatur sufficere simplex non calumniandi promissio; vel

si econtra tanta foret perversitas hominum, u
præceptum illud occasionem perjurii præbere
adeóque. *c. 5. h. t.* negans introduci posse consu
tudinem, intelligi debet de consuetudine non r
tionabili &c.

Q. 3. *A quibus præstari debeat juramentum c
lumniæ? Resp.* 1. A principalibus omnibus sc
Actore & Reo, nisi specialiter sint exempti, u
sunt parentes & patroni, dum hi in causis permi
sis cum liberis aut libertis litigant. *L. 8. §. 5. ff. qu
satisd. cog.* Dominifeudi, dum litigant cum Va
sallis, & contra. *2. feud. 33.* Principes suprem
cum dignitas eorum non patiatur suspicari an
mum calumniandi. Electorum & statuum Con
siliarii actuales in causis suorum Principum pe
Recess. Imp. de án. 1654. §. 37. quod tamen in C
mera nondum receptum notat Roding. apu
Lauterb. *ad ff. Libr. 12. tit. 2. n. 41.* Procurato
fisci de consuetudine, ut testatur Gail. *Libr. 1. ob
90. n. 9.* Qui votum tantùm emiserunt non ju
randi, non eximuntur.

Resp. 2. A Clericis etiam & Religiosis, dum
in *causa propria per se coram judice Ecclesiastico su
proprio* litigant, præstari debet *c. 5. h. t.* La
tiùs hæc habet Pirh. *h. t. n. 11.* Leur. *h. t. Q. 36
n. 3. & 4.*

Resp. 3. Loco principalium personarum, v. g.
pupillorum, Minorum, prodigorum, Ecclesia
rum, Civitatis &c. citra speciale mandatum, &
in animam solùm propriam à Tutoribus, Cura
toribus, Oeconomis, Syndicis, & aliis genera
lem

lem bonorum alienorum Administrationem habentibus admittitur juramentum calumniæ. *c. 4. h. t. L. 2. §. 4. C. eod.* Ratio, quia hi justitiam causæ, ob cujus credulitatem hoc juramentum introductum, meliùs scire præsumuntur, quàm quorum res administrant. A Procuratoribus particularibus particularium personarum, etiamsi juratum sit à principalibus de calumnia, debet hoc juramentum præstari, ut satis provisum sit de evitanda calumnia. *c. 1. §. procuratores. h. t. in 6.* & quidem dupliciter, semel in animam domini sui, deinde in animam suam, sive nomine proprio; atque ad primum egent speciali mandato. *c. 3. h. t. in 6.*

Resp. 4. Ab Advocatis itidem & patronis causarum juramentum calumniæ est præstandum *L. 2. C. h. t.* consuetudo tamen modò obtinet, ut hi in susceptione muneris tantùm præstent juramentum generale.

Q. 4. *In quibus causis præstandum juramentum calumniæ? Resp.* Nisi tacitè remittatur, spectato jure in omnibus, in quibus opus est probatione. *L. 1. C. h. t.* sive sint Civiles, sive Criminales, saltem in his ex parte Accusatoris. *c. 1. ℣. itaque h. t.* sive temporales, sive spirituales. *c. 2. h. t.* per *c. 1. §. fin. h. t. in 6.* est correctum. Sive sint causæ primæ, sive secundæ instantiæ, id est, appellationis *c. 2. §. 1. h. t. in 6.* sive feudales, si scil. Vasalli inter se, vel cum tertio non Vasallo litigant; sive matrimoniales, sive coram delegato aut Ordinario judice tractentur. &c.

Q. 5. Quæ sit pœna hoc juramentum præstare re-cusantis, & quis effectus præstiti? Resp. 1. Acto si detrectet jurare, cadit causâ, & tanquam im-probus litigator à judicio repellitur. *c. fin. §. pœ h. t.* Réus habetur pro confesso. *L. 2. §. 6. C. t.* Ad utramque tamen pœnam incurrendam op est sententiâ judicis. *L. & c. cit*, unde passim AA. aliquæ sequelæ deducuntur. Imò dant casus, in quibus pœna hæc vel omnino non, v limitatè tantùm incurritur; talis est causa crim-nalis. *Vall. h. §. 4. n. 3.* spiritualis, ne detur vit sus ingressus. *c. 1. de R. I. in 6. &c.* Deinde co tumacia Procuratoris non nocet Domino, ade ut pupillus, & quicunque alius, cujus causa agit ideo eâ non cadat, vel pro confesso habeat *L. un. §. 2. ff. siquis jus dicenti non obtemp.* non o stante. *c. 4. h. t.*

Resp. 2. Præcipuus & ferè unicus effectus præ stiti juramenti est, quòd jurans excusetur à ca lumnia præsumpta arg. *c. 5, h. t. & L. 1. C. h.* non verò liberatur, ùt aliqui volunt, à solvend expensis. AA. communiter.

TITULUS VIII.

De dilationibus.

Q. 1. *Quid sit dilatio? Resp.* Dilatio judicialis de quà hic sermo, & quæ ita dicitur, qu durante judicio, sive à citatione usque ad senten-tiam, ejúsque executionem conceditur, definir potest, quòd sit certi temporis ad actum aliquem

judi-

judicialem commodiùs exercendum conceſſio. A *prorogatione* differt, quòd hæc ſit termini conceſſi nondum elapſi ulterior, ſeu in alium extenſio aut productio.

Q. 2. Quotuplex ſit dilatio? Reſp. Reſpectu *effectûs*, quem inducunt, aliæ ſunt *peremptoriæ*, quæ ſemel tantùm conceſſæ elapſo termino negotium ſeu cauſam perimunt; aliæ *non peremptoriæ*, quæ ſemel & iterum conceſſæ diſceptationem tantùm differunt. A causâ *efficiente* aliæ ſunt *Legales*, quæ à Lege, vel conſuetutine conceduntur; exempla ſunt in *c. 15. deſent. & re jud. L. ult. C. de tempor. in integr. reſtit.* Aliæ *conventionales*, quæ ex mutuo partium conſenſu dantur. Vid. *c. 28. de off. deleg. L. 113. ff. de. V. S.* Aliæ *judiciales*, prout opponuntur Legalibus & dicuntur *arbitrariæ*, quæ arbitrio judicis inſpectâ cauſæ & perſonarum qualitate, loci diſtantiâ &c. longiores vel breviores conceduntur. Hæ judiciales pro numero trium judicii partium ſubdividuntur *in citatorias*, *deliberatorias*, *& recuſatorias*, quæ dantur in prima judicii parte à citatione ad litis conteſtationem. Deinde in *probatorias & allegatorias*, quæ à L. C. ad ſententiam definitivam conceduntur Actori ad poſitiones & articulos probatoriales formandos, & teſtes ac inſtrumenta conquirenda; Reo ad reſpondendum & ad ſuas exceptiones formandas. Demum in *definitorias*, quæ litigantibus ad audiendam ſententiam præfiguntur; & in *Executorias*, quæ condemnato conceduntur ad ſolutionem, aliám-

que ſatisfactionem præſtandam. In Civilib. *perſonalibus* actionibus de jure eſt quadrimeſtr. *c. 26. de off. deleg. L. 31. ff. de re jud.* In *Realibus* & Criminalibus regulariter locum non habent dilationes, niſi fortè ex ſpeciali ratione, v. g. cum mulier prægnans ad mortem eſt damnata &c.

Q. 3. Quid de ſingulis in 3. judicii partibus intervenientibus dilationum ſpeciebus notandum? Reſp. 1. Dilatio *citatoria* eſt, quæ Reo abſenti & citato datur ad comparendum & reſpondendum libello: ſuapte naturâ peremptoria non eſt; quia Reus non niſi ad tertiam, quæ proinde peremptoria erit, comparere tenetur. *L. 68. ff. de jud.* De jure antiquo citatio ſimplex 10. de jure recentiori per *Auth. qui ſemel. C. quom. & quand.* 30. dies requirit, adeóque peremptoria 90. In praxi tempus hoc juxta *prudens* judicis arbitrium vel extenditur, vel arctatur.

Reſp. 2. Dilatio deliberatoria eſt, quæ *Reo* datur, ut viſo Actoris libello deliberare poſſit, an litigare velit; cui etiam ea non conceditur, ſi per literas citatorias plenè inſtructus erat *c. 2. h. t.* ſpectato *jure communi* tempus harum induciarum ſunt 20. dies à die porrecti reo Libelli computandi. Auth. *Offeratur. C. de litis. conteſt.* probabiliter tempus hoc moderari poteſt judex, eſtque diſparitas inter terminum decennii ad appellandum à jure *ſimpliciter* conſtituum, & inter terminum hunc *miniſterio* judicis concedendum. Ex ſe dilatio hæc eſt peremptoria, ut non niſi

unica

unica dari debeat, nisi legitimâ causâ urgente, quales refert Schmalzg. *h. n. 9.*

Resp. 3. Dilatio *recusatoria & declinatoria* illa est, quæ datur ad exceptiones dilatorias opponendas, priusquam litis contestatio fiat. *c. 4. de except.* Sicut plures sunt causæ excipiendi, ita & plures sunt casus, in quibus hæ dilationes conceduntur. Plura infra *de except.*

Resp. 4. Dilatio *probatoria plerumque* conceditur ad instantiam partis litigantis. Vide *L. 1. & 4. C. h. t.* Habet pro termino de *jure communi* tres menses; dum tamen ex aliena provincia probationes petendæ, sex. *L. 1. & fin. C. h. t.* Est *regulariter* peremptoria etiam non addito λν *peremptoriè*, in causis *civilibus* & pecuniariis, ita ut per se loquendo non nisi semel, seu unica tantùm dilatio ad probandum dari debeat. *L. 1. cit.* Nisi tamen vel terminus nimis brevis fuisset assignatus, vel justum impedimentum intercurrisset, vel nova causa aut probationes emersissent, tum enim secunda, imò & tertia concedi posset. *c. 4. de except. L. 7. ff. de feriis.* quartam dicunt abrogatam per *Recess. Imp. 1654. §. 50.* & praxin Cameræ. In causis *Criminalibus* dari possunt Reo tres dilationes, Accusatori duæ, ex quacunque causa & nullo impedimento allegato, modò non sit præsumptio, quòd malitiosè petantur. *L. fin. ff. de feriis.*

Resp. 5. Dilationi *definitoriæ* certum tempus à jure præfixum non est *c. 24. de off. deleg. L. 71. ff. de jud.* De *executoria* dictum est supra.

Q. 4. Quis sit effectus dilationis? Resp. Primus est, quòd eâ durante officium judicis quiescat quoad articulum, super quo data dilatio, in præjudicium ejus, qui illam impetravit. *L. 3. C. de dilation.* Effectus *secundus* est, quòd, quando terminus dilationis advenit, regulariter habeat vim sententiæ interlocutoriæ, & perimat actum qui eo tempore fieri debebat, ita ut pars postea comparens non amplius audiatur. *L. fin. ff. de feriis. L. 13. §. ff. de excus. tutor.*

Q. 5. Quomodo tempus concessarum dilationum computandum? Resp. 1. juxta Minsing. *Cent. 5. Obs. 55. n. 4.* sententia in Camera recepta ei diem, à quo dilatio incipit, non esse computandum. arg. *c. 1. de rest. spol. in 6. c. 1. de except. in 6.* Adeóque licèt & hic computetur tempus de momento in momentum, id tamen fit modò tum quando tempus currere incepit.

Resp. 2. Dies etiam feriati, qui interea occurrunt, in terminum dilationum computandi sunt. *L. 3. C. h. t* nisi feriæ totum vel majorem partem temporis absorberent.

Resp. 3. Postremus dies pro termino assignatus cedit in commodum petentis dilationem, arg. *L. 1. §. 9. ff. de successor. edict. L. 30. §. 1. ff. ad Jul. de adult. §. 2. Inst. de V. O.*

TITU.

TITULUS IX.

De feriis.

Q. 1. *Quid sint feriæ & quotuplices? Resp.* ad 1. Feriæ (vel dies feriati, festi, nefasti) *hìc* sunt dies sive tempora, quibus jus non dicitur, sive quibus à negotiis forensibus & actibus judicialibus vacatur. *L. 5. & 6. ff. h. t.* olim feriæ appellabantur etiam *justitium*, quòd jus staret, nec progrederetur. Differt hic titulus à priori, secundùm omnes.

Resp. 2. Aliæ sunt feriæ *solennes* vel *Ordinariæ*, quæ certo jure Ss. Canonum & Legum constitutæ statis temporibus quot annis recurrunt; aliæ *extraordinariæ* seu *repentinæ*, quæ non certa & stabili lege sed propter extraordinarium quendam eventum Principe dantur, v. g. ob insignem victoriam, nativitatem Principis, grassantem luem &c. Utræque dividuntur in *Sacras*, id est, in cultum Dei & venerationem sanctorum institutas *c. fin. h. t. L. 7. C. eod.* & in *profanas*, quæ hominum gratiâ, ob illorum scil necessitatem vel utilitatem sunt institutæ, ùt feriæ messis, vindemiæ; quæ non solis rusticis & ruri laborantibus, sed etiam militibus, Clericis, studiosis &c. prosunt. arg. *L. 1. ff. h. t.* cujus verba sunt generalia.

Q. 2. *Quis possit indicere ferias? Resp.* 1. *Sacras* potest tantùm Magistratus Ecclesiasticus, scil. Papa pro universali Ecclesia, Episcopus pro sua

diœceſi inſtituere. *c. 10. de Conſtit. c. fin. de reb. Eccleſ. alien.* Conſtit. Innoc. X. *Cum nuper.* edit. 1657. Ratio, quia poteſtas inſtituendi ferias ſacras eſt ſpiritualis, Laicis non competens.

Reſp. 2. Extra dubium eſt, *profanas* inſtitui poſſe à Magiſtratu Laico, per ſe tamen à ſolo Magiſtratu ſupremo. *L. 4. C. h. t.*

Reſp. 3. An conſuetudine poſſint introduci feriæ ſacræ, vel abrogari, colligendum ex dictis ad *Tit. de conſuetud.*

Q. 3. Quando incipiant feria, & an partes iis poſſint renuntiare? Reſp. ad 1. Quoad publicam divinorum officiorum celebrationem feſta dies incipit à veſperâ diei præcedentis, & durat ad veſperam ſequentis; quoad vacationem ab operibus & actibus prohibitis ex conſuetudine à medio noctis ad medium noctis. A ICtis dicitur hoc ſpatium dies *civilis L 8. ff. h. t.* quia originaliter hæc determinatio eſt à Jure Civili & ſpatium, quo ſol eſt ſupra horizontem, dies *naturalis*, quia ejus cauſa eſt naturalis? ab Aſtronomis autem dies *artificialis.* In dubio nomine diei venit civilis, utpote vulgaris & communis, niſi fortè ſubjecta materia aliud ſuadeat. Quoad ferias *meſſium & vindemiarum* conſuetudo locorum attendenda; cum tamen feriæ hæ non ubique incidant in idem tempus, locus judicis, ſive in quo agitur judicium, attenditur. Abb. *in c. fin. h. t.* Pirh. *h. t. n. 24. in fin.* ferias *nuptiarum* indixit Trid. *Seſſ. 24. c. de reform. matr.*

Reſp.

Resp. ad 2. Feriis *Sacris* renuntiare non possunt partes. *c. ult. h. t.* nec *repentinis ob causam publicam*, quia uti sacræ, ita & hæ magis publicum, quàm partium favorem spectant: possunt tamen feriis *rusticis c. fin. cit.* & arg. ex ratione opposita.

Q. 4. *An & quæ jurisdictio exerceri possit diebus festis? Resp.* 1. Validè & licitè exerceri possunt actus jurisdictionis *voluntariæ* feriis tam profanis, quàm sacris. *L. 3. ff. h. t. & arg. c. ult. eod.* adeóque rectè fit his diebus emancipatio, manumissio servorum, designatio, excusatio, amotio tutorum, constitutio alimentorum, concessio veniæ ætatis, celebratio contractuum, creatio Magistratuum, concessio privilegiorum, dispensationum, indulgentiarum, &c.

Resp. 2. Actus jurisdictionis *contentiosæ*, qui cum strepitu judiciali exercentur, tam feriis profanis, quàm sacris utroque jure non tantùm sunt prohibiti. *c. fin. h. t. L. 1. & 6. ff. L. 2. & 7. C. eod.* sed etiam ipso jure invalidi. *L. 2. C. h. t. c. ult. eod.* nisi feriis profanis partes renuntiârint, & nisi sint causæ summariæ, quas in feriis profanis tractare permittit *L. miles. §. 6. ff. ad L. Jul. de adult.* & nisi in feriis sacris *urgens necessitas vel pietas suadeat*, uti habet *c. ult. h. t.* Vide Pichler, qui *h. n. 6.* allegat actus specificos titulo necessitatis vel pietatis licitos exerceri.

Resp. 3. Actus *certò* irriti, si fiant in feriis, extra casus prædictos sunt *citatio*, prout complectitur mandatum de Reo citando *à judice datum*

tum pro tribunali sedente, vel quæ fit per manuum injectionem, vel quâ Reus *expressè* vocatur ad diem feriatam. *Juramentum judiciale: jurata testium depositio & receptio. Sententiæ pronuntiatio*, quæ supponit causæ cognitionem: *sententia publicatio vel ad pœnam condemnatio, aut executio*, sive hæc fiant à judice, sive ab Arbitro *L. 7. C. h. t.* Deinde *actus probabiliùs* irriti sunt, offerre libellum judici tantùm: dare mandatum de Reo citando, si non detur à judice pro tribunali sedente: executio citationis per Apparitorem &c. Quia talia licèt non sint actus judiciales strictè loquendo, fieri tamen non solent sine cognitione & strepitu judiciali.

TITULUS X.

De Ordine cognitionum.

Q. 1. *Quid veniat hìc nomine Ordinis cognitionum? Resp.* Cum Reus post L. C. juramentum calumniæ, dilationes &c. solebat subinde viciſſim aliquam quæstionem, antequam petitioni Actoris respondeat, proponere, præsertim per modum exceptionis, adeóque plures veniant in idem judicium quæstiones, agitur hic de *Ordine cognitionum* seu *judiciorum*, qui aliud non est, quàm Ordo servandus à judice in cognitione plurium quæstionum, quæ in eodem judicio concurrunt inter easdem personas. Differt à *Tit. 4. de mutuis petit.* quia ibi principaliter

liter tractatur, an reus conventus possit Actorem reconvenire, & coram quo judice; in hoc autem generaliter, si duæ vel plures causæ veniant in judicium, de qua priùs cognoscendum.

Q. 2. Quænam regulæ generales sint statuendæ circa Ordinem cognitionum? Resp. 1. *Prima* est: Ex duabus vel pluribus causis, quarum una viam parat alteri, vel eam impedit, priùs est cognoscenda quæstio viam parans; v. g. priùs causa possessionis quam proprietatis. *L. 13. C. de R. V. L. 3. C. de interdict.* Item exceptio excommunicationis Actori objecta priùs, quàm causa in judicium deducta. arg. *c. 7. de judic.*

Resp. 2. Regula *secunda* est: Ex duabus vel pluribus causis in judicium deductis priùs ista est cognoscenda, à qua dependet altera, ut latâ in eâ sententiâ absolutoriâ altera absorbeatur & perimatur, unde & *præjudicialis* dicitur. Exempla habentur in *can. fin. caus. 3. q.* 11. *c. 5. qui filii sint legit. L.* 1. *ff. si quis alig. test. probit.*

Resp. 3. Regula *tertia*: Cognitio majoris causæ præmittenda est cognitioni causæ minoris. *L. 54. ff. de jud.* quia scil. major minorem ad se trahit. Exemplum est in *L.* 16. *ff. de except. & præ. script.* Item si causa Criminalis cum Civili concurrit, Civilis cedit Criminali in cognitione. *L. fin. C. de ord. jud.* modò tamen utraque mota sit æque principaliter, Vide etiam *Pirh. h. n.* 18. *VVestn. n. 7.*

Resp. 4. Regula *quarta* est: Si opponitur exceptio *peremptoria*, hæc quidem priùs discutien-

da

da est juxta *c. 1. h. t.* non tamen necesse est, ut super eadem feratur sententia; quia pronuntiatio super causa principali jam in se includit pronuntiationem tacitam super incidenti peremptoria exceptione. *c. 21. de sent. & re jud.* excipitur dum quæstio incidens coram alio judice, & principalis coram alio est ventilanda, utí in casu *c. 3. h. t & c. 5. qui fil. sint Legit.* Exceptio autem *dilatoria* & cognosci priùs & decidi debet, quàm ad causam principalem procedatur. *L. 4. C. de dilat. L. 26. C. ad L. Jul. de adult.* Ratio, quia aliàs involverentur contraria in tali processu.

Q. 3. Quid dicendum sit in casibus particularibus circa ordinem cognitionum; Resp. 1. Priûs cognoscendum est super causa incidente impedimenti matrimonii dirimentis, qui est casus *cap. 1. h. t.* Ratio ibi expressa est, quia exceptione illa probata quæstio pincipalis perimitur. Non obstant textus *c. 16. de off. deleg. c. 4. ℣. mandatum. ut lite non contest. c. 10. & 13. de restit. spoliat.* quòd enim in casibus horum textuum processum sit ad causam principalem objectâ licet exceptione, ideo factum, quia intentabatur *possessorium recuperanda*; in c. 1. autem *petitorium.*

Resp. 2. Si causâ principali sæculari in judicium sæculare deductâ incidat causa spiritualis præjudicialis, hæc priûs, & quidem à judice Ecclesiastico decidenda est. *c. 3. h. t. & c. 5, qui fil. sint, legit;* nisi quæstio incidens sit tantùm per accidens spiritualis. *Pirh. h. n.* 17. aut sit quæsiio meri facti, reúsque conventus sit laicus. *arg. c. 2. de jurejur.*

in

in 6. Potest tamen Judex Ecclesiasticus, aliàs etiam incompetens, cognoscere super causa temporali incidente; quia hic non est incapax respectu causæ temporalis, utì laicus respectu spiritualis. Eodem modo dicitur de casibus in *L. 3. C. de judic. & L. 1. C. de ord. cogn.* expressis.

Resp. 3. In causa spolii si reus conventus ab actore super spolio vicissim spoliationem opponat *per modum exceptionis*, priùs audiendus est reus super exceptione spolii, eáque probatà, actori priùs respondere non tenetur, quàm restitûtus sit. *c. 2. h. t.* Ratio, quia exceptio spolii dilatoria est; & regulariter exceptiones dilatoriæ ante L. C. sunt proponendæ. Si spoliatio autem per *modum actionis & reconventionis* proponatur, cum hoc casu duæ sint causæ principales, utraque causa simul tractari debet & terminari juxta dicta ad *Tit. de mut. petit.*

TITULUS XI.

De Plus Petitionibus.

Q. 1. *Quid contineat hic titulus, & quot modis plus petitio fieri possit? Resp.* ad 1. Cum quandoque actor plus petat, quàm sibi debeatur, idque à reo ipsi objici, contráque eum formari possit exceptio & quæstio incidens, hinc titulus hic priori subjicitur.

Resp. ad 2. Quatuor modis plus peti potest, re, loco, tempore, causa. *c. un. h. t. §. 33. ℣. plus autem Inst. de Action.* 1. Re seu *quantitate* plus

plus petitur, dum v. g. petuntur 100. cum debeantur solùm 50. vel dum tota hæreditas petitur, cum debeatur pars tantùm: quod ipsum tamen intelligitur juxta Pirh. *h. t. n. 4.* de principali debito, non de accessoriis, adeo ut is qui petit fundum cum fructibus aut rem cum interesse, nec fructibus sibi debitis nec interesse, pœnam plus petentium non incurrat. 2. *Causâ* plus petitur, dum quis pro re in genere vel alternativè debita petit rem determinatam, v. g. si cui promissus est equus, petit Bucephalum; cui debentur 50. imperiales vel equus, determinatè equum petit. Ratio, quia in debitis *rerum* indeterminatis & alternativis electio est debitoris. §. *33.* ℣. *hinc autem, Inst. de action.* Causâ plus petens differt à plus re petente, quòd plus re petens ad illud agat, quod nullo modo in obligationem deductum est; in alternativis autem debitis utrumque sit in obligatione, ita tamen, ut electio sit penes debitorem. 3. *Loco* plus petitur, dum aliquid petitur nec in loco initi contractûs, nec in loco, in quem solutio promissa, nec in loco, ubi debitor habet domicilium. Rationem, cur hic plus petere dicatur, insinuat §. *33. cit.* ℣. *loco.* 4. *Tempore* plus petitur, dum quis præmaturè, seu ante diem statutum, vel ante impletionem conditionis petit. §. *cit.* ℣. *tempore*, ubi & notandum, quòd actore plus petente reus negare possit totam petitionem. arg. *L. 13. §. 3. ff. de reb. dub.* & quòd creditor per errorem minùs, ac sibi debetur, petens non noceat sibi aut præjudicet. §. 14. *Inst. de Action.*

Q. 2. Quæ sit pœna plus petentium? Resp. Olim plus petentes causâ cadebant, rémque totam amittebant. §. 33. *Inst. de Action.* Hodie rigor hic sublatus est, unico casu excepto *L. unic. C. h. t.* In specie plus *tempore* petentis pœna est remotio illius ab instantia istius judicii; condemnatio in expensas; duplicatio induciarum. *L. 2. C. h. t.* quæ duplicatio non de tempore, quod reliquum erat, & in quo plus petendo deliquit Actor, sed de toto tempore debet intelligi §. *temporales 10. ℣. hodie autem de except.* Plus petentis *causâ, re, loco*, pœna est condemnatio in expensas omnéque damnum, quod suâ plus petitione reo intulit. *c. unic. h. t.* quia verò pœnæ tripli quæ statuitur §. 24. & 33. ℣. *sed hæc. quidem Inst. de Action.* in *c. un. h. t.* mentio non fit, agitur etiam §. 24. de expensis nomine sportularum factis, quæ in foro Ecclesiastico non præstantur. *c. 10. de vit. & honest. Cler.* Hinc pœna tripli in foro Can. non obtinet.

Q. 3. Quomodo pœna plus petentium evitari possit? Resp. 1. Non incurritur, si actor probavit se non dolo malo, sed justo errore plus petiisse. *L. fin. C. h. t. c. un. eod.* 2. Si plus petens ante litis contestationem pœnitet, uti omnes *ex c. un. h. t.* imò etiam si post litem contestatam ante sententiam definitivam pœnitet, uti probabiliùs multi ex *eod. c. & arg. L. 16. C. de bon. libertin.* 3. Si Reus non opponat exceptionem plus petitionis. Minsing. Wiestn. 4. Si justa subsit causa plus petendi, v. g. debitum ante diem præ-

fixum, quia debitor est de fuga suspectus. L. a
C. de jure dot. vel debitum in alio loco, qu
nunquam comparet in loco statuto debitor &c.

TITULUS XII.

De causa possessionis & proprietatis.

§. 1.

De Possessione.

Q. *1. Quid & quotuplex sit possessio? Resp.* Possessio à positione pedum vel sedium d
cta vel sumi potest *objectivè* pro ipsa re possess
uti in L. *5.* §. *10. ff. de reb. eor qui sub tutel.* Vel
formaliter pro ipsa detentione & insistentia rei, i
L. *15.* §. *3. ff. ex quib. caus. Mai.* & hæc dici po
test possessio *facti*, de qua h. potissimùm agitur.
Vel pro *effectu* seu *jure*, quod oritur ex rei deten
tione, & vocatur possessio *juris*, constituitque
speciem juris realis. L. *44.* §. *ult. de acq. vel amitt.
poss.* & definitur, *jus reale seu legitima potestas de
tinendi rem ut suam, & commodis inde proveniend
bus fruendi.*

Resp. 2. Possessio *facti* definitur, *legitima de
tentio rei tanquam suæ*, vel *detentio rei corporis
animi, & juris adminiculo*; quæ definitiones co
incidunt. Dicitur *1.* Legitima, non quasi omnis
possessio facti sit justa aut fiat favente Lege, cum
& fur rem furtivam possideat, sed quòd fiat Le
ge non irritante, quomodo Laici inhabilitantur

ad

ad possessionem rei sacræ. Deinde dicitur *detentio*, quæ acquiritur per apprehensionem rei veram vel fictam, & dum res apprehensa detinetur, possessio continuatur. Dicitur 3. *rei*, sive corporalis sit, sive incorporalis sit; possessio tamen rei incorporalis dicitur *c. 3. h. t.* quasi possessio. Dicitur 4. *ùt suæ.* hoc est, cum intentione & animo eam verè sibi habendi & possidendi; unde colligitur corporalem tantùm vel physicam rei apprehensionem non constituere possessionem *juridicam*, & benè vocari *Asininam.* Deinde commodatarium & depositarium possessores rei depositæ vel commodatæ non esse.

Resp. 3. Alia est possessio *naturalis*, alia *civili*; utraque talis vel à *modo*, vel à *forma* possidendi. *Naturalis à modo possidendi est*, dum quis actu corporeo occupat aut detinet rem ùt suam; si verò quis rem, quam actu corporeo aliquando tenuit, civiliter tantùm & solo animo detinet, ùt absens, dormiens, *civilis quoad modum* vocatur. *Naturalis possessio à forma vel causa est*, quando quis rem quidem detinet ùt suam, sed sine animo & opinione dominii. *Civilis quoad formam est*, quando quis rem detinet ùt suam cum animo & opinione dominii. Datur etiam juxta multos possessio *Civilissima*, vi cujus quis sine corporis & animi occupatione fit verus rei possessor, quia scil. sola LL. dispositione possessio rei in absentem & ignorantem transfertur; uti in Hispania præs, Majoratus, fidei commissa post mortem defuncti statim transsaunt ad hæredem.

Resp. 4. Alia demum est possessio *bona, ac* *malæ fidei:* possessio *b. f.* est, quâ quis rem pos- sidet, quam inculpabiliter judicat esse suam: *m.* quâ quis rem detinet ùt suam, sciens esse alienam vel nonnisi ex ignorantia crassa & culpabili i- nescіens.

Q. 2. Quomodo acquiratur possessio? Resp. Per solam apprehensionem *veram* (quæ fit ve- manibus, si res sit mobilis; vel pedibus, si i- immobilis) acquiritur regulariter possessio rerum corporalium, in nullius dominio existentium, v. g. volucrum, piscium, ferarum, thesauri, §. 12. *& 18. Inst. de rer. divis.* Potest autem apprehensio vera fieri vel per se, vel per alium, filium, servum, Procuratorem. *L. 1. §. 1. ff. de acq. vel amitt. poss.*

Resp. 2. Per apprehensionem fictam (quæ fi- per actum ex LL. dispositione æquivalentem ap- prehensioni veræ & reali) rerum illarum posses- sio acquiritur, quæ sunt in alicujus dominio ve- possessione. §. *45. Inst. de rer. divis. L. 74. §. de contrah. empt.* Modis variis fit apprehensio ficta; scil. traditione alicujus instrumenti, v. g. clavium. §. *45. & L. 74. cit.* vel scripturæ au- alterius instrumenti, quo pristini possessoris ju- continetur. *L. 1.* C. *de donat.* visu *L. 18. §. 2. ff. de acq. vel amitt. poss.* appositione brevis ma- nûs *L. 9. §. 5. ff. de acq. rer. dom.* substitutio- ue antiqui possessoris. *L. 18. cit.* clausulâ con- stituti. *L. 18. cit. L. 19. & 21. §. fin. ff. de acq.*

vel

vel amitt. poss. appositione custodiæ. *L. 51. ff. de acq. poss.* investiturâ *L. 18. cit. & L. 74. cit.*

Resp. 3. Possessio vel quasi possessio rerum incorporalium vel jurium, quæ rebus non inhærent, uti jus eligendi, acquiritur per actus exercitos tanquam jure debitos, & non ex gratia vel amicitia permissos, cum scientia & patientia illius, cujus est permittere vel prohibere tales actus. Haun. *tom. 1. tr. 3. n. 22.* Wiestn. & alii passim. Si jura sint, quæ rebus inhærent, uti servitutes viæ, itineris non per actum tantùm antecedenter descriptos, sed etiam sine ullo usu per solam introductionem in fundum. *L. 3. ff. de usufr.* Sicut possessio servitutis negativæ, v. g. altiùs non tollendi acquiritur per solam prohibitionem, cui acquiescit adversarius; nimirum etiam *unicam:* quoad acquirendam autem possessionem aliorum jurium & servitutum affirmativarum, *si tales sint actus, qui solent subinde, licèt rarò, ex amicitia concedi,* non sufficit unus actus. arg. *L. 1. §. 1. ff. de itin. actúque priv.*

Q. 3. Quomodo amittatur possessio? Resp. 1. Loquendo in genere amittitur possessio omnibus illis modis, quibus ab uno in alium transferri potest. 2. Amitti potest possessio tam mobilium quàm immobilium, tam civilis, quàm naturalis solo animo non amplius possidendi. *L. 3. § 6. ff. de acq. vel amitt. poss.* non abstante *L. 8. ff. eod.* 3. Possessio naturalis æquè ac civilis (scil. quoad modum) rerum mobilium amittitur furto. *L. 15. & 47. ff. de acq. vel amitt. poss.* amissione, gemmæ

v. g. ut neſciatur, ubi ſit. *L. 25. ff. eod.* fugâ rerum animatarum, ſervo & ancilla exceptis, de quibus aliter in jure diſpoſitum. *L. 1. §. 14. L. 3. §. 11. L. 13. prin. ff. de acq. vel amitt. poſſ.* 4. Rerum immobilium poſſeſſio amittitur, ſi poſſeſſor longo tempore v. g. decennio, nec per ſe, nec per alium rei inſiſtat, vel proteſtetur, ſe poſſeſſionem ejus retinere velle. *L. 6. §. 1. ff. de acq. poſſ.* Si rem ſciat ab alio occupatam, & eam negligat vindicare. arg. *L. 46. ff. eod.* Si expulſurus invaſorem ipſe repulſus cedat. *L. 6. cit. L. 25. §. fin. ff. de acq. vel. amitt. poſſ.*

Q. 4. *Quæ ſint commoda poſſeſſionis?* *Reſp.* 1. Poſſeſſio relevat ab onere probandi, niſi poſſidenti reſiſtat jus, aut adverſarius habeat pro ſe intentionem in jure fundatam; uti *in c. 2. de reſtit. ſpol. in 6.* 2. In dubio ſemper melior eſt conditio poſſidentis. 3. Parit præſumptionem dominii, & ſi ſit immemorialis, etiam tituli. 4. Cauſat conditionem uſucapiendi. 5. Tribuit jus adminiſtrationis, & ſi annexum ſit jus eligendi, præſentandi &c. etiam illud *c. 19. de jure Patron. & c. 24. de elect.* 6. Poſſeſſor b. f. facit fructus ex re aliena perceptos ſuos, modò *conſumpti ſint, etiamſi inde factus ſit ditior;* quod tamen non procedit, ſi rem titulo univerſali acceperit, vel fructus ſint percepti poſt litem conteſtatam. *§. 35. Inſt. de rer. div. L. 4. §. 2, ff. regund. fin.*

§. 2.

§. 2.

De Proprietate.

Q. 1. *Quid sit proprietas, & quomodo differat à possessione? Resp.* 1. Proprietas sumpta *pro dominio* est jus reale disponendi de re aliqua tanquam sua, addunt aliqui, *nisi lege prohibeatur.* Si sit jus *perfectè* de re aliqua disponendi, scil quoad proprietatem & utilitatem, sive fructus, erit dominium *perfectum* sive *plenum*; si tantùm quoad aliquos usus, erit *non plenum*, quod vel est *directum*, vel *utile.* Item dominium aliud est *naturale*, aliud *civile*; aliud *verum*, aliud *fictum*, aliud *revocabile*, aliud *irrovocalile*; *universale* aliud, aliud *singulare.*

Resp. 2. In multis differt proprietas à possessione, adeo ut dicatur *L. 12. §. 1. ff. de acq. vel amitt. poss.* proprietas nihil habere commune cum possessione. Hinc 1. Differunt in essentia, quia proprietas est jus ipsum, quo res mea est, possessio est jus, quo rem detineo ùt meam, licet mea non sit. 2. *Quoad modum acquirendi*, quia proprietas solo animo acquiritur. *L. 23. ff. de acq. poss.* non amittitur. *L. 17. §. 1. ff. eod.* contrarium est in possessione. *L. 3. §. 3. ff. eod.* 3. Proprietas non acquiritur sine titulo. *L. 13. ff. de acq. rer. dom.* possessio in profanis non exigit titulum, nisi contra eum, à quo res possidetur. *L. 6. §. 1. ff. de acq. poss. &c.*

Q. 2. *Quot modis acquiratur dominium? Resp.* Varii sunt modi acquirendi dominii, hoc est, ti-

tuli dominii, sive causæ habiles ad *transferendum dominium.* Juri *Civili* originem debet *præscriptio* item suo modo *testamentum, successio hæreditaria arrogatio.* De Jure *naturali* vel potiùs *gentium* modi acquirendi dominium sunt *occupatio & accessio*, eáque vel *naturalis, vel artificialis.*

Resp. 2. Ad occupationem pertinet 1. *Venatio* per quam animalia fera liberè vagantia sive fuerint aliquando alicujus, nec ne, fiunt primò occupantis. *§. 12. Inst. de Rer. divis.* potest tamen & certis personis, & in certis locis, & certis temporibus prohiberi venatio. Ratio, quia justæ causæ exigere possunt. 2. *Inventio* (quæ est occupatio rei inanimatæ, quæ nullius est, ut sunt gemmæ in littore maris, bona derelicta & vacantia) facit inventorem *de jure naturæ & gentium* dominum primò occupantem; ita etiam ut post diligentem inquisitionem non appareat Dominus bonorum incertorum, non teneatur rem inventam erogare pauperibus, sed in usus proprios possit convertere. *D. Thom. 2. 2. q. 66 a. 5. ad. 2.* Item quia tales res deperditæ habent se moraliter tanquam bona domino carentia. De inventione thesauri vide *§. 39. Inst. de rer. div. L. un. C. de Thesaur.* 3. *Captivitas & occupatio bellica*, quâ homines vel res hostiles fiunt in justo bello capientium.

Resp. 3. Ad *accessionem naturalem* refertur 1. Alluvio, de qua *§. 20. Inst. de rer. div.* 2. Accretio vel coalitio *§. 2. ibid.* 3. Insulæ productio. *§. 22. ibid.* 4. Alvei mutatio. *§. 23. ibid.*

Resp.

Resp. 4. Ad Accessionem *artificialem seu industrialem* spectat inædificatio; implantatio; satio; commixtio vel permixtio; specificatio, de quibus à §. 25. *Inst. de rer. div. ad 35.*

§. 3.

Qua ratione tractanda sit causa possessionis & Proprietatis?

Q. 1. *Qua dicatur causa possessionis & proprietatis; & quale remedium habeat agens in judicio petitorio? Resp.* 1. Causa possessionis *seu judicium possessorium* est, in quo principaliter agitur de possessione, vel quasi possessione aut adipiscenda, aut retinenda, aut recuperanda. *Causa proprietatis*, vel *judicium petitorium*, in quo principaliter agitur de proprietate vel dominio rei controversæ vel alio jure à possessione distincto.

Resp. 2. Variæ proditæ sunt actiones in judicio petitorio agenti; v. g. si petatur res corporea, *rei vindicatio*; si agatur de re incorporea, ùt usufr. servitus, beneficium, jus decimandi, actio præsertim *confessoria & negatoria &c.* Si agatur solùm de jure ad rem, competunt actiones personales, sive, ùt vocantur, conditiones.

Q. 2. *Quotuplex sit judicium seu remedium possessorium? Resp. 1.* Triplex scil adipiscendæ, retinendæ, & recuperandæ possessionis. §. 2. *L. de interdict.* quæ remedia alio etiam nomine *interdicta* appellantur; hodie *Actiones extraordinariæ in factum.*

Resp. 2. Remedium adipiscendæ est iterum triplex; Primum *quorum bonorum* sic dictum a primis verbis, quibus incipit & refertur *L. 1. ff. de interdict.* competitque hæredi *universali*, postquam hæreditatem adiit, ad capiendam ejus possessionem nunquam adhuc habitam adversus eum, qui vel illam possidet titulo *pro hærede*, id est, qui putat se hæredem esse, cum non sit, vel titulo *pro possessore*, hoc est, qui nullo jure possidet hæreditatem, sciens eam ad se non pertinere *L. 1. & seq. ff. & C. quor. bonor.* Alterum dicitur *quorum Legatorum*, quod itidem competit hæredi, sed contra legatorios & fideicommissarios particulares, ad avocandam ab iis possessionem legati aut fideicommissi, illúdque restituendum hæredi, dum ipsi præveniendo hæredem, qui rei legatæ aut fideicommissi nunquam adhuc possessionem habuit, & à quo id petere debuissent, legatum propria authoritate occupârunt. *L. 1. ff. quorum Legator.* tertium vocatur *interdictum Salvianum* ab authore Salvio Juliano, & competit domino fundi seu Locatori adversus conductorem seu colonum (imò etiam adversus tertium possessorem *L. 1. ff. de Salvian. interd.*) ad avocandam ab eo & adipiscendam possessionem earum rerum, quas colonus prædio à se conducto intulit, sicque vel tacitè dum prædium est urbanum, vel expressè, dum est rusticum, oppignoravit, & dein ante solutionem extulit & alienavit. *§. 3. Inst de interd. L. 4. & fin. C. in quib. caus. pign. tacit. contract.* differt hoc remedium ab *Actione Serviana*, quæ

non

non est remedium judicii possessorii sed petitorii. Præter hæc remedia Prætoria dantur de Jura Civili adhuc potissimùm tria; scil. 1. ex *L. fin. C. de edict. Div. Hadrian. toll.* 2. Ex *L. creditores 3. C. de pignorib.* 3. Est imploratio officii judicis facta ab eo, qui titulum & proprietatem beneficii Ecclesiastici consecutus est, ut in actualem ejus possessionem, quam nondum habuit, ab habente jus immittatur, vel ab hærede, ut vacuam rerum hæreditariarum possessionem authoritate judicis absque incommodo nanciscatur.

Resp. 3. Remedium *retinendæ* duplex est; *interdictum utì possidetis* datur pro retinenda possessione rerum immobilium contra injustè & extrajudicialiter turbantem: *interdictum Utrobi* datur pro retentione rerum mobilium. Vincit in utroque, qui tempore litis contestatæ possessionem habet sine vitio, id est, nec vi, nec clam, nec precario ab Adversario suo. §. *4. Inst. de interd. L. 3. ff. ut possidetis.* Vide Engel *h. à n. 6.*

Resp. 4. Remedia *recuperandæ* varia enumerantur ab AA. duo hic considerantur, scil *Interdictum unde vi*, quod datur pro recuperanda possessione rerum immobilium, à qua quis per vim est dejectus. *§. 6. Inst. de interd.* alterum pro recuperanda rerum immobilium possessione, si agitur principaliter de mobilibus vi ablatis, & dicitur *Actio vi bonorum.*

Q. *3. An causa proprietatis & possessionis coram eodem judice tractari debeat? Resp.* Aff. Ratio sumitur ex *L. 10. C. de jud.* ubi decernitur, *nequis*

con-

continentiam causæ dividat, atqui causa proprietatis & possessionis sunt causæ connexæ; ergo. Hoc procedit, sive possessorium cumuletur cum petitorio, ut *Q. seq.* dicetur, sive finitâ causâ possessionis instituatur causa proprietatis; sive judex sit ordinarius, sive delegatus in genere vel in specie super causâ proprietatis, aut contra. Limitatur tamen responsio 1. Si partes sint fori diversi, v. g. Clericus in causâ profanâ obtinuit in possessorio coram judice Laico, is trahi non potest ad eundem judicem in petitorio, *si instituatur finitâ causâ* possessionis *c. fin. de jud.* 2: Si causa possessionis & proprietatis talis sit, ut non possit de utraque judex cognoscere, sic v. g. licèt juxta communem, quam & nos tenemus, possit judex Laicus cognoscere super causâ possessoriâ rei spiritualis annexa dum non involvitur quæstio juris & reus conventus non est persona Ecclesiastica, non tamen potest definire causam petitoriam. &c.

Q. 4. An causa possessionis & proprietatis in eodem judicio cumulari possit? *Resp. 1.* Potest causa possessionis & proprietatis in eodem judicio cumulari, sive proponi ab una eademque parte aut in ipso litis exordio simul, aut successive, ut actor, postquam incepit agere petitorio, ad possessorium adipiscendæ vel recuperandæ regrediatur. *c. 2. 4. & seq. h t. L. 18. §. fin. ff. de vi & vi arm L. 1. §. 4. ff. quor. legator.* potest etiam cumulari, ut proponatur in eodem judicio divisim à partibus, dum v. g. actor incipit judicium possessorium, petendo sibi adjudicari possessionem,

reus

reus excipiendo econtra contendit proprietatem rei sibi competere, eámque petit; aut dum uterque actor simul & reus contendunt super proprietate & possessione. Habetur in iisd. text. & ratio est, quia hoc modo minuuntur lites, cum ex duabus fiat una. Textus qui in contrarium afferuntur, intelligendi sunt, tum causam possessionis priùs discutiendam, quando neuter vult in se suscipere onus probandi.

Resp. 2. Etiam possessorium retinendæ potest cumulari *subinde* cum petitorio. *L. 12. ff de acq. vel amitt. poss.* ubi interdictum *utì possidetis* sive retinendæ possessionis diserte illi conceditur, *qui cœpit rem vindicare*, seu agere petitorio. *L. 9. ff. de R.V.* quòd in *c. 5. h. t.* Pontifex non fecerit mentionem possessorii *retinendæ*, ideo est, quòd de eo non fuerit consultus. Verba, *aliis possessoriis in suo robore permansuris*, intelligi debent, dum unus idémque non suscipit probationem utriusque, proprietatis scil. & possessionis. Casus, in quibus procedit cumulatio, vide apud Schmalzg. *h. n. 64.*

Q. 5. Qualiter procedi debeat causâ possessionis & proprietatis cumulatâ in eodem judicio? Resp. 1. Potest judex conjunctim super utraque causa recipere probationes & testes *c. 2. h. t.* 2. Dum propositis discussísque probationibus de utraque causa liquet, unâ sententiâ utramque terminare debet. *c. 6. h. t.* quod *c. 2. h. t.* dicitur, posse judicem priùs probationes super possessorio discutere, intelligitur de casu, quo uterque litiganti-

um contendit sibi competere possessionem d proprietatem.

3. Pronuntiare quidem judex debet priùs d causa possessionis, quàm proprietatis, in execu tione tamen prævalet sententia super proprietat c. 6. h. t. Ratio, quia ea utpote dignior efficac catior, mox ùt lata, trahit ad se possessionem, eam démque penitus absorbet.

TITULUS XIII.

De restitutione spoliatorum.

Q. 1. *Quid tractetur in præsenti titulo? Resp.* De remedio recuperandæ possessionis, quo agitur, ut ante omnia pristina possessio cum omni causa restituatur illi, qui possessione rerum corporalium immobilium, aut quasi possessione incorporalium vi vel clam, injustè vel indebitè est dejectus. Ut supra dictum, remedium *recuperandæ* potissimùm duplex est, scil. *interdictum unde vi & actio vi bonorum raptorum*, quò etiam reducitur *actio ad exhibendum* & alia remedia præsertim Jure Can. inducta, quæ non vocantur *interdicta*, sed *conditiones ex Lege vel Canone* ad recuperandam possessionem, utì condictio ex *c. sæpe contingit 18. h. t. ex can. redintegranda. 3. caus. 3. q. 1.*

Q. 2. *Cui competat interdictum Unde vi? Resp.* 1. In genere loquendo non conceditur hoc interdictum, nisi illi, qui vi dejectus ac spoliatus est

pos-

possessione rei *immobilis*, sive naturaliter, sive civiliter tantùm possederit. *L. 1. §. dejicitur. ff. de vi & vi arm.* sive justè, sive injustè cum & prædoni per hoc interdictum succurratur. *c. 5. h. t L. siquis in tantam. 7. C. unde vi.* modò dejectus rem non amplius possideat per alium, quia tunc adhuc possessionem retinet. Etiam hæredi spoliati conceditur. §. *1. Insi. de perp. & tempor. act.*

Resp. 2. Non competit hoc interdictum depositario, commodatario, nudo detentatori, seu illi, qui alieno nomine possidebat rem, & dejectus est; quia hi possessores veri non sunt. Nec si alicui liber homo, aut Laico res sacra v. g. beneficium eripiatur per vim, hoc illi interdictum competit; quia res sacra à Laico *juxta c. 7. de præscript.* homo liber à quocunque alio possideri non potest. *L. 23. §. fin. de acq. vel amitt. poss.*

Resp. 3. Competit tamen hoc interdictum colono *ad longum tempus*, & multò magis Emphyteutæ & Vasallo ob dominum utile: de usufructuario expressè id habetur. *L. 3. §. 13. ff. de vi & vi arm.* Item etiam competit, licèt quis plena tantùm libertate possidendi, non ipsa possessione sit spoliatus. arg. *c. fin h. t.*

Q. 3. *Contra quem competat interdictum Unde vi? Resp. 1.* Competit adversus eum, qui alium possessione sua dejecit; vel dejici aut spoliari mandavit facto secuto. *L. 1. §. 12. ff. de vi & vi arm.* vel dejectionem ratam habuit, *cit* L. §. *14.* etiamsi judex fuerit spolians, modò vel ex-

tra-

trajudicialiter ſpoliaverit. *c. 7. h. t.* quia tum cen
tur nomine privati; vel vitium in ſententia ſ
ſubſtantiale, quo caſu executio ſententiæ erit ſpo
liatio. arg. *c. 1. & 13. de ſent. & re jud.*

Reſp. 2. Non competit interdictum *Unde*
liberis contra parentes, Vaſallis aut libertis contr
Dominos. Ratio redditur in *L. 1. §. 43. ff. de*
arm. actio tamen in factum illis conceditur.

Reſp. 3. Non competit interdictum *Unde*
contra Succeſſorem particularem, v. g. qui à ſpo
liatore emit. *L. 7. ff. de vi & vi arm.* Nec contr
Succeſſorem univerſalem, niſi in quantum ad ip
ſum pervenit. §. *non autem 1. Inſt. de perpet. &*
tempor. act. ubi & ratio aſſignatur.

Q. 4. *Quo remedio ſuccurrendum ſpoliato, ſ*
ſpolians non poſſideat amplius, ſed aliquis tertius

Reſp. 1. Si tertius ille poſſeſſor, ſive immedia
tus, ſive mediatus, rei ſpolio ablatæ, fuerit m. f. &
conſcius, quòd alteri ſit res erepta per ſpolium,
dabitur contra eum condictio ex *c. ſæpe contingit,*
18. h. t. licèt non probetur ipſa ſpoliatio, ſed tan
tùm poſſeſſio antiquior & adverſarium nunc
poſſidere, quia tunc poſſidere, nova præ
ſumitur clandeſtina eſſe & vitioſa. *c. 9. de*
probat.

Reſp. 2. Si tertius ille poſſeſſor fuerit in b. f.
juxta ſententiam in praxi receptam, dabitur con
tra illum remedium redintegrandæ, ſive condi
ctio ex *can. redintegranda. 3. cauſ. 3. q. 1.* ob ver
ba, *quascunque injuſtas cauſas.* Et ratio eſt
quia ſi ſpoliatus probavit ſpoliationem rei, quam

petit

petit restitui, desinit possessor esse in b. f. & incipit militare ratio peccati. Agunt hic AA. de aliis remediis ad recuperandam possessionem proditis, uti est *condictio triticiaria, condictio incerti, condictio indebiti, condictio ex L. si quis in tantam. 7. C. unde vi.* ex *L. 3. & 5. & fin. C. eod.* ex *L. exstat. 13. ff. quod metus caus.* item *actio in factum; imploratio officii judicis. L. officium. 9. ff. de R. V.*

Q. 5. Quis modus observandus, cùm à spoliato petitur restitutio in causa spolii? Resp. 1. Generalis regula est, spoliatum ante omnia restituendum, ut adeò spoliator ante factam restitutionem audiendus non sit, licèt is dominium & proprietatem in continenti velit probare. *c. 1. h. t.* ex verbis, *ante omnem contentionem. & c. 5. h. t.* sive spoliatio facta sit in corporalibus, sive in incorporalibus, sive in immobilibus tantùm, vel etiam in mobilibus accessoriè venientibus ad rem immobilem; sive etiam actor agat super alia re *c. 2. de ord. cognit.* sive super alio spolio diverso. Passerin.

Resp. 2. Dantur tamen multi casus, in quibus non restituitur ante omnia spoliatus, sic 1. si consentiat spoliatus, ut de exceptione dominii seu proprietatis priùs cognoscatur. *c. 1. h. t.* 2. Si ex restitutione spoliati immineat grave periculum corporis vel animæ, ùt in casu *c. 13. h. t.* juxta quod mulier se separans à viro restituenda non est, si objiciat impedimentum dirimens, idque in continenti velit probare. *& c. 8. eod.*

3. Si juris præsumptio contra spoliatum pro spoliatore militet, ùt si quis petat restitui sibi decim in aliena Parochia possessas. *c. 2. h. t in 6.* Si judicium possessorium & petitorium simul mulet spoliatus. *c. 3. & 4. de caus. poss. propr.* 5. Si spoliato opponatur vel excep inhabilitatis ad agendum. *c. 7. de jud.* vel c men ipso jure privans proprietate & possessio rei, utì est crimen hæresis & læsæ Majestatis, monia in materia beneficiali. Gloss. *in c. h. t.* 6. Si facta restitutione timeatur damnu irreparabile, vel publicum scandalum & pertu batio in populo, ùt si agatur de restitutione m lieris marito sævienti ; si possessio sit tyran oblata ; si reus è carcere ad asylum confuge 7. Si *notoriè* competat proprietas spoliatori. L. ff. *depositi.* 8. Si lite pendente super quæstio spolii alius quidam tertius pro suo interesse inte veniat, & in re spoliata dominium prætendat, lis enim ante restitutionem audiri debet. *c. de sent. & re jud.*

Q. 6. *Ut restitutioni ante omnia sit locu quid probare debeat spoliatus? Resp.* Duo *regu lariter* probanda sunt, possessio scil. & dejectio injusta à possessione & quidem ab adversario, quem agit, vel ab alio ejus nomine, vel saltem cu ratihabitione ejusdem, si agat interdicto *Unde c. 10. de off. deleg. c. 15. & 18. h. t.* Si agat condictione ex. *c. 18. h. t.* sufficit proba re, se possedisse, ac spoliatum fuisse, ac possessorem rei conscium esse spoliationis. Vall. *h. §. 4. n. 4.*

Quod

quod si verò alterum prædictorum probare nequeat, causâ cadit. *c. 14. h. t. c. 8. eod.* Probatur autem possessio in immobilibus, siquis olim; in mobilibus, siquis paulò ante spoliationem se probet possedisse. Ratio, quia qui immobilia olim possedit, continuasse præsumitur possessionem, in mobilibus autem facilè perditur possessio. In quibusdam casibus ad possessionis probationem etiam titulus requiritur, uti fit in jurisdictionibus, decimis à laico petitis, in matrimonio; quia hæc absque titulo non possidentur.

Q. 7. Quid teneatur restituere spoliator, seu invasor rei alienæ? Resp. 1. Non tantùm rem principalem, sed etiam accessoria rei & fructus omnes, tam pendentes, quàm perceptos, à die nim. spoliationis, tam extantes, quàm consumptos, quin etiam percipiendos, sive quos spoliatus percipere potuisset. *L. si de possessione. C. unde vi. c. 11. h. t. L. 1. §. 31. & 33. ff. de vi & vi arm. &c.* Exceptis tamen *merè industrialibus*, quia industria propria nocere non debet.

Resp. 2. Expensas *necessarias* deducere potest spoliator restituere coactus. *L. 5. C. de R. V.* ibi: *nisi necessarios sumptus fecerit.* non *voluptuarios;* imputet enim sibi quòd sumptus hujusmodi in re aliena fecerit. *Utiles* tum deducit, si separabiles sint à re principali. *L. 39. fin. ff. de hæred. petit. L. 37. ff. de R. V.*

Resp. 3. Bonæ fidei possessor quòd *industriales* lucretur, certum est; quòd *naturales autem &*

mixtos, si vel adhuc pendeant, vel licet sint se
rati, extent tamen, restituere debeat, habetur *L.*
C. de R. V. quòd autem fructus consumpti
virtualiter etiamnum extantes, quamvis in
factus sit ditior, non teneatur restituere (excep
petitione hæreditatis ob *L. 1. §. 1. C. de pet. hær.*
&c.) clarè videtur decisum in *L. 22. C. de R. V.*
4. §. 2. ff. fin. reg. L. 40. ff. de acq. rer. dom. §.
Inst. de rer. div.

TITULUS XIV.

De Dolo & Contumacia.

Q. *1. Quâ ratione Titulus hic priori subjunga*
quid sit dolus, & quotuplex? Resp. ad 1. hi
Titulus hic præcedentem sequitur, quia spoli
quandoque dolo vel contumaciâ adversarii re
tutionem consequi non potest; quamvis itaq
hic tantùm de dolo, quatenus contumaciæ adh
ret, esset agendum, ab AA. tamen in tota sua la
tudine consideratur.

Resp. ad 2. Dolus dupliciter à Juristis accip
tur, in bonam scil. & malam partem. *Dolus bon*
est solertia adhibita, ad frudes malásque artes alio
rum eludendas, & ad se résque suas vel alien
tuendas, maximè adversus hostes & latrones
L. 1. §. 3. ff. de dol. mal. Dolus *malus* est calliditas, fallacia, machinatio ad circumveniendum
fallendum, vel decipiendum alterum adhibita
est. L. §. 2.

Resp.

Resp. ad 3. Primò. Alius est *dolus verus*, qui ex confessione decipientis aut manifestis indiciis colligitur. *L. 6. de dol.* alius *præsumptus*, quem quidem lex pro dolo habet, sed colligitur tantùm ex conjecturis non ita manifestis, sed dubiis. Ut, siquis culpam latam committit, juris interpretatione in causis pecuniariis regulariter pro dolo habetur. Alii loquuntur aliter, & dolum *verum* dicunt, quem jus ipsum statuit, eoquòd verum & manifestum censeatur id, quod ex legis vel canonis præsumptione habetur, licet etiam ipsum ex conjecturis colligatur; econtra *dolum præsumptum*, quem prudens judex desumit ex indiciis & conjecturis à jure non expressis.

Resp. ad 3. Secundò. Dolus circa contractus vel est *antecedens & dans causam contractui*, ist est, movens ad contrahendum, quo non intervenente deceptus non contraxisset; vel est *concomitans seu incidens*, quando dolum passus contractum adhuc iniisset, etsi deceptus non fuisset, sed alio modo. Dolus iterum vel versatur *circa ipsam substantiam contractûs*, seu circa aliquid, ad quod contrahentes intentionem suam restringunt, vel ex communi hominum aut juris præsumptione restringere creduntur: vel versatur *circa circumstantiam vel qualitatem accidentalem*, id est, tale quid, ad quod contrahentium intentio se non restringit, nec usu communi aut juris dispositione restringi censetur.

Q. 2. Qualiter dolus vitiet contractum? Resp. 1. Si dolus versetur circa ipsam substantiam con-

tractùs (idem est de errore) contractus est ip
jure nullus. Ratio, quia consensus deficit. *L.*
ff. de jurisd.

Resp. 2. Si dolus sit tantùm incidens, nec
jure naturali, nec de positivo contractus est im
tus. *L 9. prin. ff. de. dol. L. 13. §. 4. ff. de actio*
empt. Deinde etiamsi dolus sit antecedens, si
men solùm circa qualitates versetur, nullus co
tractus est de jure naturæ irritus, quia non to
talis dolus voluntarium; nec de jure positiv
sive sit contractus matrimonii carnalis aut spi
tualis; sive contractus stricti juris. *§. 1. Inst.*
except. L. 5. C. de inutil. stipul. sive contractus
f. si dolus ab alio, quàm à contrahente commi
sus; quia adest consensus substantialis, & co
trahens nullam decepto intulit injuriam. Im
nullo etiam jure irritus est contractus, licèt bon
fidei, licèt dolus ab altero contrahentium sit com
missus, aut causam dederit contractui, mod
ejus substantiam non afficiat. *L. 5. C. de resci*
vend. L. 28. ff. de contrah. empt. L. 48. §. fin. ff.
furt.

Q. 3. Quo remedio succurratur dolum pass
Resp. 1. Si dolus versetur circa ipsam substa
tiam, opus est sola declaratione nullitatis, u
patet. 2. Si versetur circa qualitatem, & à re
tio factus sit dolus, nec exceptio, nec actio de
tur dolum passo contra secum contrahentem. *L.*
ff. de dol. mal. Si ab altero contrahentium fi
factus, re adhuc integra, & contractu necdum
completo, datur *exceptio doli*, in ordine ad non
im-

implendum contractum per traditionem: impleto autem contractu, *actio doli* ad rescissionem illius, si dolus circa qualitatem versans fuerit præcedens & causam dederit contractui; ad solutionem verò ejus, quantum decepti interest, dolum esse adhibitum, si dolus fuerit incidens. *L. 13. pr. & §. 1. ff. de act. empt. & vend.* 3. Datur actio & exceptio doli non tantùm dolum passo, sed etiam hæredibus & successoribus decepti, quia actio est *rei persecutoria*; *exceptio* verò cohæret *rei*. Datur autem contra dolosum aut decipientem, nisi specialiter is excipiatur, quales exceptiones habet Pirh. *h. n. 18.* non datur contra hæredes & successores decipientis, nisi quantùm ad illos delicti participes pervenit. *L. 17. in fin. L. 26. & seq. ff. de dol. mal.*

Q. 4. Quid sit contumacia, quotuplex, & quot modis committatur? Resp. ad 1. *in genere* est inobedientia erga superiorem cum contemptu; *specificè* & prout est hujus loci, est inobedientia commissa à legitimè vocato contra judicem in iis, quæ ad judicium pertinent.

Resp. ad 2. Alia est contumacia *vera*, dum quis post citationem peremptoriam sibi personaliter factam, aut ad ejus domum vel loca publica affixam, ita ut constet, eam ad notitiam ipsius perveniisse, nec ullum non comparendi subesse impedimentum, non comparet. Alia est *notoria*, quæ à plerisque ad veram reducitur, & tum committi solet, siquis in faciem dicit citanti, *se nolle venire*. Alia est *ficta seu præsumpti-*

va, dum citato non invento, citatione tamen a ejus domum, Ecclesiam vel Curiam factâ dubi tur, num ea ad notitiam illius pervenerit.

Resp. ad 3. Variè contingit contumacia. 1. S quis legitimè citatus, & nullâ justâ causâ impe ditus non comparet. *L. 53. §. 1. ff. de re ju* 2. Siquis comparet, sed sine licentia judicis rece dit. *c. 1. de jud* 3. Siquis manet quidem pra sens, non vult tamen judicis mandato obtempe rare. *c. 3. & 6. h. t.* Committi potest ab actor & Reo, ùt habet gloss. *in c. 2. h. t.* his verbis: *non veniens, non restituens, citiúsque recedens, nil dicens pignúsve tenens, juraréque nolens: obscuréque loquens: isti sunt jure rebelles.*

Q. 5. *Quæ requirantur, ut quis contumax dicatur, & quæ excusent à contumacia? Resp.* ad 1. primò. Ut quis dicatur contumax, quò ad sententiam definitivam velut ad immissionem in bona ex primo & secundo decreto procedi possit, requiritur, ut legitima citatio vel tribus edictis, vel uno peremptorio præcesserit, juxta. *L. 53. ff. de re judic.* nec tamen citatus comparuerit. 2. Ut in ultimo peremptorio à parte præsente accusetur contumacia partis non comparentis. *L. 61. ff. de jud. L. 13. §. siquidem. C. de jud.* Ratio, quia judex in causis civilibus non impertitur suum officium, nisi imploratus; non tamen judex necessariò condemnat in contumaciam eum, qui altero mox die comparet, etsi pars altera petat. Sumitur *ex c. 24. de off. deleg.* 3. Requiritur,

ritur, ut nullo justo impedimento detentus fuerit. Hinc

Resp. ad 2. Causæ excusantes à contumacia, sunt 1. adversa valetudo. *L. 53. §. 2. ff. de re jud.* quò reducitur mors parentum &c. 2. Majoris causæ occupatio. *L. & §. cit.* & quæ referuntur in *L. 54. ff. de re jud.* 3. incompetentia notoria judicis. 4. Tempus feriatum, ad quod fit citatio &c.

Q. 6. Quomodo contra Actorem contumacem procedendum? Resp. 1. Satis exactè traditur ordo & modus hic in *Auth. qui semel. C. quom. & quand. judex. L. 13. C. de judic. c. 3. h. t. c. 1. eod. in 6.* quos textus vide, & nota, quòd, Actore existente contumace, reus possit petere circumduci edictum per *L. 73. ff. ne Jud.* Vel petere, se absolvi ab omni observatione judicii, sive ab instantia intentatæ actionis; vel se definitivè absolvi ab impetitione actoris, vel pro se ferri sententiam definitivam.

Q. 7. Qualiter procedendum contra reum contumacem? Resp. 1. Si reus ante litem contestatam sit contumax & non comparuerit in termino peremptorio, non potest procedi ad probationes, & multò minus ad sententiam definitivam. *c. 2. 3. & 5. ut lite non cont.* Sed actor mittitur *regulariter* in possessionem bonorum Rei custodiæ causâ, vel ex primo decreto.

Resp. 2. Si reus post litem contestatam sit contumax, actore instante ad probationes proceditur, & si liqueat de meritis causæ, definitivé

pro vel contra eum ferenda ſententia. *L. 73. de jud.* Si non liqueat, actor mittendus eſt in ve ram poſſeſſionem rei litigioſæ, vel, ſi eſt actio perſonalis, aliorum bonorum. Vide *L. 8. in fi C. quom. & quando.*

Q. 8. Quænam aliæ ſint pœnæ Rei contumacis Reſp. 1. Poteſt ob inobedientiam pœnâ arbitra riâ puniri. *L. 2. §. 1. ff. ſiquis in jus voc. non ierit.* 2. Patitur immiſſionem in bona, ùt dictum. 3. Non auditur, niſi refectis expenſis. *c. 6. h.t.* 4. Poteſt capi, incarcerari. *L. 8. C. quom & quand.* item excommunicari *c. 3. ut. lit. non cont.* 5. Subinde proceditur ad capienda pignora. *L. 1. §. 3. ff. de inſpic. ventre.* vel ad ſequeſtrationem. *c. 2. h. t.* 6. *Fictè* contumax poteſt quidem ap pellare vel in integrum reſtitui. *c.* 18. *de ſent. & re jud.* Contumax *verè* talis ſecundùm omnes *de jure* non permittitur appellare. *L.* 1. *C. quor. appell. non recip.* Secundùm alios etiam non reſtituitur. 7. Habetur pro præſente in ſuum præjudicium. *Auth. qua in provincia. §. eo. autem. C. ubi de crim. agi oport.* 8. Habetur pro confeſſo. *L.* 11. *§. 4. ff. de inter. in jure faciend.*

TITULUS XV.

De eo, qui mittitur in poſſeſſionem causâ rei ſervandæ.

Q. 1. Quid ſit immiſſio in poſſeſſionem ex primo & ſecundo decreto? Reſp. ad 1. Immiſſio in poſſeſ-

possessionem *ex primo decreto* est & fit, dum reo legitimè citato contumaciter absente, Judex ad petitionem actoris, primò decernit & jubet eum mitti in possessionem rei petitæ vel aliorum bonorum Rei, custodiæ causâ. *c. 3. h. t. c. 5. §. in aliis. Ut lite non contest.*

Resp. ad 2. Missio in possessionem *ex secundo decreto* est jussio judicis, quâ actor ob perseverântem Rei contumaciam constituitur verus possessor rei petitæ vel bonorum contumacis, possessione huic adempta. *c. 1. h. t. & c. 4. de dol. & contum.* Utraque hæc immissio justa est; fit â judice per sententiam interlocutoriam. *c. 1. cit.* pertinet ad imperium mixtum. *L. 4. ff. de jurisd.*

Q. 2. Quomodo procedatur ad immissionem in bona rei contumacis ex primo decreto? Resp. 1. Reo *ante litem contestatam* contumaciter absente, contumaciâ accusatâ ab Actore, factâ peremptoriâ ad actum immissionis citatione, prævia summaria cognitione, & præstito ab actore juramento calumniæ, mittitur actor in possessionem rei petitæ, sive rei ejus, super quâ fuit mota lis, *si actio fuerit realis. c. 3. & c. fin. §. in aliis. ut lite non contest.*

Resp. 2. Si *actione personali* conveniatur reus, & contumax sit, sive sit contumax ante, sive post litem contestatam, potest judex vel Actorem mittere in possessionem bonorum Rei *pro modo debiti*, vel infligere ei censuram Ecclesiasticam. *c. fin. cit.*

Q. 3.

Q. 3. Quomodo conveniat & quomodo differat immissio in bona in actione reali & personali?

Resp. 1. Convenit immissio ex primo decreto, sive fiat in actione reali, sive personali, in hoc, quòd, si reus intra annum comparuerit, recuperet res suas, & possessionem illarum, modò caveat de sistendo in judicio & expensas refundat Actori, *c. fin. §. in aliis cit. c. 1. & seq. h. t. 2.* Quòd immissio ex primo decreto non habeat rationem possessionis, sed nudæ tantùm detentionis. *c. cit. L. 3. §. fin. ff. de acq. vel amitt. poss.*

Resp. 2. Differt immissio, quæ fit in actione personali, ab ea, quæ decernitur in reali, 1. quòd in illa observandus sit certus ordo, non in hac; quia actio realis jam supponit jus certum. 2. Quòd in actione personali fiat immissio pro modo debiti, in reali in ipsam rem petitam. 3. Quòd in actione personali vel immissio concedatur, vel censura Ecclesiastica ferri possit, in reali autem primò debeat fieri immissio & quidem post litem contestatam non ex primo sed secundo decreto, *si non liquet satis* de jure Actoris vel Rei. *L. 1. C. quom. & quand.* si autem satis liquet, ad sententiam definitivam proceditur. 4. Quòd in actione personali actor post annalem Rei contumaciam non acquirat veram possessionem *absque secundo decreto*, quam tamen actionem realem intentans acquirit, saltem de jure. *c. 1. & 2. h. t. & c. fin. §. in aliis, ut lite non contest.*

Q. 4.

Q. 4. Quinam sint effectus primi & secundi decreti? Resp. 1. Primi decreti potissimus effectus est, si agatur actione personali, quòd vi illius competat actori detentio, custodia, defensio bonorum. *L. 9. §. 1. L. 12. ff. quib. ex caus. in poss. eatur.* dicitur illud pignus *judiciale*, sive *Prætorium.* Deinde si turbetur, non quidem *interdictum unde vi*, quia non vere possidet, sed *ne vis fiat*, intentare potest. *L. 1. pr. & tot. tit. ff. ne vis fiat ei, qui in poss.* 3. Si debitor lateat, nec satisfaciat, potest creditor petere à judice facultatem bona vendendi. 4. Si debitor fundum, in quem actor est missus, colere negligat, ipse colet, fructus colliget, servabit servando servabiles &c. *L. 7. princ. ff. quib. ex caus. L. 8. §. 1. L. 9. §. 2. 3. 4. ff. & C. tot. tit. auth. jud. poss.* Duo Primi effectus competunt etiam misso in possessionem ex primo decreto *si actio sit realis.* præterquam quòd non concedatur *pignus Prætorium*; reliqui verò vel non competunt, vel non principaliter.

Resp. 2, Effectus *secundi decreti* sunt 1. Quòd acquiratur vera possessio. *c. 1. h. t.* 2. Quòd fruatur remediis possessoriis, in specie interdicto, *unde vi.* 3. Quòd conventus super illa re à reo reverso in illum transferat onus probandi, utpote ex petitore vel actore jam factus reus. 4. Quòd, si ita missus habeat bonam fidem, rem sic possessam præscribat. Wiestn. *h. t. n. 14.* Ubi & illud nota, si actor ex primo vel secundo decreto in rei petitæ vel aliorum adversarii bonorum

pos-

possessionem fuerit missus, & tamen ob hujus potentiam realiter apprehendere, detinere & possidere non possit, eo casu illum fictione utriusque juris perinde haberi, acsi rem post primum decretum realiter detineret, vel per secundum, ubi opus est, verè possideret. *c. 9. de dol. & contum. L. 13. junct. Gloss. ℣. perinde. ff. de rebus auth. jud. possid.*

Q. 5. *In quibus actionibus locum habeat vel non habeat missio in bona? Resp.* 1. In omnibus actionibus realibus & personalibus, in bonis mobilibus & immobilibus, in spiritualibus etiam & feudalibus procedit immissio in bona; quia nec præjudicatur domino directo, & obtinetur tamen finis immissionis. 2. Fallit tamen in iis causis, in quibus natura actionis immissionem excludit, v. g. in causis *civilibus*, in quibus actor nihil petit, sed vult tantùm se liberare aut excusare. Deinde in *causa matrimoniali*, ne detur occasio illicitæ copulæ cum non sua; hinc reus contumax per censuras ad comparendum compelli debet. *c. 3. ut lit. non cont. & c. fin. §. porro. eod.* Item in causa *beneficiali* ob vitiosum ingressum, saltem si instituatur *petitorium*; nam in possessorio *recuperanda* valet. *c. redintegranda. 3. caus. 3. q. 1.*

TITULUS XVI.

Ut Lite pendente nihil innovetur.

Q. 1. *Quid per rubricam hujus Tituli intelligatur? Resp.* Cùm priori titulo actum fuerit

rit

rit, ob contumaciam Rei actorem mitti posse in possessionem bonorum, ideo nequis existimet, regulariter posse quid pendente lite innovari, subjungitur præsens titulus, quo tempore litis pendentis nihil immutari præcipitur aut de novo induci, nec circa rem, de qua agitur, ejúsve possessionem, nec circa jus ipsum, quod ab eo tempore viguit; & si quæ interea immutata sint, pro attentatis habenda, revocanda in pristinum statum, & irritanda, acsi nihil factum fuisset. *L. 2. C. de litigiosis.*

Q. 2. Quomodo inducatur litis pendentia? Resp. Jure *recentiori*, nimirum *Clem. 2. h. t. & Auth. Litigiosa. C. de Litigios.* in actionibus tam realibus quàm personalibus inducitur litis pendentia per citationem à judice competente ligitimè factam, *& actu intimatam* Reo, nisi fortè ipse intimationem impediviſſet; modò tamen ex citationis tenore citatus cognoscere possit, super qua causa in judicio conveniatur.

Q. 3. Quinam sint effectus pendentiæ litis? Resp. 1. In actione reali *res*, in personali *instantia* lite pendente prohibetur alienari, donec lis sit decisa. *c. 3. & 4. h. t. L. fin. ff. & L. 2. Cod. de litigios. & Nov. 112. c. 1.* Ratione cujus seqq. notanda. 1. Rem dici tum *litigiosam vel vitio litigii* affectam, dum super ejus dominio vel quasi, utili vel directo, lis inter petitorem & possessorem versatur; dum verò agitur *de* onere aliquo rei impositi, vel intentatur actio personalis, vel etiam de sola possessione lis pendet, res ipsa litigiosa

giosa non est. *Auth. Litigiosa. C. de Litigios.* 2. Non convenire inter AA. utrùm alienatio rei litigiosæ prohibita sit ipso jure nulla, vel irritanda tantùm per judicem. 3. Casus plures recensentur *L. fin. §. 1. C. de Litigios. Nov. 112. c. 1. §. & hoc autem. L. 5. ff. de petit hæred. §. 1. & ab AA.* quibus res litigiosa potest alienari.

Resp. 2. Lite pendente possessio immutari non potest, sed æquè durante lite ac priùs possessor fructus ex re possessa poterit colligere. Unde 1. in *c. 1. h. t.* Archi-Episcopus, cui super jure præferendæ crucis lis mota erat, lite durante poterat facere ante se crucem deferri. 2. Conjux pendente lite, quâ agitur de divortio quoad thorum ob adulterium, possessione carnalis commercii nec à conjuge accusante, nec à judice privari debet; quæ *quoad judicem* etiam procedunt, dum agitur ab alterutro conjugum ad dissolutionem matrimonii quoad vinculum ob dirimens impedimentum. *c. 2. h. t.* non obstante. *c. 14. de sponsal.* 3. Prælatus de crimine accusatus, ob quod venit amovendus, lite super eo pendente, nec deferendus interea est à populo, nec amovendus. *c. 1. caus. 8. q. 4.* Dantur tamen casus, in quibus possessor post litem motam non pergit gaudere commodo possessionis, ùt Tit seq.

Resp. 3. Rescripta seu privilegia *lite pendente* in præjudicium alterius partis impetrata, non *expressâ mentione litis pendentis*, sunt subreptitia, *c. 1. & fin.* quia

t. h. quia Princeps non censetur velle in alterius præjudicium alicui gratiam concedere

Q. 4. Qualiter in causis beneficialibus nihil innovandum? Resp. 1. Si duo in discordia electi sint ad eandem Prælaturam, vel ad idem beneficium promoti, litigéntque coram Papa vel alibi, & unus illorum lite pendente moriatur, vel juri suo renuntiet, non potest, pendente lite super alterius electione, procedi ad novam electionem vel beneficii provisionem. *c. 1. h. t. in. 6.*

Resp. 2. Similiter, si contra eum, cui collatum beneficium, vel qui ad illud præsentatus, lis moveatur super ejus habilitate, non potest lite pendente collator conferre illud alteri, aut patronus alium præsentare Vide Leur. in *for. benef. part. 2. q. 147.* Circa casum tertium, qui hic formari posset, vide *c. 1. h. t.* qui licèt sit distinctus à casu *c. 1. h. t. in 6.* est tamen par utriusque ratio.

Q. 5. Quibus pœnis subjaceat alienans vel accipiens res litigiosas? Resp. 1. Omnia restituenda sunt in statum pristinum. *c. 4. h. t.* cum istiusmodi attentata firmitatem non habeant, saltem post sententiam judicis. *c. 2. de test.*

Resp. 2. Si nec alienans nec accipiens sciverunt rem litigiosam, non incurrunt pœnam, quia nulla præcessit culpa. 2. Si alienatio facta sit per emptionem venditionem & uterque scivit, emptor amittit pretium, venditor tantundem confert de suo, simulque quantitas utraque fisco applicatur, res verò litigiosa neutri cedit. Si verò

venditor ſolus, non verò emptor ſcivit rem li
gioſam (quod in dubio præſumitur. *L. 21. ff.*
probat.) emptor quidem reddit rem vendito
venditor autem pretium, & tantundem de fi
debet expendere, ex quo tertia pars cedit empt
ob dolum, quo eum circumvenit, non man
ſtando vitium litigioſi; reliquæ duæ partes app
candæ ſunt fiſco. *L. fin. C. de Litigios.*

TITULUS XVII.

De ſequeſtratione poſſeſſionum & fructuum.

Q. *1. Quid ſit ſequeſtrum, quotuplex &c. Re*
1. Sequeſtrum ſive ſequeſtratio eſt rei li
gioſæ, poſſeſſionis, aut fructuum ejus ex ma
bus ſeu poteſtate litigantium ſubductio, & in m
nus tertii (qui propterea *ſequeſter* dicitur) dep
ſitio, facta vel conſenſu partium vel authori
judicis. L. 17. *ff. depoſiti.*

Reſp. 2. Differt multimodè ſequeſtrum à d
poſito, ut videre eſt in L. 6. & 17. *ff. depoſit.* L. 1.
44. ff. eod. §. 3. Inſt. quib. mod. re contrah. oblig. &
arreſto, cum arreſtum ne quidem ſpecies ſit de
poſiti aut alterius contractûs, ſed impedimentu
ac interdictum, ne res vel perſona loco aut ſta
ſuo moveatur; ſitque etiam rei non litigioſæ
miſſione in poſſeſſionem ex primo decreto, cum ha
fiat in unum collitigantium, ſequeſtratio in ter
tium.

Reſp.

Resp. 3. Alia est sequestratio *voluntaria*, quæ *conventionalis* dicitur, & fit mutuo consensu litigantium; & hæc regulariter licet, quia quilibet est rerum suarum arbiter. *L. 21. C. mandat.* Alia *necessaria* seu *judicialis*, quæ fit utraque litigantium parte vel alterutrâ invitâ, authoritate judicis; & hæc *ordinariè* est prohibita. *L. un. C. de prob. sequestr. c. 1. h. t.* Ratio, quia judicium ab executione incipere non oportet. &c.

Q. 2. Quis & qualis esse debeat aut possit sequester? Resp. 1. Quicunque sequester esse potest, qui fidelem ac diligentem curam habiturus existimatur: unus aut plures. Wiestn *h. t. n. 4.* etiam ipse Judex potest esse sequester rei, de qua coram ipso litigatur. arg. *L. 11. §. 2. ff. de recept qui arb. L. 7. §. fin. ff. qui satisd. cog.*

Resp. 2. Beneficii Ecclesiastici sequester Clericus necessariò esse debet, quin & æquum est juxta Pirh. ut habeat Ordinem, quem beneficium requirit.

Resp. 3. Ordinariè nemo ad officium sequestri cogi potest. *L. 7. ff. depositi.* Ratio, quia sequester obligatur ex contractu, vel quasi contractu. *L. 9. §. 3. ff. de dol. mal.* invitus autem nemo tenetur contrahere vel quasi, ergo.

Q. 3. Quibus casibus permissa sequestratio? Resp. In seqq. 1. dum timor est dilapidationis, vel interitûs rei, quæ petitur sequestrari. *L. 21. §. fin. ff. de appell.* ratio, ne judicium reddatur elusorium; potest tamen sequestratio impediri præ-

ſtita cautione idonea. 2. In re dotali, dum m
ritus vergit ad inopiam. *c. 7. de donat. inter vir.*
uxorem. 3. Dum petitur res mobilis, & poſſ
ſor illius non habens immobilia, ſuſpectus eſt
fuga unà cum re litigioſa. *L. 7. §. ſi ſatisdatum,*
qui ſatisd. cog. 4. Si periculum eſt, ne deve
tur ad arma, jure incerto exiſtente, arg. *L.*
§. 3. ff. de uſufr. 5. Si periculum eſt in mora.
Siquis obligatus eſt ad aliquid præſtandum, illi
que non præſtat, quod etiam in beneficiali
obtinet, ſi v. g. Canonicus non reſideat, pro
deberet. 7. Si jura partium ſint obſcura, qu
iterum procedit in materia beneficiali. arg. *L.*
ff. fam. herciſc. Ratione ſequeſtrationis benef
litigioſi vide *Clem. un. h. t.* 8. Si Reus ſit con
max & miſſio in poſſeſſionem locum non hab
propter periculum peccati, ſcandali, intruſio
9. Hinc colligitur, ſequeſtrationem in caſi
permiſſis fieri poſſe circa res omnes, quæ ſub
ſtodiam, cadere poſſunt, adeóque circa res mo
les, immobiles, corporales, incorporales, ſpi
tuales, profanas. *c. 15. de jud. c. 2. de*
c. 2. & Clem. unic. h. t. L. 7. §. fin. qui ſati
cog. etiam perſona libera ſequeſtrari poteſt. *c.*
de ſponſal. &c.

Q. 4. Quæ requirantur, ut ſequeſtratio ne
ſaria licitè poſſit fieri? Reſp. 1. Ut judex mo
proprio ſeu ex officio ſuo nobili procedat ad
queſtrationem, requiritur cauſa gravis & pub
ca, redundans in bonum commune Reip. v.
ut

ut obvietur scandalis, & ne partes deveniant ad arma &c.

Resp. 2. Ut judex ex officio mercenario seu ad instantiam partis possit procedere ad sequestrationem, requiruntur ferè seqq. 1. Ut judici summariè constet de jure petentis, adeóque necessaria est cognitio prævia. 2. Ut citetur is, contra quem decernenda sequestratio. *L. 47. ff. de re jud.* nisi sit periculum fugæ vel in mora. 3. Ut sollicitans sequestrum juret de calumnia. 4. Ut ex persona debitoris sit vel appareat aliqua suspicio, v. g. deteriorationis rei, dilapidationis &c,

Q. 5. Quinam sint effectus sequestrationis? Resp. 1. Sequestratio sive judicialis sive conventionalis fuerit, tum solùm transfert in sequestrem possessionem, si lis est de ipsa possessione v. g. utroque contendente se possidere; vel si partes aut judex specialiter id voluerint; aliàs non. *L. 39. ff. de acq. vel amitt. poss.* Ratio, quia sequestrum est species depositi. Interim tamen sequester Castri, cui jus Patronatûs annexum, sequester Prælaturæ vel dignitatis, quæ jus eligendi vel conferendi beneficium habet, potest præsentare, eligere &c. modò aliunde non sit incapax horum jurium. *Clem. un. h. t.* Ratio, quia ad sequestrum, etiam ad quem non transiit possessio, spectat administratio rei sequestratæ:

Resp. 2. Inducit obligationem in *sequestro*, ut is diligenter rem custodiat, adeóque nec dolum committat, nec culpam latam; colligat fructus,

servando servabiles servet, vel si servari non po
sint, pretium inde redactum lite finitâ cum fr
victori restituat. *In Victore* inducit obligationem
præstandi indemnem sequestrem, omnia damn
& sumptus vel necessariò vel utiliter factos com
pensandi. *c. 2. de dol. & contum. Clem. un. h.*
Unde victori ejúsque hæredibus competit act
depositi sequestraria directa. L. 1. §. 24. ff. depos. Se
questro contra victorem *contraria. L. 5. §. fin*
eod. Salarium tamen *de jure* non competit s
questro.

Q. 6. Qualiter tollatur sequestrum? Resp. 1
Lite finita. 2. Cautione & fidejussione sufficien
ti, licèt sequestrum jam factum sit & lis pendens
L. 7. §. fin ff. qui satisd. cog. 3. Sequestro volen
lente *ex justa causa* deponere officium. 4. Con
ditione existente, sub qua facta sequestratio, arg
L. 6. ff. depos. 5. Morte sequestris. 6. Si de
creta sit in contumacem loco missionis in bon
sequestratio, isque compareat, de judicio sisti ca
veat, & expensas præstet. *c. 1. h. t.* Agunt hic
AA. de *Arrestatione*, quæ sequestro affinis est, qu
possunt videri.

TITULUS XVIII.

De Confessis.

Q. 1. Quid sit & quotuplex confessio? Resp. 1.
Prout servit ad decisionem causarum est ejus
quod ad adversario intenditur, facta asseveratio.

Resp.

Resp. 2. Ratione *modi* alia est *vera* vel *expressa* confessio, quæ fit verbis claris, scripturâ, vel aliis signis declarandæ voluntati idoneis. Alia *ficta* vel *tacita*, aut *quasi confessio*, quæ ex certo quopiam facto elicitur, vel à Lege interveniſſe fingitur; sic qui transigit de delicto, ut ad *Tit. de Transact.* fateri censetur. *L. 4. 5. & 15. ff. de his, qui not. infam.* Qui contumax est in judicio, & legitimè interrogatus non respondet, saltem in civilibus, pro confesso habetur. *c. 2. h. t. in 6.* 2. Ratione *objecti* alia est *Civilis*, alia *criminalis*; alia *principalis*, alia *incidens.* 3. Alia est *pura* seu *simplex*, quâ quis adversarii intentionem simpliciter & sine adjectione fatetur; alia *qualificata*, quâ quis adversarii intentionem fatetur quidem, sed adjecta conditione, modo, vel alia qualitate. Item alia *spontanea*, quæ liberè; alia *extorta*, quæ vi, metu, dolosis persuasionibus elicita. 4. Præcipuè ratione *loci* confessio tam civilis quàm criminalis subdividitur in *judicialem*, quæ fit coram judice in loco judicii, & in *extrajudicialem*; quæ fit extra judicium &c.

Q. 2. Quæ requirantur ad confessionem judicialem, ut ea suos habeat effectus? Resp. Seqq. *Major, sponte, sciens, contra se, est jus ubi, & hostis, certum, lisque, favor, jus, nec natura repugnet* Scil. 1. ut edita sit à *majorenni.* Ut *sponte & liberè*, non vi aut metu tormentorum extorta *c. 1. caus. 15. q. 6. 3.* Ut *sciens* confiteatur, scil. ut confessio ex certa scientia, non ex errore, neque ex calore iracundiæ præcedat. 4. Ut *contra*

se ipsum fiat, pro se enim etiam in articulo mor
facta non probat in præjudicium alterius. 5. U
in judicio fiat scil. coram judice, non coram *Ar*
tratore; coram judice, non coram Notario ta
tùm, & quidem coram judice competente & r
gulariter sedente pro tribunali. 6. Ut fiat pra
sente *adversario*, qui venit nomine *hostis* in ver
cit. de jure scil. Civili tantùm: non tamen sem
per necessaria est præsentia partis adversæ. *Vlp*
h. n. 9. 7. Ut sit de re *certa*, quia parit sententia
certam. *L. 6. pr. ff. h. t.* 8. Ut de re *litigiosa*, 9. U
non in favorem *confitentis*. *L. 6. C. de prob.* 10. U
sit de re, quæ neque *rerum naturæ* neque *juri* ad
versatur; exemplum ultimi est in *c. 5. de eo. q*
cognov.

Q. 3. Quos effectus habeat confessio judicialis
Resp. 1. Ritè facta est pleniſſima probatio
17. de præscript. in eodem scil. judicio, nam con
fessio in judicio civili non præjudicat in judicio
criminali *plenè* ut sufficiat ad condemnationem, li
cèt sit sufficiens ad torturam. Ratio, quia prior
respectu secundi judicii potiùs extrajudicialis de
bet dici, quàm judicialis, utpote facta coram alio
judice & ad alium finem. In judicio tamen sum
mario facta legitima confessio plenariè etiam
probat in ordinario.

Resp. 2. Confessio judicialis ritè facta indu
cit notorium. *c. 7. de cohabit. Cler. & mul.* Tol
lit præsumptionem juris & de jure. *Pirh. h. n. 1*
Locum habet post conclusionem in causa, quia
tum quidem probationibus, non confessioni re
nun-

nuntiatum. *c. 10. de fid. instrum.* Res judicata ob illam retractatur. Sanat omnes defectus processûs, modò coram judice competente & sponte sit facta. Æquiparatur rei judicatæ, ita tamen, ut *in causa criminali* contra confessum requiratur sententia definitiva, sive confessio facta sit ante, sive post litem contest. *c. 2. h. t. L. 5. ff. de cust. & exhib. reor.* Ratio, quia ob maximum periculum vitæ confessus pro condemnato in his haberi non debet; non tamen in causa civili, si facta sit confessio ante litem contest. *L. 21. ff. de jud.* Secus si post *L. C. c. 10. de transact.*

Resp. 3. Unius partis confessio in beneficialibus non probat in favorem alterius, dum is tantùm fundat in ea intentionem suam; quia hæc in Canonico & legitimo titulo, non in confessione collitigantis fundari debet.

Q. 4. Quos effectus habeant aliæ confessiones judiciales? Resp. 1. Confessio *qualificata* facta vel coram judice vel adversario, tum poterit ab his acceptari quoad substantiam, & rejici quoad qualitatem, si obstet confesso præsumptio juris v. g. si reus confiteatur, se verba contumelioſa dixisse, sed non animo injuriandi. *L. 5. C. de injur.* Vel si qualitas non est per se connexa negotio principali, v. g. si reus dicat, *fateor, quòd mutuos 100. mihi dederis, sed pactus es de non petendo,* poterit hoc casu acceptari confessio quoad debitum de mutuo, rejici quoad pactum de non petendo, donec probetur. *L. 25. ff. de probat.*

Resp. 2. Confessio per *torturam*, etiam legi-

timè adhibitam *plene* non probat, nec præjudicat confitenti, nisi die sequenti *ad banchum juris* ratificet confessionem, id est, nisi ad locum publicè tribunalis reductus & extra tormentorum conspectum constitutus in confessione persistat. *L. 1. §. 17. & seq. ff. de Quæst. L. 2. C. de custod. reor.*

Resp. 3. Confessio *dolosè*, scil. fictâ promissione impunitatis, vel per quæstiones captiosas, à judice elicita non præjudicat Reo quoad pœnam ordinariam saltem. Ratio fundatur in æquitate naturali & *c. 7. de renuntiat.*

Resp. 4. Confessio à reo contra se facta nullatenus præjudicat Sociis criminis, nèquidem in tantum, ut interrogari possit de Sociis, dum nulla circa illos præcessit infamia aut aliunde hausta indicia. *c. 1. h.t. c. fin. caus. 15. q. 3. L. fin. C. de accus.* Sunt tamen crimina, in quibus jus & praxis tribunalium de Sociis interrogari permittit; exempla sunt *in L. 5. §. fin. C. ad L. Jul. Maj. c. 5. de hæret. in 6. L. 2. C. de fals. monet. &c.* Interrogandus est autem Reus tantùm in genere de Sociis, si jus vel consuetudo permittit interrogare, non in specie, nisi alia concurrant; quia hoc potiùs esset suggerentis. *L. 1. §. 12. ff. de QQ.* Facta verò à Reo confessio sive sponte, sive ad interrogationem judicis in genere interrogantis, præjudicat in tantum tertio, ut fundet contra illum inquisitionem etiam specialem, si vel sit crimen exceptum, vel confessio adminiculata. Vide Pichler *h.t. n. 13.* Leur. *h.t. Q. 501.*

Q. 5. Quanam sit obligatio fatendi veritatem ad interrogationem judicis? Resp. 1. Reus non tenetur judici non legitimè interroganti fateri *crimen*, sed potest loqui amphibologicè, non tamen dicere falsum vel mentiri. *c. 17. 19. & 21. de Accus.* Tunc autem censetur judex non legitimè interrogare, dum interrogat de crimine, de quo nulla præcessit infamia, neque indicia competentia, nec semiplena probatio; vel dum non habet jurisdictionem, aut habet eam impeditam. In causis civilibus si debitum nondum à se expunctum scit reus, aliunde tenetur fateri & satisfacere.

Resp. 2. Dum interrogatio quidem est juridica, ex falsa tamen præsumptione, non modò non tenetur fateri reus, sed potest simpliciter, etiam cum juramento, factum negare. Ratio quia in tali negatione & juramento nulla intervenit falsitas, cum enim similes à judice formatæ propositiones in sensu & intentione interrogantis sint falsæ, eas negans non dicit falsum, sed verum. Sic ergo Titius v. g. qui ficte contraxit matrimonium, interrogatus super eo, potest simpliciter negare à se contractum matrimonium &c.

Resp. 3. Dum reus dubitat, num judex procedat legitimè & juris ordine servato, non tenetur fateri crimen. Ratio, quia cum nemo b. f. possidens famam, honorem, & bona, teneatur se illis spoliare, donec constet ei de jure, quo compellitur ea dimittere, ergo nec tenebitur reus parere superiori imperanti confessionem criminis,

minis, per quam amissio famæ, imò & vitæ incur-
ritur, quamdiu non constat, habere illum potesta-
tem eam urgendi & imperandi.

Resp. 4. Dum reus scit se interrogari juridice & servato juris ordine, tenetur fateri veritatem scil. debitum vel delictum. Ratio, quia quivis tenetur obedire superiori legitimè præcipienti. Dicit tamen de *Lug. de Iust. d. 40. S. 1. n. 16.* probabilem & in praxi tutam esse sententiam, posse reum in causa capitali, ubi puniendus esset pœna mortis vel æquivalente, etiam legitimè interrogatum celare veritatem, &c. quamdiu sperat se tali modo posse effugere condemnationem. Ratio, quia lex seu præceptum humanum, fatendi crimen mortis inductivum, non est accomodatum humanæ imbecillitati, nec humano modo impleri possibile, ergo.

Q. 6. An reus confessionem in judicio factam revocare possit? Resp. 1. Si in *continenti* revocatio fiat, admittitur, licet nullus error probatus fuerit arg. *c. 7. de test.* 2. Si ex *intervallo*, tum solùm admittitur, si revocetur confessio à Procuratore facta, ostendatúrque eum errasse in facto, de quo ex officio non tenebatur inquirere; vel si confessus ex intervallo volens confessionem revocare probet, eam contigisse ex errore facti alieni. arg. *cit. c. 7.*

Q. 7. Quid dicendum de confessione extrajudiciali? Resp. 1. Ad hoc ut Confessio extrajudicialis probet aliquid (an plenè, an semiplenè, dicetur statim) debet esse *spontanea*; deinde *sufficienter*

cienter probata in judicio; contra *ipsum confitentem*; *per se & principaliter* facta, non *incidenter* tantùm. Reiffenst. *h. à n. 41.*

Resp. 2. Confessio extrajudicialis in causis civilibus *regulariter* non probat *plenè*, sed tamen *semiplenè*, si vel sit *discreta*, cum expressione scil. causæ, ex qua ortum debitum, vel fiat coram Adversario, etiamsi sine expressione causæ *c. 14. de fid. Instrum.* Imò & *plenè*, si discerta sit & simul in scriptis, aut viva quidem voce, sed præsente adversario, fueritque per duos testes integræ fidei probata. *c. 14. cit. L. 13. C. de non. num pec.* Item, si facta sit à moribundo, etiam sine expressione causæ, dum tendit ad liberationem alterius, v. g. dum Cajus coram 2. legitimis testibus fatetur solutionem 100. fl. debitorum sibi factam: vel etiam dum confessio illa facta est ad obligandum se, modò expressa hic causa sit, nec ex circumstantiis contrarium appareat. &c.

Resp. 3. Confessio Sacramentalis in foro externo confitenti non præjudicat, & omnino nihil probat. *c. 13. de excess. Pral. c. 2. de off. Ord.* neque scheda, in qua in ordine ad faciendam confessionem Sacramentalem descripta sunt crimina, sive reperiatur casu, sive aliter extorqueatur, ulli potest esse usui. Ita Omnes.

Resp. 4. Confessio extrajudicialis in causis criminalibus, sive præsente, sive absente adversario facta, etiam legitimè probata, non habet vim *plenæ* probationis, sufficientis ad condemnationem. Ita communis. Imò nec *semiplenæ*, ùt

Pirh.

Pirh. *h. t. n. 40.* Vide Felin. *in c. 25. de reſcrip.* indicium tamen facit *contra confitentem* ad tortu-ram, ubi ſeriò facta & non ex calore iracundiæ, au-aliter temerè effuſa. Sumitur *ex cit. c. 25. de reſcrip.*

TITULUS XIX.

De Probationibus.

Q. *1. Quid ſit probatio & quotuplex? Reſp. 1.* Probatio eſt oſtenſio rei dubiæ & contro-verſæ legitimè *judici* factâ; huic enim juxta *c. 3. h. t.* principaliter fit probatio. Per Ly *legitimè facta* intelligitur, quòd debeat eſſe clara, perſpicua, & certa. *c. 8. h. t.* concludens *regulariter* & plena. *Matth. 18. L. 9. C. de jud.* citatâ ad ejus recepti-nem parte adverſa. arg. *L. 47. ff. de re jud.* inſtitui *ordinariè* poſt litem conteſt. *tot. tit. ut lite non con. &c.*

Reſp. 2. Alia eſt *artificialis*, quæ fit ex ipſis rei viſceribus, arte & induſtriâ probantis, per præ-ſumptiones & conjecturas; alia *inartificialis*, quæ aſſumitur extrinſecus, v. g. à teſtibus, inſtrumen-tis, juramento. 2. Alia eſt *plena*, alia *ſemiplena*, quidquid contra hanc diviſionem dicat Wiſen-bach, & alii. *Plena* eſt, quæ ſe ſolâ plenam fidem judici facit, tantam ſcil. ut eâ inſtructus, ſenten-tiam ferre & controverſiam decidere poſſit, nullo alio requiſito: hujus 4. ſunt ſpecies, quæ ordine Titulorum poſt hunc Tit 19. ponuntur. *Semi-plena* eſt, quâ aliqua, non tamen plena fides fit judici, nec ſufficit, ut ex ea ad ferendam ſenten-tiam

tiam ordinariè moveatur: ſpecies illius ſunt unius vel plurium ſingularium teſtium depoſitio, inſtrumentum privatum, juramentum ſuppletorium, fama &c. Habet hæc probatio ſuos gradus, alia enim eſt plus quàm *ſemiplena*, alia *præcisè ſemiplena*, alia *minùs quàm ſemiplena*.

Q. 2. Quinam ſint effectus probationis; Reſp. 1. Effectus *plenæ* probationis ſunt ſeq. 1. ſecundùm illam ferenda ſententia. *L. 11. & ſeq. C. h. t.* niſi tamen aliunde judici conſtet contrarium. In cauſis criminalibus probationes luce meridiana clariores requiruntur. *L. fi C. h. t.* 2, Actor plenè probans intentionem ſuam, eam juramento confirmare non tenetur. *c. 2. h. t.* quia juramentum utpote ſpecies probationis adhibetur ſolùm cauſâ nondum plenè probata. 3. Contra quem plenè probatum eſt, is non admittitur ad purgationem Canonicam. *c. 12. h. t.*

Reſp. 2. Effectus *ſemiplenæ* probationis *præcisè* talis ſunt. ſeq. 1. Dat locum juramento ſuppletorio ab actore præſtando. *c. 2. h. t.* 2. Duæ tales ſemiplenæ probationes, ſi conjungantur, & ad unum eundemque finem tendant, in cauſis Civilibus non admodùm arduis unam plenam faciunt. *c. 13. h. t. c. 27. de teſt. L. 5. C. de probat.* 3. Nonnunquam ſufficit ad ferendam ſententiam, utì in caſu *c. 12. de ſponſal. c. 2. de conſang.* item in cauſis modicis. *L. 3. §. 4. ff. de Carbon. edict.* in cauſis ſummariis &c. Effectus *minùs quàm ſemiplenæ probationis* plures recenſet Schmalzg. *h. n. 15.* Obſervari hìc poteſt, qualiter ſe invicem

cem elidant probationes, unáque alteri prævaleat de quo vide Leur. *h. t. Q. 532. & 533.*

Q. 3. Cui incumbat onus probandi? Resp. Probare *regulariter* tenetur ille, qui aliquid affirmat in præjudicium alterius, nec habet pro se præsumptionem juris. *L. 2. & 19. ff. L. 1. & 8. C. h. t.* adeóque actori regulariter, non reo incumbit probatio, cùm ille soleat affirmare, hic negare.

Resp. 2. Reus tenetur probare 1. Si opponat exceptionem *affirmativam*, v. g. dicendo, dum rogatur solutionem, se jam solvisse. *L. 12. & 19. ff. h. t.* 2. Si præsumptio juris stet pro Actore vel habeat intentionem fundatam in jure, tum non Actor sed reus tenetur probare. *c. 2. de restit. spol. in 6. c. un. ut. Eccles. benef. sine diminut. conf. c. 8. de Relig. dom.* 3. Si Actor sit persona privilegiata; sic si pupillus, minor, mulier, miles, rusticus asserat, indebitum à se solutum, reus id negans probare debet, fuisse debitum. *L. 25. §. 1. ff. h. t.* Huc reduci potest, quòd creditor urgens solutionem contra civitatem vel Ecclesiam probare debeat, pecuniam mutuò acceptam conversam esse in utilitatem Ecclesiæ vel civitatis. *c. 1. de depos. c. 2. de solut.* 4. Si reus negans ultro subeat onus probandi. *L. 14. §. si quis autem. ff. h. t.* 5. Si Judex ex justa causa in Reum transferat onus probandi, v. g. deferendo Reo juramentum. *c. fin. & L. 38. ff. de jurejur.* 6. In judiciis communibus & duplicibus, qualia sunt finium regundorum, familiæ herciscun-

ciſcundæ, interdictum uti poſſidetis, uterque litigans tenetur probare. §. 4. *Inſt. de interd. c. 3. h. t.*

Q. 4. *Quodnam ſit objectum probationis, ſive, qua ſint probanda? Reſp. 1. Facta* probari debent; quia jura tantùm allegantur, niſi ſint municipalia vel conſuetudinaria. 2. Facta, quæ probantur, debent eſſe dubia; quia quæ ſunt *judici* notoria & evidentia, non indigent probatione. 3. Debent inſuper facta eſſe talia, in quibus partes ſuam intentionem fundent, ſive quæ faciant ad cauſam decidendam; quia impertinentia rejici debent. *c. 36. de off. deleg. L. 21. C. h. t.*

Reſp. 2. Propoſitio *negativa facti pura, ſimplex, & indefinita*, dum quis ſimpliciter negat, ſe contraxiſſe, occidiſſe, citatum eſſe, non poteſt à negante probari. *c. 23. de elect. L. 23. C. h. t.* ſcil. per teſtes aut inſtrumenta; per confeſſionem enim adverſarii & per juramentum negantis probari poteſt. *c. 1. de conſeſſ. in 6. L. 11. prin. L. 13. §. 2. ff. de jurejur. Negativa facti determinata* per circumſtantias loci, temporis &c. v. g. dum negatur, homicidium Heidelbergæ tali vel tali die commiſſum, probari poteſt & debet. *c. 35. de teſt. L. 14. C. de contrah. ſtipul.* Item *negativa facti prægnans*, ſic dicta, quòd implicitè contineat affirmativam, v. g. ſi quis negat, ſe liberè contraxiſſe matrimonium, renuntiâſſe beneficio. *L. 8. ff. h. t. c. 5. de renunt.* Item probari debet *negativa facti, in quâ quis*

fundat intentionem suam, ùt si neges hæreditatem te aditam sufficere ad legata solvenda, probari debet insufficientia. Comm.

Resp. 3. Negativa *juris* dum quid negatur jure fieri potuisse, aut factum esse, v.g. aliquem in judicio stare, testari, matrimonium contrahere posse, vel ritè ordinatum esse &c. probari testat ac debet à negante. *L. 5. ff. h. t.* Negativa item *qualitatis*, quâ negatur alicui ineſſe qualitas ad hoc vel illud officium aut actum necessarium dum qualitas est ex iis, quæ *communiter* aut *naturaliter* homini insunt, vel ineſſe præsumuntur probanda est à negativam allegante. arg. *L. C. h. t.*

Q. 4. Quanam sint species probationum, quid potissimum de inspectione oculari ac de fama dicendum? Resp. 1. Exprimi possunt species probationum seqq. v. *Aspectus, sculptum, testis, notorium, scriptum, jurans, confessus, præsumptio, fama probat.* De plerisque agi solet per speciales titulos, ubi aliunde constat, exceptâ oculari inspectione & fama; hinc.

Resp. 2. Inspectio ocularis, ein Augenschein est, dum judex vel per se ipsum, vel Commissarios, aut alias personas rem, de qua controversia est, inspicit. Engel *h. n. 10.* 2. Fit non tantùm in civilibus, v. g. dum quæstio est de novi operis nuntiatione; de terminis seu limitibus agrorum &c. sed etiam in criminalibus, v. g. dum dubium est, an vulnus sit lethale, nec ne. 3. Facta *debitè* (de quo vide Schmalzg. h. n. 19.)

omnium

omnium probationum validissima est *c. 4 & 3. de prob.*

Resp. 3. Fama, de qua hic loquimur, est communis hominum alicujus loci de aliquâ re sermo & publicum judicium, ex sola suspicione, certo tamen authore proveniens. Differt à *Rumore*, quòd hic sit particularis Sermo, seu assertio ex sola suspicione & incerto authore proveniens. Fama à malis & suspectis hominibus orta non attenditur. *c. 24. de accusat.* 2. Fama in causis *civilibus* facit *plerumque* (ob *c. 13. h. t. c. 2. de consang. c. 1. de appellat.*) semiplenam probationem. *L. 3. §. 2. ff. & c. 27. de test.* modò sit legitimè probata, scil. vel per instrumenta desuper erecta, vel per duos saltem testes, omni exceptione majores, qui juratò deponant, audivisse se à majori parte populi, id est, illorum, qui scire poterant & ad quos spectabat scire; duásque saltem nominatim personas exprimant, à quibus audiverint, vel qui asseruerunt se vidisse. Pichl. *h. t. n. 13.*

Q. 6. Quomodo probanda sint quædam in specie, de quibus hoc tit. & aliàs frequens fit mentio? Resp. 1. De *filiatione* notanda seqq. 1. Probatio filiationis verba datur tantùm ex parte matris. *L. 5. ff. de in jus voc.* Non ex parte patris, nisi in unico casu, de quo Pirh. *h. t. n. 45.* 2. Præsumptivè tantùm ex parte patris probari potest v. g. dum quis natus est ex uxore in domo mariti, ei cohabitantis, & ad generandum potentis. *L. 6. ff. de his, qui sui vel alien. jur.* quod variè

extenditur. Item dum quis ab alio filius appe-
latus, educatus, & tractatus fuit. *c.* 10. *h.*
Item dum fama vel communis opinio vicini
præsertim domesticorum & consanguineorum
est, aliquem esse filium, quæ tamen, præscin-
dendo ab eo, quòd viderint vel audiverint eum
appellari & tractari ùt filium, facit tantùm s
miplenam probationem. *L. 3. §. 2. ff. de re*
&c.

Resp. 2. de *probatione ætatis* seqq. notanda,
Ætatem tam majorem quàm minorem proba
debet, qui sive agendo sive excipiendo eam ta
quam fundamentum intentionis suæ allegat. *c.*
h. t. 2. Probari potest ætas vel per testimoni
parentum, propinquorum, domesticorum
nativitate testantium: vel per instrumentum p
blicum supernavititate erectum *c. 2. de fid. instru*
per librum Parochi &c. 3. Ætas in aliquib
tantùm à conceptionis die computatur. *L. 3.*
7. ff. de statu hominum. aliàs à die non baptis
sed nativitatis. *L. 3. §. 3. ff. de minor.*

Resp. 3. De probatione confinium & limi-
tum diœcesium, Parochiarum &c. vide *c. 13. h.*
2. Servitus in genere, & in specie servitus venan
in aliena silva vel fundo per actus, non vi, no
clam, non precariò exercitos probatur. *L. pe*
ff. de servit.

TITU-

TITULUS XX. & XXI.

De Testibus & Attestationibus, & de Testibus cogendis.

Q. 1. *Quid sint testes & eorum attestationes?* *Resp.* Testes sunt personæ, quæ ad fidem alicujus rei faciendam à judice vocantur & examinantur. In *c. 1. h. t.* decernitur, ut sint *idonei*, id est non prohibiti testificari: *fideles*, qua voce putant AA. excludi infideles, Judæos, hæreticos: *Jejuni*, scil. tantùm de honestate. Attestationes sunt ipsorum testium depositiones, seu asseverationes.

Q. 2. *Quinam possint aut non possint esse testes?* *Resp. 1.* Omnes possunt esse testes, qui non prohibentur. *L. 1. §. 1. ff. h. t.* quia edictum de testibus prohibitorium est.

Resp. 2. Prohibentur *in totum* esse testes infantes, ebrii, stulti, & omnes ratione destituti; quò etiam spectant impuberes & pupilli, infantiam licèt egressi, scil. *regulariter*. *L. 3. §. 5. ff. h. t.* idque ob immaturitatem judicii. Vide Vallens. *h. n. 2.* Engel *n. 13.* 2. Cœci *c. 15. cauf. 3. q. 9.* muti & surdi simul, quia intelligi satis nequeunt. 3. Servi propriè dicti. *L. 7. ff h. t.* 4. Jure saltem Canonico infames infamiâ juris. *c. 54. h. t.* 5. Personæ viles, quales sunt pauperes & mendici. *L. 3. ff. h. t.* nisi sint personæ honestæ, Pretio corrupti aut conducti. *c. 1. h. t.*

6. Excommunicati non tolerati. *c. 8. de sent. ex com.*

Resp. 3. Pro *certis personis* prohibentur teste esse seqq. 1. Parentes & liberi pro se invicem *L. 9. C. h. t.* nisi probanda sit filii ætas. *L. 16. C. L. 13. ff. de probat.* Vel impedimentum consanguinitatis, dum agitur de contrahendo matrimonio. *c. 3. qui matrim. accus.* Fratres, sorores, & alii proximi consanguinei. *c. 1. & 12. caus. 3. q.* 3. Conjux respectu conjugis. *L. 4. ff. h. t.* 4. Domestici, sive testes ex ædibus suis producti. *L. C. h. t.* sub limitatione tamen.

Resp. 4. Contra *certas personas* excluduntur ferendo testimonio. 1. Inimicus capitalis contra inimicum. *c. 19. de Accus.* 2. Parentes contra liberos, & viciſſim. *L. 6. C. h. t.* 3. conjux contra conjugem. *L. 4. ff. h. t.* 4. Libertus contra patronum. *L. 12. C. h. t.* quod extendunt Ad ad Vaſallum, ut nec hic contra Dominum testis esse poſſit *2. feud. 33. §. 1.* 5. Judæi, pagani, hæretici non tolerati contra Chriſtianos & Orthodoxos. *can. 24. & 25. caus. 2. q. 7.* 6. Advocati contra ſuos clientes; Tutores & Curatores contra pupillos & minores. arg. *L. fin. ff. de teſt.* 7. Laicus in cauſa criminali contra Clericum *c. 14. h. t.* 8. Socius contra Socium criminis *c. 10. & L. 11. C. h. t.*

Resp. 5. In *certis cauſis* interdictum eſt dicere teſtimonium ſeqq. 1. Minoribus 20. annis *in cauſa criminali L. 20. ff. h. t.* & probabiliter etiam in cauſis civilibus valde arduis; quod utrumque tamen

men procedit regulariter. 2. Clericis & Religiosis *in causa sanguinis* contra Reum coram judice Laico. *can. 9. caus.* 11. *q.* 1. & AA. 3. Fœminis in testamento solenni. *§. 6. Inst. de test. ord.* In causa feudali. *2. feud. 32.* In causa criminali de jure Canonico ob *c. 17. caus. 33. q. 5. c. 10. de V. S.* eas repellit Pichl. *h. t. n. 13.* Engel *n. 35.* 4. Licèt quis possit de facto proprio, nequit tamen de causa propria testificari. *L. 10. ff. h. t.* sic hæres in illo testamento, in quo ipse hæres constituitur per *§. 10. Inst de testam. ordin.* judex in causa, quam judicat aut judicavit. *c. 40. h. t.* actor in causa, quam ipsemet agit. *c. 10. ℣. in omni de V. S. &c.* à testimonio repelluntur. Eâdem ratione dum est controversia inter Collegium vel Universitatem & extraneum quendam super re ad Universitatem pertinente, non possunt esse testes de Universitate, si causa directè utilitatem singularum concernit, secus si commodum totius Communitatis. Vide Engel *h. n. 37. & c. 6. h. t.*

Q. 3. An semper & in omnibus casibus testes inhabiles repellendi? Resp. Neg. sed modò non sint jure naturæ inhabiles, in variis casibus admittuntur; v. g. dum veritas aliter haberi nequit; in criminibus exceptis; in causis, quæ non requirunt exactas probationes; pro innocentia Rei; dum agitur ad impediendum peccatum. *c. 22. h. t.* & universim loquendo, modò tempore depositionis & examinis testis fuerit habilis, impedimentum superveniens testimonium non reddit invalidum. Schüz *in Comp. ad ff. h. t.*

Q. 4. Utrùm teſtes cæteroquin habiles, inm tamen cogi poſſint ad ferendum teſtimonium? Re

1. Niſi quis ſit privilegiatus, ad ferendum teſt monium cogi poteſt, *c. 1. de teſtib. cog. L. 19. de teſt.* Ratio, quia intereſt Reip. veritatem m nifeſtari. Licèt juramento ſe obſtrinxerit ad no teſtificandum. *c. 4. h. t.* Ratio, quia hoc jurame tum contra bonos mores & bonum publicum e Sive ſint cauſæ civiles per *c. 1. 2. 6. 7. de teſt. co* ſive ſint criminales, quod præſertim de Jure Civ procedit. *L. 16. & L. pen. C. de teſtib.* Vide Picht *Tit. de teſt. cog. n. 4.* ubi dicit, Teſtes non priv legiatos in cauſis etiam criminalibus *regulariter* d Jure Civili cogi poſſe, non de jure Can. variásq dat aſſertionis ſuæ reſpectu utriusque limitatio nes.

Reſp. 2. Perſonæ privilegiatæ, ut ad ferendum teſtimonium cogi non poſſint, ſunt 1. Parentes contra liberos & viciſſim. *can. 3. §. parentes can. 4. q. 3.* excipiuntur atrociſſima crimina. 2. Cognati & affines contra ſe invicem &c. *can. cit.* vide tamen *c. 5. de teſt. cog. & c. ult. eod.* 3. Clerici a judice ſæculari, *c. 38. cauſ. 2. q. 6.*

Q. 4. Quis ſit modus producendi teſtes? Reſp.

1. Lite conteſtata, & elapſo dilationis probatoriæ tempore probaturus per teſtes, ſive Actor fuerit ſive Reus, judici nominat teſtes, formátque articulos, ſuper quibus ſingulos teſtes interrogari velit; hos articulos cum nominibus teſtium judex communicat Reo, ut vel contra hos vel contra illos poſſit, ſiquam habet, exceptionem opponé-

ponere, vel saltem præscribere certa *interrogatoria* testibus à judice proponenda, non tamen amplius adversario communicanda: Judex dein ubi habuerit in testes nominatos jurisdictionem, illos ad certam diem citat; sin minus, per literas *mutui compassûs* illorum Superiorem aut judicem requirit, vel ut ad locum motæ litis mittat testes, vel ipse examinet, illorúmque depositiones suo sigillo munitas sibi communicet.

Resp. 2. Testes producuntur sumptibus producentis; nec enim obsequium alteri exhibitum cuiquam debet esse damnosum. *c. 11. §. 8. de rescript. in 6. L. 11. & 16. C. h. t.*

Q. 5. Quis sit modus recipiendi testes? Resp. 1. Lite duntaxat contestata ad receptionem testium proceditur, ut supra *ad Tit VI.* 2. Citatur *regulariter* pars adversa, ut recipi videat testes & jurare. *c. 2. h. t.* quæ tamen citatio peremptoria non est. 3. Ubi partes fuerint præsentes, in omni causa judiciali proceditur à judice vel ejus Commissario ad receptionem juramenti; quia testi non jurato non creditur. 4. Juramentum hoc præstari debet, partibus à judice cum quadam gravitate monitis, ante omnem actum testimonii. *c. 17. h. t. regulariter* in loco judicii. *c. 8. h. t.* cum debitis solennitatibus, ratione quarum observanda praxis tribunalium. 5. Jurare debent, quòd nulla passione, sed solius amore veritatis moti, quod verum sciunt, dicturi sint. *c. 5. h. t.* 6. Potest tamen utriusque partis consensu remitti testibus hoc juramentum,

non obstante allegari solita paritate cum juramento calumniæ. arg. *c. 39. h. t.* quia scil. juramentum testium in favorem partium est introductum.

Q. 6. Quis modus testes examinandi? Resp. 1. Tempus quo peragendum hoc examen, est post præstitum à testibus juramentum. 2. Ordinarie fit à judice. *Nov. 60. c. 2.* 3. In loco judicii, nisi qualitas personæ aliud exigat. 4. Singillatim, nam plures simul examinandi non sunt. 5. Secretò, remotis scil. arbitris, partibus litigantibus, aliis testibus, non tamen excluditur Notarius, qui omnia, etiam formalia eorum, referre in Protocollum debet, ut sic facilius convinci possint. 6. Super interrogatoriis generalibus, & specialibus; vel maximè tamen ab interrogatoriis *suggestivis* abstinendum, quæ *L. 1. §. qui quæstionem. ff. de QQ.* prohibentur. 7. Demum si quæ dixit testis, illi prælecta fuerint, impositio silentio dimittitur.

Q. 7. Quoties testes super iisdem articulis liceat producere? Resp. Examine testium absoluto quærit judex ex partibus, num vel ulteriorem testium productionem, vel publicationem petant: nam 1. testes tam iidem quàm novi possunt produci etiam super iisdem articulis altera & tertia vice. *c. 15. 36. 55. h. t. Nov. 90. c. 4.* Ratio, quia testes subinde primâ vice non satit clarè deponunt, & quia testes novi, qui rei habeant notitiam, possunt innotescere. 2. Productio quarta testium expressè prohibetur *cit. cc. & Nov.* Nisi scil. fiat

vel

vel cum consensu partium, vel cum solennitate legali, quæ in hoc consistit, ut pars eam petens juret, quòd depositiones testium non subtraxerit aut occultaverit, nec eas didicerit aut explorave-rit, nec animo malitioso novam productionem petat. 3. Nec licet secunda productio, si *didicita* sint attestata, scil. propter periculum subornatio-nis. *Clem. 2. h. t.*

Q. 8. *De quibus rebus testes deponere debeant?* *Resp. 1.* Uti testes produci tantùm debent super articulis, quos Actor, & super interrogato-riis, quæ reus posuit; ita & tantùm debent de-ponere de factis, ab examinatore sibi propositis, scil. super interrogatoriis & articulis. *c. 29. h. t.* 2. Nec interrogari nec respondere possunt de iis, quæ noverunt sub *sigillo Sacramentali. c. 13. de excess. Præl.* 3. Super iis, quæ sub *Secreto na-turali* noverunt, testificari possunt, imò tenen-tur, si sciverint justè, sitque secretum nudum, absque promissione scil. celandi & tacendi; vel etiam licèt post adeptam notitiam accesserit jurata promissio denon revelando. *c. 18. & 45. h. t.* Ratio, quia talis promissio etiam jurata præjudi-care non potest juri, quod jam ante promissio-nem Judex habebat interrogandi de ea re. 4. Super iis, quæ sub Secreto naturali noverunt, testificari non possunt, etiam sub juramento in-terrogati, si vel tatitè vel expressè promiserunt, se non revelaturos cognita, vel si modo injusto notitiam Secreti acceperunt. Coll. ex illo *prov.* 11. excipitur casus, quo ex occultátione hujus

Secre-

Secreti grave damnum vel *Resp.* vel etiam privat accresceret. arg. *c. 18. de jurejur.*

Q. 9. *Quomodo fieri debeat depositio testium* *Resp.* 1. Viva voce. *c. 3. caus. 5. q. 2. c. 8. de cohab. Cler. & mul.* adeoque *regulariter* testis i scriptis testificans nihil probat. Ratio assertionis, qui ex voce, modo, gestu faciliùs veritat potest deprehendi. 2. Debet esse clara & pe spicua depositio, non dubitativa; quare fide non facit testis, sed rejicitur, qui ait, *opinor, a bitror, nisallor, ita res est.* Eodem modo testi deponens tantùm de credulitate vel dicens, *credo non credo, ita esse*, regulariter non probat *c. 5. L. 18. C. h. t.* exceptiones vide apud Pichl. *h. 33.* quò etiam spectat testis deponens de audit alieno. *c. 47. h. t.* Vide tamen eundem *n. 3* 3. Testis debet dare causam sufficientem sui dict *c. 37. h. t.* quo scil. modo vel quo corporis sens rem perceperit. Ratio, quia testis deponere de bet de eo, quod scit, scire autem rem non in telligitur, qui suæ notitiæ causam reddere non potest.

Q. 9. *Quot testes requirantur ad probationem* *Resp. 1.* Unus testis *ordinariè* non facit plenam probationem. *c. 10. 23. 28. 47. & L. 9. C. h. t.* Deuter. 17. 19. Matth. 18. Luc. 17. facit tamen semiplenam, & sufficit ad inquirendum &c. Reiffenst. *h. n. 247. & seqq.* Vide etiam Engel *h. t. n. fin.* ubi recenset plures casus, in quibus unicus etiam testis plenè probat. *n. 55. & 56.* ubi agit de teste *non verisimilia* deponente, de

teste

teste *vacillante & variante*, de *teste sibi contrario.*

Resp. 2. Duo testes omni exceptione majores, sive potiùs duo conteſtes *ordinarié* faciunt plenam fidem. *cc. & text. cit.* Dicitur *ordinariè*, quia tum de Jure Civili *L. 21. C. de test.* tum de Jure Can. *can. 2. & 3. caus. 2. q. 5.* Trid. *Sess. 24. c. 1. de reform. matr. &c.* aliud obtinet.

Resp. 3. Testes singulares *singularitate obstativa* nihil, nec semiplenè probant. *c. 9. §. quam. quam. de probat. c. 32. h. t.* Daniel *cap. 13.* Ratio, quia hi testes ita sunt sibi contrarii, ut unus dictum alterius evertat. Deinde testes singulares *singularitate diversificativa* probant saltem semiplenè. *c. cit. & 23. de elect.* Ratio, quia tales testes non sunt sibi contrarii, ideóque cujuslibet testimonium eam meretur fidem, quam meretur unus testis. Idem ferè dicendum de testibus singularibus *singularitate cumulativa*; imò hi in *causis civilibus* plerumque etiam plenè probant. Pich. *h. n. 37.* qui & *n. 39.* agit de *testibus contrariis.*

Q. 10. Quid sit publicatio attestationum, & quomodo fiat? Resp. ad 1. Aliud non est, quàm publica in judicio prælectio depositionum illarum, quas singuli testes, à partibus producti & ritè examinati, ad singula puncta secretò fecerunt. Fit in omnibus causis, exceptâ causâ hæresis, ùt habet *Constit. Pij. IV.* quæ incipit: *Cum sicut.* In aliis si omittatur, ob *22. de sent. & re jud.* valet *de jure* sententia lata,

Resp.

Resp. ad 2. Publicatio fit, postquam parti ulteriori testium productioni renuntiârunt; c tatis ad audiendas depositiones partibus (cont maciter absens pro præsente habetur. arg. *c. h. t.*) ubi vel à Judice vel à Notario dicta & no mina testium manifestantur. Delegatus mitt attestationes signatas ad delegantem, ut coram eo fiat publicatio. Publicatione factâ datur pa tibus copia attestationum, rotulo examinis Zeugen-Aussag/ in originali apud acta reser vato.

Q. 11. *Quinam sint effectus publicationis?* Resp. 1. Attestationes coram judice *competente* recep tæ & publicatæ in eadem causa, & inter easdem personas, aut iis succedentes fidem plenam faciun coram quocunque judice. *c. 11. & L. fin. C. h.* Schmalzg. *h. n. 118.* 2. Non potest *regulariter* contra *personas* testium excipi factâ publicatione (imò & factâ receptione) *c. 31. h. t.* Ratio, quia videtur testem approbasse, consequenter eum porrò repellere non potest, qui semel eum scienter ad juramentum, & examen, ipsiúsque testimonii publicationem admisit. 3. Post publicationem factam non possunt vel iidem testes, vel alii produci super iisdem aut directè contrariis articulis. *c. 17. & 25. h. t. Clem. 2. eod. Auth. qui semel. C. de probat.* Ratio est ob periculum subornationis. Casus excepti sunt in *c. 48. & 53. h. t. c. 38. eod. con. 11. caus. 30. q. 5. c. 26. & 44. h. t. L. 18. §. cognitarum. ff. de* QQ. &c.

Q. 12.

Q. 12. *Quid de reprobatione teſtium dicendum?*
Reſp. 1. Reprobatio teſtium fit vel per exceptiones *contra perſonas teſtium*, quæ ante examen proponi debent de jure communi; vel *contra eorundem examen*, v. g. quòd teſtes recepti ſint à judice incompetente, quòd non juraverint. &c. Vide Schmalz. *h. n. 133.* Vel *contra dicta teſtium*, quæ reprobatio opponi poteſt poſt publicationem, cum ibi modò innoteſcat. Exceptiones, quæ depoſitionibus teſtium opponi poſſunt, videre eſt tum apud Schmalzgr. *h. n. 134*, tum apud Engel à *n. 52.*

Reſp. 2. Reprobatio teſtium regulariter non impedit eorum receptionem & examinationem. *Auth. ſi teſtis C. h. t.* Ratio, quia fortè in progreſſu patebit, poſſe judicem absque adminiculo illorum ferre ſententiam.

Reſp. 3. Licet reprobare *teſtes probatorios*, id eſt, teſtes, qui ab adverſario ad probandum negotium principale producuntur, licet per alios teſtes reprobare, qui vocantur *reprobatorii*; item licet reprobare *hos reprobatorios*, non tamen licet *reprobatorium reprobatorios* reprobare, ſive alios contra hos teſtes producere non eſt conceſſum. *c. 49. h. t.* Ratio, ut finis litium aliquando ſit, nec in infinitum procedatur.

TITU-

TITULUS XXII.

De fide instrumentorum.

Q. 1. *Quid sit instrumentum & quotuplex?* *Resp.* 1. Instrumentum hoc loco est quælibet scriptura, quæ ad causam instruendam & probandam à partibus affertur. 2. Aliud est publicum, aliud privatum; *privatum*, quod & domesticum dicitur *L. 5. C. de prob.* est scriptura à privata persona sine authoritate publica vel saltem sine solennitatibus requisitis confecta. *Publicum* est scriptura, quæ à persona publica *quà tali* & cum debitis solennitatibus confecta est, qualis persona est Notarius, Scriba. *c. 2. h. t.* *Authenticum & publicum* sumuntur non raro pro Synonimis, strictè tamen loquendo habent se ùt excedens & excessum, ita ut omne instrumentum publicum etiam sit authenticum, non tamen omne authenticum sit publicum. 3. Utrumque est vel *Originale*, id est, primum & principale instrumentum, vulgo Haupt-Brieff. Vel *exemplar*, quod ex originali describitur, subinde ein beglaubte Abschrifft; aliàs ein Copey oder Abschrifft dictum. 4. Demum aliud dici potest *judiciale*, quod in judicio, aliud *extrajudiciale*, quod fit extra judicium.

Q. 2. *Quænam requirantur ad instrumentum publicum? Resp.* 1. Ex *parte Notarii* requiritur, ut hic sit persona idonea, scil. Laicus, non Clericus,

ricus. *c. 8. ne Cler. vel Monach.* legitimo matrimonio natus, & liber. *Deinde* ut sit legitimè creatus, quam creandi Notarios potestatem habent *per se* summi Principes, ex privilegio etiam inferiores, uti Comites Palatini, ex consuetudine Episcopi & principes, qui tamen *pro suis tantùm territoriis* eos creare possunt. Vide Engel *h. n. 4. Tum*, ut sit à partibus rogatus, idque exprimatur. *Demum* ut negotio, de quo testatur, fuerit corporaliter præsens, aut partes, inter quas negotium gestum, coram Notario quasi de novo omnia repetant. *Nov. 44. c. 1.*

Resp. 2. Ex *parte materiæ* requiritur, ut fiat instrumentum super tali actu, qui dependeat à voluntate humana, eorum scil. dispositione, qui instrumentum petunt, nullámque actus ille causæ cognitionem requirat. *Deinde* ut actus ille sit per se licitus. König *n. 28. Demum* ut totum negotium cum clausulis, circumstantiis debitis, & causis enarretur. *L. 11. C. qui potior. in pign.* Tres tamen quoad hoc observationes ponit Gail. *L. 2. Observ. 13. & 71. & ex illo Engel h. n. 10.*

Resp. 3. Quod *formam* instrumentorum attinet, requiritur 1. Ut præmittatur invocatio Ssmæ Trinitatis. 2. Nomen Pontificis, Imperatoris, imò & Principis territorialis. 3. Annus, indictio, mensis, dies, locus generalis, v. g. civitatis, & specialis, scil. domus ipsa, in qua confectum instrumentum. 4. Nomina & cognomina testium, quorum ad minimum duo esse

debent, non tamen, testamento excepto, rog
Ultimò Notarius se manu propria subscribere
bet, quâ authoritate, Pontificiâ vel Cæsareâ No
riûs sit, addendo, simúlque signum Notari
apponet. An omnes istæ solennitates sint de
cessitate, variant AA. ob Constit. Maximiliani
Imperatoris in Comitiis Colonienſibus de an
1512. ubi id innui videtur.

Q. 3. Quomodo probent instrumenta publi
Resp. Instrumentum publicum plenè probat
eo, quod dispositivè continet, sive pro, si
contra producentem. *c. 2. h. t. Deinde* ad instr
mentum publicum reducitur, eandemque p
bandi vim habet *Protocollum*, ex quo solenne
publicum instrumentum extractum atque co
fectum est *c. 11. de prob.* Ratio, quia prop
quod unumquodque tale, illud magis tale. D
mum etiam *copia vidimata*, *exemplum*, *vel tra*
sumptum plenè probat, si vel factum sit a
eodem Notario cum debitis solennitatibus, q
fecit originale. *L. 24. ff. qui test. fac. poss. c. 2*
de conv. conjug. Vel si factum quidem sit ab a
Notario, sed tamen cum authoritate judici
c. fin. h. t.

Q. 4. Quænam sint instrumenta authentica
quomodo probent? Resp. 1. Per instrumentum
authenticum, prout *à publico* contradistinguitur
intelligitur scriptura, quæ etsi non confecta
persona publica, aut etiam sine solennitatibus
aliàs adhiberi solitis, tamen fidem plenam faci
quia

quia vel testium subscriptione, vel sigillo, alióve modo munita.

Resp. 2. Talia instrumenta authentica referuntur seqq. 1. Plenè probant acta judicialia; Gerichts- und Cantzley-Handlungen / debito modo confecta. *L. fin. C. de re jud.* Huc referuntur scripturæ privatæ, quorum publicatio facta est authoritate judicis, v. g. dum testamentum authore judice aperitur. 2. Plenè probant pro & contra quoscunque scripturæ ex Archivo *publico* productæ. *Auth. ad hæc. C. h. t.* Quid de Archivis vel potiùs *Chartophylaciis* Monasteriorum dicendum, vide apud Engel *h. n. 21.* & Schmalzgr. *n. 41. & 51.* 3. Plenè probant scripturæ munitæ sigillo publico, si & cætera per consuetudinem aut aliàs requisita habeant. *c. 2. h. t.* 4. Plenè probant libri rationum ab Officialibus publicis conscripti, quoad ea, quæ pertinent ad eorum officium. *L. 10. ff. de edend.* Huc spectant Libri Parochiales baptizatorum, nuptorum &c. Libri eorum, qui ad Gabellas authoritate publica deputantur. Libri Censuales &c. 5. Scripturæ inter privatos super contractibus factæ, & à 3. testibus præter principales subscriptæ & recognitæ de Jure communi plenè probant. *L. 11. C. qui pot. in pign.*

Q. 5. *Quid de instrumentis privatis, non authenticis dicendum?* *Resp.* 1. Cautiones parti à parte datæ, v. g. *apochæ* aut *quietantiæ*, *antapochæ*, *Syngrapha*, *chirographum*, ab ipso scribente productæ *pro scribente ordinariè* nihil probant,

nisi testium subscriptione &c. fuerint mun
L. 5. 6. 7. C. de prob. Ratio, quia scriptura
quoddam scribentis testimonium, testi autem
propria causa non creditur. *2. Contra scriben*
autem plenè, si causa debiti expressa sit, & à l
bente recognita *c. 14. h. t. L. 25. §. fin. ff. de pro*
Excipitur causa mutui, dum mutuatarius per
rographum fassus quidem est mutuam pecun
sibi datam, opponit autem exceptionem
numeratæ pecuniæ, ubi chirographum co
scribentem nihil probat. Idem est de causa
tis &c. Vide *L. 14. C. de non num pec. & L. 3. C.*
dote caut. non num.

Resp. 2 Libri privati, quales sunt, *Libri r*
num, in quibus annotantur accepta & expe
à Patrefam. Sociis: *Libris Censuales* Dom
rum privatorum: *Registra privata: Inventaria*
per se non probant pro scribente. Ratio,
fraudibus occasio præbeatur. Deinde L
Mercatorum de æquitate & consuetudine se
plenam, etiam pro scribente, probationem
ciunt, modò concurrant 4. conditiones ab Eg
h. n. 34. recensitæ. Itaque poterit talis merca
ad juramentum suppletorium admitti. Eode
modo creditur rationibus Tutorum, negot
rum gestorum, Procuratorum, accedente salte
juramento.

Resp. 3. Literæ missivæ sive epistolæ priva
rum personarum, modò sint recognitæ, com
scribentem plenè probant *L. 26. §. 2. ff. dep.*
Pro scribente tum probat epistola missiva, quan
do

do ab eo, ad quem scripta est, fuit acceptata. arg. *Clem 1. de Procur L. 16. ff. ad S. C. Maced.* Deinde Literæ *Cambiales* non tantùm probationem, sed etiam obligationem inducunt, si materia hoc patiatur & loquantur dispositivè. Schmalzgr. *h. n. 76.* Demum *Charta bianca*, seu charta vacua solo dantis nomine & sigillo signata, non probat, nisi is, qui dedit talem chartam, postea legerit, ratùmque habuerit, quod alter in ea scripsit. arg. *L. 10. C. de donat.*

Q. 6. An, quando, & quomodo instrumenta producenda? Resp. ad 1. Aff. Sunt producenda, id est, in judicio exhibenda judici, dum fundat pars litigans in iis suam intentionem. *c. 5. h. t. L. ult. C. de edend.* Dum verò pars aliunde solùm petit sibi edi sive communicari instrumenta ad intentionem suam facientia, quæ altera pars in judicio necdum allegavit, Actor quidem indistinctè ea tenetur edere. *L. 5. 6. & fin. de edend.* Non autem reus actori. *L. 7. & 11. C. de test. c. 1. de prob.* scil. regulariter ob *L. 1. §. 3. ff. de edend. c. 12. h. t. Clem. un. §. cæterum. de usur. L. 1. ff. de tab. exhib. L. 2. ff. de Jure fisc. &c.* de quibus vide Pichl. *h. n. 32.*

Resp. ad 2. Producenda sunt instrumenta in causa principali regulariter post litis contestationem. *L. 10. §. 2. ff. de edend.* in termino probatorio; habétque productio ista locum usque ad conclusionem in causa, etiam post testium publicationem *c. 9. h. t.* post conclusionem verò in causa amplius non admittitur. *c. 5. de caus. poss.*

poss. & propr. Casus exceptos refert. Leur. *h. t.* *714. n. 3.*

Resp. ad 3. Imò producenda sunt instrumenta ad hoc ut fidem faciant, in *originali*, copiis ei non creditur. *c. 1. h. t. Auth. siquis. C. de edend.* Edi sive communicari sufficit instrumenta in copiis, ùt loquuntur, vidimatis; inspectio tam sive recognitio originalis parti adversæ eam exigenti est concedenda. Ita praxis habet. 2. Judici, sin ei ita fuerit visum, exhibendum est *totum* instrumentum, & hoc probat *c. 7. de priv.* in parti sufficit edere illud solùm capitulum, de quo agitur, modò habeat instrumentum plura & parata capitula *c. 5. h. t. L. 10. §. 2. ff. de edend.* 3. Instrumentum nonnisi *semel* regulariter probitur. *L. 6. §. fin. ff. de edendo.* Vide *L. 21. h. t.* fitque productio sumptibus producentis suadente id *L. 4. ff. de edend.* & æquitate naturali.

Q. 7. Quomodo enervetur fides instrumentorum. *Resp.* Per impugnationem. Impugnatur autem instrumentum variis modis. 1. Ex parte *causæ efficientis*, quòd factum sit à persona inhabili. 2. Ex parte *causæ materialis*, quòd v. g. sit factum de per negotio prohibito &c. juxta dicta *Q. 2. Resp. 2. h. t.* Quòd contineat falsitatem, quæ si reperta fuerit circa substantiale instrumenti, hoc reprobatur in totum, ita ut nec reliquis partibus credendum. *can. 17. caus. 3. q. 9. c. 15. & 20. de rescript.* Porrò falsitas probatur vel ex *contrarietate*, dum idem instrumentum repugnantia complecti-

plectitur, aut producitur aliud priori repugnans; vel ex *sigillo*, dum est adulterium, furtivum, ignotum vel ex *cancellatione*, *rasurâ*, *deletione*, maximè in parte substantiali; vel aliis demum conjecturis. 3. Ex parte *causæ formalis* impugnatur instrumentum, quòd omissæ dicantur solennitates à jure ad illius valorem requisitæ. 4. Ex parte *causæ finalis*, quòd non probet intentum, ad quod evincendum producitur: huc aliqui cum Reiffenst. *h. t. n. 256.* reducunt, si opponatur, impetratum ob- vel subreptitiè. 5. Per *testes* impugnari non tantùm, sed etiam reprobari potest instrumentum; & quidem quòd per testes *instrumentarios* fieri id possit, dubium non est; si vel dicant, non ita actum fuisse, prout in instrumento asseritur, vel se nunquam interfuisse; non autem si dicant, se quidem præsentes fuisse, actorum autem non recordari. *c. 5. de probat.* quòd etiam per *testes extraneos* impugnari, imò & expugnari possit instrumentum, dummodo sint omni exceptione majores, & saltem duo, nec testes instrumentarii amplius sint in vivis, probatur *L. 14. C. de contrab. stipul.* Ratio est, quia probatio per testes secundùm se est veritati conformior & efficacior, quàm probatio per instrumentum. Quæ addi hic possent de *interpretatione* instrumentorum, *amissione*, *renovatione*, de iis videantur AA.

TITULUS XXIII.

De Præsumptionibus.

Q. 1. *Quid sit & quotuplex præsumptio?* Resp. ad 1. Præsumptio hoc loco est judicium de re dubia ex variis indiciis & concurrentiâ variarum rei circumstantiarum conceptum.

Resp. ad 2. Dividitur in præsumptionem hominis, & præsumptionem juris. *Præsumptio hominis est*, quæ à viro prudente, v. g. judice formatur, absque eo quòd eam jura *expressè & specificè* statuant. Atque hæc ipsa præsumptio hominis alia est levis, alia probabilis, alia vehemens & violenta, prout indicia, ex quibus nascitur, vel leviter tantùm alliciunt, aut fortiùs stringunt, aut denique constringunt. *Præsumptio juris* est, quæ nititur authoritate legis, nominatim aliquid ex certis indiciis colligentis, vel etiam pro vero habentis. Subdividitur hæc in *Præsumptionem juris tantùm*, dum jus aliquid præsumit, & tamdiu pro vero habet, donec vel contrarium probetur, vel *fortiore præsumptione* elidatur. Exempla hujus sunt in *c. ult. de restit. spol. in 6. c. fin. de presb. non baptiz. c. un. de desponsat. impuber. in 6. L. 6. ff. de his, qui sui vel alien. jur. &c.* Et in *Præsumptionem juris & de jure*, cùm Lex vel Canon ita aliquid præsumit, ut super tali præsumptione jus firmum statuat, exclusâ regulariter probatione in contrarium. Sic de jure *antiquo* ex concubitu sponsi cum sponsa

præ

præsumebatur matrimonium. *c. 30. de sponsal.* Vid. etiam *c. 6. de condit. appos. c. 21. de sponsal. L. fin. § fin. C. ad S. C. Maced. L. 23. C. ad S. C. Vell. L. 14. C. de non num. pec.*

Q. 2. Quomodo præsumptio differat à conjectura, indicio, fictione juris? Resp. 1. Præsumptio & conjectura secundùm magis tantum & minus differre videntur, dum præsumptio infert magis determinatum assensum, conjectura levem, aut potiùs suspicionem.

Resp. 2. Præsumptio ab indicio differt, ùt effectus à causa, cùm indicium sit notabile signum alicujus delicti vel alterius rei, de quâ dubitatur, ad veritatem cognoscendam inserviens. Porro indicia, & quæ in illis fundantur præsumptiones, desumuntur vel *ex qualitatibus*, quæ naturaliter insunt; sic minores inconsiderati, fœminæ inconstantes præsumuntur: Vel ex qualitatibus, quæ quidem aliunde adveniunt, regulariter tamen insunt: vel ex loco, tempore, favore juris, à præteritis, communiter contingentibus &c.

Resp. 3. differt etiam præsumptio à fictione juris. Primò enim præsumptio est aliqua probatio quam jus in re quapiam dubia ex indiciis desumit, fictio autum est certæ falsitatis pro veritate assumptio ex certa causa, & ad inducendum aliquem juris effectum. Exempla fictionis juris habentur passim, ùt in Tit. *de Cler. non resid. L. 62. ff. de R. I. L. 11. §. 1. ff. qui potior. in pign. &c.* Deinde præsumptio aliter locum non habet in

conſcientia, quàm ſi veritas ſubſit, fictio autem cæteris paribus etiam in conſcientia ligat. Engel *h. n. fin.*

Q. 3. Quam probandi vim habeant præſumptiones? Reſp. 1. Præſumptio levibus adeò & inſufficientibus argumentis concepta, ut prudentis animum movere non poſſint, nihil probat, ſed explodenda eſt juxta *can. 9. cauſ. 6. q. 1. c. 44. § fin. de ſent. excomm.* 2. Præſumptio probabilis, ſive *juris*, ſive *hominis*, ſemiplenè probat. *c. 44. cit. & c. 13. h. t.* 3. Si indicia & præſumptiones *vehementes* urgeant, in foro Canonico indici poteſt Reo purgatio Canonica *c. fin. §. ſanè. de jurejur. c. 4. de purgat. Can.* In foro autem Civili procedi poteſt ad torturam, *L. 11. §. 1. ff. L. 8. §. 1. C. de* QQ. Ad condemnationem tamen ex præſumptionibus etiam vehementibus nequit deveniri *in causâ criminali*, arg. *L. fin. C. de prob. c. 14. h. t.* 4. Si præſumptiones ſint *vehementiſſimæ*, ſive deinde ſint juris ſive hominis, ſi ortæ ex actibus delicto proximis, huicque ſemper ordinariè connexis, adeóque moraliter certis, tunc etiam in cauſis criminalibus ad pœnam ordinariam Judex poterit procedere, præſertim in criminibus occultis, & quæ ſunt difficilis probationis. *c. 10. & 12. h. t. c. 6. de conſ. mill. vel inut. c. 7. de hæret. in 6. L. 34. C. ad L. Jul. de adult.*

Q. 4. Quinam alii ſint effectus præſumptionum? Reſp. 1. Præſumptio hominis *probabilis tantum*, non quidem regulariter, ſed ubi judici vi-

ſum

sum fuerit, potest rejicere onus probandi in asserentem contrarium. Reiffenst. *h. t. n. 36.* Præsumptio *violenta* hominis transfert semper onus probandi in adversarium. *c. 3. de Presb. non baptiz.* Et multò magis præsumptio juris. arg. *c. 2. & 4. de prob.* Imò præsumptio naturalis, seu resultans ex iis, quæ naturaliter cuique insunt, transfert onus probandi in eum, qui aliquid huic præsumptioni contrarium asserit; uti juxta *c. fin. h. t.* præsumitur quis idoneus, nisi ostendatur contrarium, quod tamen intelligitur de idoneitate intrinseca, quacum quis nascitur. Abb. in *cit. c. ult. n. 7.* Limitationes vide apud Pirh. *h. t. n. 42.*

Resp. 2. Præsumptionis *juris & de jure* effectus sunt seqq. Ita habetur pro veritate, ut regulariter probationem in contrarium non admittat: impedit appellationem: non admittit juramentum ejus, contra quem stat: ex præsumptione juris & de jure ferri potest sententia. Schmalzg. *h. t. n. 11.* Quod ultimum etiam præsumptioni juris tantùm, si non fuerit elisa, convenit. *c. fin. de rest. spol. in 6.*

Resp. 3. Admittitur tamen contra præsumptionem juris & de jure 1. probatio *indirecta*, quæ scil. solùm ostendat, non adesse qualitates & circumstantias, ad hanc præsumptionem concipiendam à LL. requisitas. Exempla habet Leur. *h. t. Q. 742. n. 3.* Deinde etiam in casibus aliquibus *directa* probatio admittitur, v. g. quæ fit per notorium seu evidentiam facti in contrarium

ejus,

ejus, quod præsumitur ; quia præsumptio cedit veritati ; Vel quæ fit per confessionem propriam, saltem judicialem, illius, pro quo stat talis præsumptio. Ratio, quia nulla probatio manifestius veritatem detegit, quàm proprii oris confessio; vel quæ fit per testes & instrumenta ; vel si contra ipsam admissa est probatio, nec aliquid à parte oppositum.

TITULUS XXIV.

De Jurejurando.

§. 1.

De juramento in genere & de extrajudiciali.

Q. 1. *Quid sit juramentum in genere, & an licitum ? Resp.* 1. Juramentum est invocatio divini Nominis in testimonium veritatis. Ubi notandum, fieri id posse vel *explicitè*, vel *implicitè*, vel etiam *per signa*. Verba tamen juramentum continentia non sunt, *per fidem meam, sub fide Sacerdotali, sub fide mea nobili* ; quia nullo modo invocationem divini Nominis involvunt.

Resp. 2. Juramentum, si debitè fiat, honestum est & laudabile. Deuter. *6. v. 13. Ps. 62. Jer. 4. c. 26. h. t.* Ratio, quia juramentum est actus Religionis & Latriæ, quo cultus divinæ veracitati exhibetur. Ut autem ritè præstetur, tres comites habere debet juxta *Jerem. 4.* nim.

verita-

veritatem, *judicium*, *justitiam*. Latius habet hæc Engel *à n. 5.* & alii. Quò & id reducitur, non licere jurare utendo verbis in sensu diverso ab eo, quem intendit legitimè interrogans &c. Vide tamen dicta supra ad Tit *de Confess.*

Q. 2. Quotuplex sit juramentum? Resp. 1. Juramentum celeberrima divisione dividitur in assertorium & promissorium. *Promissorium* est, quo aliquid simpliciter, vel jam pactum ac promissum nos fideliter velle servare ac præstare, sub invocatione divini Nominis pollicemur. *Assertorium* est, quo DEus vocatur in testem assertæ vel negatæ veritatis, vel, quod idem est, quo quis aliquid esse, vel non esse asseverat. 2. Dividitur in *judiciale*, quod in judicio, & *extrajudiciale*, quod extra judicium editur. Judiciale subdividitur in juramentum *calumniæ*: *malitiæ*: *veritatis*: *credulitatis*; de quib. superiùs. Item in juramentum litis decisorium & in juramentum in litem. *Juramentum in litem est*, quo lis, sive res, de quâ in judicio agitur, æstimatur; estque vel juramentum *veræ æstimationis*, vel *affectionis*, vel *super interesse singulari*. *Juramentum litis decisivum est*, quod præstatur ab alterutra parte litigante litis finiendæ gratiâ, in defectu aliarum probationum. Si à parte parti defertur in judicio judice approbante, dicitur *judiciale voluntarium*, retento ideò adhuc *voluntarii* nomine, tum quòd non nisi â parte volente deferatur; tum etiam, quòd is, cui defertur, electionem habeat, an id præstare,

an

an adversario referre velit. Si juramentum ob defectum plenæ probationis alterutri parti litigantium per judicem, sive ex officio, sive ad instantiam defertur ad indagandam veritatem, dicitur *necessarium*; quod iterum duplex est, *suppletorium* scil. & *purgatorium*.

Q. 3. *Quid de Juramento extrajudiciali assertorio observandum? Resp.* 1. Per hoc juramentum rei tantùm præsentis vel præteritæ veritas asseritur, super futuris verò jurare non tam ad juramentum assertorium, quàm promissorium, pertinet. *L. 4. Tr. 3. c. 4. n. 4.* 2. Differt juramentum assertorium à promissorio, quòd in isto Deus tantùm vocetur in testem, in promissorio autem in fidejussorem, dum petitur à Deo, ut ipse suâ præsentiâ promissioni factæ præstet authoritatem, quòd promittens rem, quam promisit, sit executurus. 3. Defectus *veritatis* in juramento assertorio, cadente licèt super re leviſſima, semper constituit peccatum grave, nisi fortè adsit defectus libertatis. Ratio, quia invocare Deum in testem falsi cujuscunque est graviſſima illius injuria. Defectus *judicii* in eo situs, quòd desit honesta & utilis causa jurandi, præcisè consideratus culpam venialem non excedit. Defectus *justitiæ* sumitur inde, quòd juramentum ùt instrumentum & firmamentum adhibeatur ad finem vel mortaliter vel venialiter pravum.

Q. 4. *Ad Juramentum promissorium quid requiratur, & ad quid obliget? Resp.* 1. Duplex ad illud veritas requiritur, una *intentionis* ad faciendum

endum aliquid vel non faciendum, quam jurans habere debet de præsenti ; altera *executionis*, seu veritas facti, & impletionis illius, quod se facturum promisit.

Resp. 2. Tres sunt regulæ in Jure Canonico proditæ ratione hujus juramenti. Prima *c. 8. 28. h. t. & c. 2. de pact. in 6.* quòd scil. omne juramentum absque peccato servabile sit servandum; unde & juxta *c. 6. h. t.* juramentum solvendi usuras; & juxta *c. 4. de his, quæ vi.* à contrario arg. Juramentum Usuras solutas non repetendi; & juxta *cit. cap.* juramentum metu, etiam injusto, extortum, valet & obligat. secunda *c. 18. h. t.* quòd obligare nequeat juramentum ad rem illicitam & jure prohibitam; quia non potest esse vinculum iniquitatis ; unde sequitur, juramentum super re illicita factum, dum ea mutatis postea circumstantiis redditur licita, non convalescere, nec ad opus illud obligare posse. *Reg. Jur. 18. in 6.* Nec ad deobligandum hoc in casu jurantem opus esse relaxatione. Item sequitur, juramentum vel super re prohibita Lege naturali, vel lege positiva, cujus transgressio importat *culpam, Theologicam*, non obligare. Vide Pichler *h. n. 37.* Imò materia juramenti promissorii nequidem esse potest materia indifferens, aut majoris boni impeditiva, *si fiat soli Deo.* Ratio, quia tale juramentum DEus non censetur acceptare, tertia Regula est *c. 58. de R. I. in 6.* quòd juramentum contra bonos mores præstitum obligatorium non sit. Ubi tamen id notandum, quòd

jura-

juramentum homini factum de re licita, se
ob malum finem ab eo obtinendum, ante ob
tentum finem non obliget, sed sit retractandum
obtento autem fine obliget. Ratio, quia ipsa
executio promissionis contra bonos mores non
est.

*Q. 5. Quæ & qualis sit obligatio, quam induc
cit juramentum promissorium? Resp.* 1. Si res d
quâ juratum est, sit gravis, ad sui impletionem
juramentum promissorium sub gravi; si res sit le
vis, sub levi; si res sit illicita, sub nullo pecca
obligat. Ratio primi, quia in re gravi gravite
contemnitur authoritas DEI. Ratio secundi et
eadem, quia si semel cum animo implendi jura
tum, inducitur tantùm obligatio implendi rei
juratam, quæ obligatio proportionata esse debe
Ratio tertii patet ex dictis.

Resp. 2. Obligatio juramenti promissorii qu
juramenti est obligatio Religionis & personalis
Ratio, quia jusjurandum quà tale est actio per
sonalis, & obligatio voluntariè assumpta ex vir
tute Religionis. Sequelas hinc plures deduci
Leur. *h. t. Q. 784.* 2. Obligatio juramenti
quà promissionis acceptatæ ab homine est obliga
tio justitiæ & realis, consequenter transiens ad
hæredes jurantis *c. 14. h. t. L. 9. ff de pro*
Ratio, quia proùt juramentum est promissio, &
quidem acceptata, ita est pactum vel contractus
inducens obligationem justitiæ, quæ transit ad
hæredes. 3. Obligatio juramenti respectu illius,
cui juratur, est realis, ita ut jurans etiam obliga
tur

tur ejus hæredibus obligatione propria juramenti. *cit. cap. & L.*

Q. 6. Quam vim habeat juramentum promissorium confirmandi contractus? Resp. 1. Si juramentum adjiciatur contractui *valido* jam antea & firmo, eum servandi obligatio est ex duplici titulo, sed tamen talis contractus juridicè non dicitur esse firmatus juramento.

Resp. 2. Si contractus *Lege humanâ* aliàs sit irritus, illique adjiciatur juramentum, probabilius est firmari, *intrinsecè* etiam, contractum, ut ultra obligationem Religionis, quam habet vi juramenti, etiam obligationem justitiæ inducat. Auth. *Sacramenta puberum. C. si. adverſ. vendit. c. 28. de jurejur. c. 2. de pact. in 6.* ex quibus textibus colligitur, cum jura sæpe voluerint, contractus ita firmari juramento, ut habeantur iidem effectus, acsi omni jure essent validi, debuisse etiam admisso juramento ponere eam causam, à quâ solent aliàs manare hi effectus, quæ causa alia non est, quàm valor contractûs. Deinde. Potuerunt LLres velle, ut contractus aliàs Lege humanâ irriti firmarentur juramento; atqui ita eos voluisse ex *cit. cap.* colligitur; ergo. Tollunt itaque LLres ob reverentiam juramenti impedimentum, quod obstabat, ne pareretur obligatio civilis, quod impedimentum erat inefficacia contractûs.

Resp. 3. Non tamen omnes contractus jure positivo irriti firmantur juramento; excipiuntur enim 1. contractus principaliter irritati ob

utilitatem publicam. *L. 7. ff de pactis.* 2. Contractus turpitudinem continentes ex parte obligantis, in cujus favorem juratur. 3. Quando juramentum directè vergit in præjudicium tertii *c. 28. h. t.* 4. Quotiescunque juramentum absque peccato jurantis servari non potest. Ratio quia nullum est tale juramentum, adeóque & vim nullam habet.

Resp. 4. Non etiam potest contractus contra primum juramentum factus, si per se & absque juramento sit invalidus, firmari juramento secundo; v. g. juras, te non alienaturum fundum dotalem, & deinde contra hoc juramentum alienas, cum juramento non contraveniendi alienationi, hæc alienatio non firmatur. Ratio, quia juramentum posterius, cùm sit perversum & confirmatorium criminis perjurii, non potest obligare contra juramentum prius, ne sit vinculum iniquitatis.

Q. 7. Quomodo cesset obligatio juramenti? Resp. 1. Cessat *irritatione*, quæ est actus, quo superior omnino aufert obligationem à subdito. Irritatio spectat ad potestatem dominativam, (quæ competit vel in ipsam personam jurantis, vel in materiam juratam) & ad sui valorem nullam requirit causam. Qui irritare possunt vota, uti patet, Prælatus, maritus, iidem irritare possunt juramenta *DEO facta*: similiter omnes, qui potestatem dominativam habent, irritare etiam possunt juramenta suorum subditorum in materia sibi subjecta. Ita comm.

Resp.

Resp. 2. Cessat obligatio juramenti *relaxatione*, sive *dispensatione*, quæ est exemptio ab obligatione juramenti, & spectat ad jurisdictionem in subditos. Dispensare possunt in juramentis soli DEO factis, vel homini quidem, *cui tamen jus quæsitum necdum est*, Papa, & plerumque Episcopus &c. pro foro interno, neuter autem sine justa causa, quæ ad ipsum dispensationis valorem requiritur. Ita comm. Quid superior laicus possit circa relaxationem juramentorum, habet Leur. *h. t.* Q. 803.

Resp. 3. Cessat obligatio juramenti *remissione*, dum is, in cujus utilitatem juratum, obligationem sponte condonat; facta enim tali obligationis remissione, & ipsa juramenti obligatio cessat tanquam accessoria, sublatâ principali.

Resp. 4. Commutatione obligatio juramenti non extinguitur, sed in aliam transfertur; potestque quilibet authoritate propria juramentum à se præstitum DEO in aliud *evidenter* melius commutare. *c. 3. h. t.* In favorem & utilitatem privatam hominis præstitum commutari non potest, etiam in melius, sine ejus expresso vel tacito consensu. Ratio, quia non semper gratius est promissario, quod melius.

§. 2.

De Juramento judiciali.

Q. 1. *Quidnam ratione hujus §. prænotandum* Resp. Quod supra monebatur, scil. jura-mentum judiciale accipi dupliciter, *genericè*, pro-ut dicit omne juramentum in judicio præstitum vel judice, vel parte deferente; & *specificè*, pro-ut dicit juramentum *voluntarium* à parte parti de-tum judice approbante; cui & opponitur jura-mentum *necessarium*, vel *suppletorium*, quod à Ju-dice Actori, vel *purgatorium*, quod Reo defer-ob inopiam probationum.

Q. 2. *Quis juramentum judiciale specificè sum-ptum, sive judiciale voluntarium deferre possit, & a Reo actor, qui nihil probavit?* Resp. ad 1. Omn-potest deferre juramentum hoc, qui habet rem-suarum administrationem, & non tantùm Actor Reo, sed & hic Actori, sive sit causa civilis, sive criminalis. Ratio, quia Jura indistinctè loquun-tur, dum facultatem deferendi juramentum con-cedunt. Neuter tamen potest illud deferre in causa matrimoniali, vel Professionis Religiosæ, dum agitur de iis dissolvendis. arg. *c. fin. de transact. c. 2. de transl. Episc.*

Resp. ad 2. Actor Reo deferre juramentum ju-diciale voluntarium non potest, dum is nihil probavit; adeóque Reus in tali casu nec ad præ-standum, nec ad referendum juramentum tenebi-tur. *c. fin. §. sanè. h. t. L. 4. C. de edend.* Ra-

tio

tio esse potest, quia Reus, dum Actor plenè probavit, non permittitur insuper ab eo exigere juramentum. *c. 2. de probat.* ergo viciſſim, ſi actor nihil probavit, permitti non debet petere juramentum à Reo, quo hic probet ſuam innocentiam.

Q. 3. An juramentum judiciale ſpecificè ſumptum neceſſariò præſtandum à parte, cui defertur?

Reſp. Neg. ſed referri poteſt regulariter, non tamen omnino recuſari absque juſta cauſa. *L. 9. L. 12. §. 1. C. de reb. cred. L. 34. §. 6. L. 38. ff. h. t.* Cauſæ recuſandi juſtæ ſunt, ſi is, cui defertur, verſetur in ignorantia facti alieni. *L. 34. in princ. ff. h. t. L. 11. §. 2. ff. rer. amot.* Si deferens nolit jurare de calumnia. Si deferatur à judice incompetente. *L. 35. §. fin. ff. h. t.* Si deferens revocavit, & rurſus conferre vellet. *L. 11. C. de reb. cred.* Imò, juxta multos, ſi is, cui defertur, aliunde ſuam velit cauſam probare. *c. 2. de prob.* videatur tamen Engel *hìc n. 27.*

Q. 4. Quis ſit effectus juramenti judicialis ſpecificè ſumpti? Reſp. 1. Delati effectus eſt, quòd vel præſtari debeat vel referri, juxta dicta. *Deinde* delatum & acceptatum revocari à deferente non poteſt. *L. 75. ff. de R. I. L. 5. C. de O. & Act.*

Reſp. 2. Delati & præſtiti effectus eſt victoria, quam obtinet jurans, ita ut etiam ſententia ferenda ſit. Ratio, quia hujusmodi juramentum complet probationes, ut quæſtio deinceps non ſuperſit. *L. 5. §. 2. L. 9. §. 1. ff. h. t. L. 11.*

§. fin. C. de reb. cred. 2. A sententia ad præstationem juramenti judicialis latâ appellari *regulariter* non potest, nec causa sic decisa retractari, *L. 31. ff. h. t.* 3. Notat tamen Engel *hìc in 32.* probabilius & æquius esse, juramentum judiciale propter perjurium posse retractari per *L. fin. C. de reb. cred.*

Q. 5. An judex juramentum necessarium teneatur deferre & cui? Resp. 1. Juramentum *necessarium*, quod scil. alterutri parti in supplementum probationis imponitur, præstandúmque est necessariò ab eo, cui defertur, tenetur judex, non tantùm si partes petant, sed etiam ex officio deferre *L. 3. C. de reb. cred.* ob λν *oportet.* 2. Debet tamen negotium esse semiplenè probatum, uti habetur casus in *c. 3. de Procur.* Ratio, quia juramentum supplet probationem, & facit plenam. 3. Debet insuper persona, cui defertur, esse legalis, & quæ possit pacisci: item lis dubia; semiplena probatio; parvitas causæ; ubi tamen vide Pichl. *h. n. 22.* præsentia, vel saltem citatio partis adversæ &c.

Resp. 2. Si Actor semiplenè probavit suam intentionem, Reus nihil, deferendum est Actori, Ratio, quia in supplementum probationis defertur. Si uterque semiplenè probavit, defertur Reo; quia hujus favorabiliores sunt partes, *c. 3. de prob. L. 125. ff. de R. I.* Si Actor plenè probavit, Reus non admittitur ad juramentum, cùm stari debeat plena probatione, *c. 2. de prob.* Si Actor non probâsset semiplenè, &

Reus

Reus omnino nihil; si tamen Actor aliquam pro se præsumptionem attulerit, *potest* Reo juramentum *purgatorium* deferri; si verò nec hanc attulit, Reo non potest deferri juramentum, sed absolvendus est. Schmalzgr. à *n. 43. hìc.*

Q. 6. Quis sit effectus juramenti necessarii? Resp. Purgatorii, de quo ad *Tit. de purg. Can.* effectus est purgatio suspicionis. *Suppletorii* tantùm *delati* effectus est absoluta necessitas illud præstandi; nec enim absque justa causa recusari potest, vel adversario referri *c. fin. h. t. L. 12. §. 1. & 2. C. de reb. cred.* Effectus *delati & præstiti* est, ut probationem imperfectam integret & perficiat, *c. & L. cit.* Sententia tamen lata pro eo, qui probationem complevit per juramentum, ita firma non est, ùt aliæ sententiæ. Ratio, quia potest post decendium, ab eodem etiam judice rescindi & retractari propter instrumenta noviter reperta. *L. 31. ff. h. t.*

De *juramento in litem* videatur *Tit. ff. de in litem jur.*

TITULUS XXV.

De Exceptionibus.

Q. 1. Quid & quotuplex sit exceptio? Resp. ad 1. Exceptio, prout est hujus loci & strictè accepta, est exclusio actionis, quam Actor contra Reum in judicium deducit.

Resp. ad 2. Alia est exceptio *facti*, quâ Reus repellit Actorem nullo jure agentem, ùt si quis agat ex empto ad equum tradendum, cùm emptio nunquam præcesserit. Alia *Juris*, quâ Reus excludit actionem ipso quidem jure competentem, sed cujus nomine iniquum sit Reum condemnari. Item alia est exceptio *Realis*, uti est exceptio rei Judicatæ, doli mali, quod metûs causâ; alia *personalis*, quæ non causæ, sed personæ intuitu datur; talis est exceptio *competentiæ*, quam certæ personæ habent. *L. 7. ff. h. t. L. 12. & 13. ff. solut. matr. L. 21. ff. de pactis.* Celeberrima divisione exceptio dividitur in *Peremptoriam*, seu *Perpetuam*, quæ jus Actoris omnino perimit, actionem penitus tollit, semperque & perpetuo obstat: v. g. exceptio contractûs invalidi, pacti de non petendo, transactionis, rei judicatæ, &c. *§. 9. Inst. h. t. L. 3. princ. ff. eod.* Et in *dilatoriam*, quæ principalem causam & actionem non perimit, sed tantùm differt ad tempus. *§. 10. Inst. h. t.* ùt si judex dicatur incompetens; si Procurator negetur habere mandatum, si Reus conqueratur se spoliatum &c.

Q. 2. A quibus proponi debeant & possint exceptiones? Resp. 1. Ut sortiantur effectum, debent proponi à Reo in judicio *L. 9. C. h. t. c. 4. eod.* Judex exceptionem, licèt sibi notam, ex officio (*regulariter ob L. 24. & 27. C. de Procurat.*) supplere non tenetur. arg. *L. 11. C. de appell.* Ratio, ne videatur judicis officium deponere & advocati in se suscipere.

Resp.

Resp. 2. Exceptiones *reales* etiam à Reorum hæredibus opponi possunt: quia hi in universum illorum jus succedunt. *L. 11. ff. de diverſ. temp. præſcript.* Exceptiones etiam reales Reis competentes fidejussoribus eorum prosunt. *§. 4. Inst. de replicat.*

Resp. 3. Exceptiones à Reo excommunicato, etiam excommunicatione majori, possunt opponi *c. 5. h. t.* Ratio, quia exceptio habet rationem defensionis, quæ excommunicato neganda non est. Perinde est, sive exceptiones in scriptis, sive viva voce proponantur. AA. comm.

Resp. 4. Potest quis ad excludendam unam actionem uti pluribus exceptionibus, etiamsi diversæ sint. *L. 8. ff. h. t. c. 20. de reg. jur. in 6.* Ratio, quia nemo prohibetur uti pluribus defensionibus. In Camera tamen Imperiali, licèt contrarium sit de jure communi *L. 8. & 9. C. h. t.* omnes exceptiones non successivè, sed simul proponendæ. Ord. cam. *p. 3. tit. 34. & 37.* idem obtinet vi *Recess. Imper. de Anno. 1654. §.* es soll auch hinführo

Q. 3. Exceptiones dilatoriæ quando opponendæ?

Resp. 1. Jure communi *regulariter* ante litis contestationem. *L. 12. & 13. C. h. t. L. 40. §. 3. ff. de Procurat. c. 20. de sent. & re jud.* Ratio, quia hæ dilationes opponuntur ad judicium differendum, ejúsque ingressum impediendum; ergo. Exceptiones judicis personam respicientes debent ante omnem actum opponi, ne aliàs reus videatur in Judicem consensisse.

Resp. 2. Dantur casus, in quibus exceptiones dilatoriæ post L. C. opponi possunt: & 1. quidem, si exceptio primùm superveniat post litem contest *L. 11. §. 8 ff. de interr. in jure faciend.* Si exceptio ante L. C. opponi quidem debuisset sed post eam modò innotuerit, idque Reus possit juramento testari. *c. 4. h. t.* quod cap. hic notandum. 3. Vel si antea quidem innotuit, sed tum probari non poterat, acquisitâ postmodum facultate probandi. arg. *c. 4. de elect. in 6.* 4. Si exceptio priùs omissa statim & in continenti post L. C. opponatur, aut post lapsum terminum *L. Lecta. 40. ¶. dicebam. ff. de reb. cred.* 5. Sic exceptiones dilatoriæ sint tales, ùt judicium & retroacta annullent, ùt si excipiatur, quòd Procurator sine mandato egerit, neque Dominus velit ratum habere. *L. 24. C. de Procur.* 6. Exceptio excommunicationis majoris in quacunque parte judicii dilatoriè opponi potest, licèt Reus malitiosè distulerit exceptionem istam formare. *c. 12. h. t. c. 1. eod. in 6.*

Q. 4. Exceptiones peremptoriæ quando proponendæ? Resp. 1. Hodie regulariter à tempore litis contestatæ opponi possunt, usque ad sententiam definitivam, non post eam. *L. 4. 8. 9. C. h. t. c. 1. de lit. contest. in 6.* 2. Casus in quibus exceptiones peremptoriæ, etiam post sententiam opponi possunt, sunt: Si opponitur *exceptio nullitatis* sententiæ ex quacunque causa. Si opponitur exceptio, quæ sententiam rescindit, ùt exceptio, restitutionis in integrum. *L. 36. ff. de minor.*

nor. Vel quæ ſententiam non quidem oppugnat, ſed tamen executionem impedit aut moderatur, v. g. exceptio S. C. Maced. Vellej. exceptio non numeratæ pecuniæ, competentiæ &c. *L. 11. ff. ad S. C. Maced.*

Q. 5. Quale remedium competat Actori contra exceptionem Rei? Si exceptio à Reo oppoſita Actori videatur inſufficiens ad actionem ſuam excludendam, is ſe tuebitur *replicatione*; quodſi hæc replicatio juſta & efficax non videatur, à Reo ad eam elidendam *duplicatio* opponitur: quæ ipſa etiam per *triplicationem* ab Actore; & hæc per *quadruplicationem* à Reo oppugnari poteſt. Ulteriùs ne lites nimiùm protrahantur, non proceditur, niſi fortè ex gravibus motivis, ſed debet in cauſa concludi.

Q. 6. Quis finis ſit & effectus exceptionis? Reſp. 1. Finem exponit Imp. *princ. Inſt. h. t.* 2. Effectus exceptionis eſt, quòd *dilatoria*, ritè probata, liberet ab obſervatione judicii; *peremptoria* verò liberet penitus excipientem ab inſtituta actione, &c. Deinde, quòd Reus excipiendo fiat actor ſecundùm quid. *L. 1. ff. h. t.* Reus tamen excipiens ſi deficiat in probatione ſuæ exceptionis, per ſe non cenſetur fateri intentionem Actoris, modò purè excipiat *c. 63. de R. I. in 6. c. 6. h. t. L. 9. ff. eod.* De exceptionibus in ſpecie agit *h. t.* Leur. *à Capite II. Q. 872.* uſque ad finem Tituli, quem vide.

TITU-

TITULUS XXVI.

De Præscriptionibus.

Q. *1. Quid sit præscriptio? Resp.* 1. Est quisitio dominii vel alieni juris perem per continuationem possessionis tempore & m do à LL. definito. Olim erant variæ inter p *scriptionem & usucapionem* differentiæ, hodie o nes sublatæ sunt. *L. un. C. de usucap. transfor* Differt tamen etiamnum vel maximè præscrip à *Consuetudine*, ùt ad Tit. de *Consuetud.* dictu Præterea modus in hac materia loquendi no dus; dum enim per præscriptionem acquisit est jus novum adversus alterum, *Accusativo* u mur; v. g. *hanc rem, servitutem, usumfr. præscri* Quodsi extinctum est jus alterius per præscrip nem, *Dativo* utimur; v. g. *obligationi*, *alien servituti præscripsi.*

Q. *2. Quotuplex sit præscriptio? Resp.* Præ scriptio *ratione effectûs* dividi potest in *positiva* quâ uni acquiritur jus aliquod & alteri auferu & in *privativam*, quâ quidem uni, contra quem præscribitur, aufertur vel potiùs extinguitur ju nullum tamen inde transit in præscribentem pri prie & positivè, sed tantùm immunitas aliqu & liberatio acquiritur. *Ratione temporis*, alia *ordinaria*, seu præscriptio *brevis & longi tempo* quæ scil. tempori ordinario completur, triennii in rebus mobilibus, decennio vel vicennio in im mobilibus. Alia *extraordinaria* seu *longissimi tem-*

poris,

poris, quod sunt 30. vel 40. anni. Et ad hanc pariter spectat præscriptio 60 80. & 100. annorum, dicta *Centenaria*. Differt hæc à præscriptione *immemoriali*, utpote ad quam non requiruntur determinatè anni centum, nec requiritur, ut non constet, v. g. ex documentis de contrario, sed sufficit, modò nemo hominum actu existentium sciat initium possessionis ad talem præscriptionem requisitæ. Engel ad *Tit de decim. n. 3.* Probari potest præscriptio immemorialis potissimùm per testes, qui per 40. annos se ita vidisse vel audivisse à suis Majoribus deponant; vel saltem affirment, à nemine ex Majoribus se audivisse contrarium, vel quo tempore observatio, usus, possessio initium sumpserit. *L. 28. ff. de prob. L. 2. §. 3. & 5. ff. de aq. & aq. pluv. arc. L. 3. §. 4. ff. de aqua quot. & æst.* Vide Pichl. in Thesib. inscriptis, *Casus Juridici*. Casu secundo.

Q. 3. Unde orta & in quem finem introducta sit præscriptio? Resp. 1. Quoad *substantiam* & originem suam est juris gentium. Ratio, quia præscriptionem plures gentes quà tales mutuâ sibi obligatione impositâ ad bonum suum commune observant: Item, quia exigit tranquillitas gentium, ut dominia rerum sint certa, dicendum, gentes præscriptionem quoad substantiam introduxisse. Quoad præsentem verò formam & determinationem certi temporis, præscriptio est juris Civilis primitus, & dein Juris Canonici. Ita omnes.

Resp.

Resp. 2. Finis introducendæ præscriptio fuit varius. 1. Utilitas publica, quæ exigit, ne dominia rerum semper sint in incerto, & possessio in perpetuo timore amittendi iterum res suas *L. ff. de usurp. & usuc.* 2. Præcisio litium circa rum dominia aliàs oriturarum. *L. ult. ff. pro* 3. Ut diligentia hominum in cura rerum suarum acueretur. &c.

Q. 4. Quis sit effectus præscriptionis? Resp. Effectus generalis *omnis* præscriptionis legitimæ est acquisitio pleni & irrevocabilis dominii rei præscriptæ, aut ablatio juris ab altero, vel liberatio ab obligatione. Patet ex utroque jure, liberatio est, quia si hæc non conferret præscriptio, non tolleretur incertitudo dominiorum, non consuleretur possessorum securitati, non obviaretur litibus, &c. ergo. 2. Non tantùm dominium utile, sed etiam directum transfertur per præscriptionem; quia jura indistinctè loquuntur, & simpliciter transferunt dominium. *L. 4. C. de præscript. 30. vel. 40. annor.* 3. Hinc sequitur, qui rem præscriptam domino pristino per errorem restituit, putans, se ad id obligatum, possit eam tanquam indebitè datam vindicare. *tot. tit. ff. & C. de condict. indeb.* 4. Isti effectus procedunt etiam quoad forum internum. Ratio, quia præscriptio utroque Jure est approbata. *Princ. Inst. de Usucap. L. 3. ff. de Usurp. c. fin. h. t.* Deinde quia id ad ejus finem quàm maximè necessarium est. Demum possunt LL. ex dominio alto & ratione boni publici transferre dominium

rei

rei ab uno in alterum etiam in conscientia, quemadmodum privati id possunt per mutuas pactiones, ergo cùm significent sufficienter, se transferre, transferunt verè & absolutè etiam pro foro interno.

Q. 5. *Quinam possint præscribere, & contra quos?* *Resp. 1.* Omnes, quotquot possessionis & dominii capaces sunt, possunt præscribere. *L. 3. & 23. ff. de usurp. & usucap.* 1. De quo dubitari poterat, *filiusfam.* quoad bona Castrensia, adventitia. *L. 4. ff. h. t.* quoad profectitia usucapere potest quoad actum & factum usucapiendi, non autem quoad jus ex usucapione resultans; cùm hoc statim acquiratur patri. *§. 1. Inst. per quas pers. 2. Pupillus*, etiam sine authoritate Tutoris, præscriptionem inchoare, continuare, complere potest. *L. 4. §. 2. ff. h. t. Furiosus*, licèt enim nequidem cum Curatore possit inchoare præscriptionem, quia possessionem nequit acquirere. *L. 1. §. 3. ff. de acq. poss.* Si tamen tempore sanæ mentis possessionem cœpit, continuare & complere præscriptionem potest. Ratio datur *L. 44. ff. h. t.* 4. Uti possidere, ita etiam usucapere quis potest per alium. *L. 8. 27. 28. ff. h. t. juncta. L. 1. & 44. ff. de acq. poss.*

Resp. 2. Pich. *h. t. n. 89.* dat hanc regulam, quòd præscribi nequeat contra personas, quæ in judicio stare, agere, jura sua tueri, vel bona administrare non possunt, quia impedimento juris sive intrinseco sunt constrictæ, uti sunt pupilli, filiusfam. quoad adventitia &c. Secus

con-

contra eas, quæ habent impedimentum facti ab extrinseco, ùt sunt absentes, ægroti &c. quòd his tamen beneficium restitutionis concedatur. *tot. tit. ff. & C. ex quib. caus. mai.* quod ubimum saltem de praxi juxta nos procedit, non de jure. Vide tit. *de restit. Q. 4. Resp. ad 2.*

Q. 6. Quænam sint requisita ad præscriptionem?
Resp. 1. Ut sit res apta præscribi. 2. Bona fides. 3. Justus titulus. 4. Possessio legitimo tempore continuata. Comprehendi possunt seqq. Versu: hæc requisita:

Sit res apta, fides bona, sit titulus quoque justus
Possideas justè, completo tempore legis.

Q. 7. Quænam res aptæ sint præscribi vel non sint?
Resp. 1. Res, ut præscribi possint, debent esse *alienæ*, sive deinde mobiles sint, sive immobiles, corporales aut incorporales, modò non specialiter excipiantur. *Princ. Inst. h. t. L. un. C. de usucap. transform.*

Resp. 2. Res eæ omnes præscribi non possunt, quæ vel ex natura rei, vel LL. dispositione nequeunt sub alicujus possessione aut dominio esse. Ratio, quia præscriptio est adjectio dominii, ergo. Sic 1. ex *natura suâ* liber homo, res sanctæ, Religiosæ, Sacræ, & ad cultum DEI immediatè deputatæ, v. g. templa, monasteria, cœmeteria, reliquiæ, Ss. calices, nullo tempore præscribuntur. *§. 1. Inst. de usucap. L. 9. ff. eod.* quia in Dominio privatorum non sunt. 2. nec res publicis usibus deputatæ, ùt forum, via publica, pontes, theatra unquam præscribi possunt. *L. 9. ff. h. t. L. 6. C. de oper.*

oper. publ. 3. Nec hæreditas vel alia res communis ante divisionem; nec res meræ facultatis præscribi possunt. Ratio primi, quia talis hæreditatem non suo, sed omnium aliorum nomine possidet. Ratio secundi, quia hujusmodi res, cum sint meri facti, juris nihil ponunt. 4. à Laicis non jura Ecclesiastica; quia à Laicis possideri nequeunt. *c. 7. h. t.* Huc etiam spectat, quòd jus decimandi Ecclesiasticum post Conc. Later. à Laicis nunquam, ne tempore immemoriali quidem præscribi possit. Ratio, quia Laici hoc jus possidere non possunt. *c. 15. 17 & 25. de decim.* 5. Ex *jure positivo* simpliciter prohibentur præscribi limites Parochiarum & Episcopatuum, modò sufficienter constet, illos fines præfixos. *c. 4. de Parochiis.* 6. Jura Majestatis. *L. 6. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* 7. Jura subjectionis & obedientiæ. *c. 12. & 16. h. t.* Res pupillares. *L. 3. C. de præscript. 30. vel 40. annor.*

Q. 8. Quænam porro non sint præscriptibilia, &c. An juri tuendi pignoris præscribatur? Resp. Neg. præter plures rationes ista est, quia in tali præscriptione *possessio*, *bona fides*, *& justus titulus* deficeret. Deinde, *An præstationibus annuis præscribi* possit, ut emphyteuta v. g. qui per 30. annos canonem non solvit, nec à Domino directo interpellatus est, libertatem à solutione canonis in tempus futurum præscribat? *Resp.* Singulorum tantum annorum singulæ præscriptiones sunt, ita ut duntaxat præstationes præscribantur, respectu quarum 30. anni lapsi sunt, non verò futuræ *L. 7. §. 6. C. de præscript. 30. vel 40. annor. L. 28. ff.*

quib. mod. usufr. amitt. Ratio, quia tot debent e
præscriptiones, quot sunt actiones, atqui sing
lis annis nascitur nova actio, ergo & opus est n
va præscriptione. Item. Præscriptio sine poss
sione non currit, quod tamen fieret. Demu
An debitis possit præscribi? Resp. Numquam à de
tore debito pecuniario personali, v. g. mutui a
cepti præscribi potest. Ratio, quia talis hab
nequit bonam fidem, se justè possidere jus n
solvendi; licèt creditor non exigat solution
quia terminus elapsus admonet solutionis. *L.*
C. de contrah. stip. licèt etiam debitum indefinitè
contractum, quia manet & est semper obligat
solvendi, saltem post illud tempus, quod ex co
suetudine & usu communi in istiusmodi solut
nibus observari solet. Pich. *h. t. n.* 51.

Q. 10. *Quid sit bona fides, & an ad præscrip*
nem requiratur? Resp. 1. *Bona fides* est judicium
quo quis prudenter & inculpabiliter judicat, re
quam possidet, esse suam, aut se non agere co
tra jus alterius rem possidendo, vel aliquid age
do, aut omittendo. Si hoc judicium ex positi
vo & probabili fundamento procedat, est fides
positivè bona; si quis ignorat aut negativè dubitat
num res possessa sit sua, est fides *negativè bona*.
Porro dicitur *negativè* dubitare, qui vel nullam
vel non sufficientem habet rationem judicandi
rem illam esse suam, aut se non agere contra jus
alterius; *positivè* autem, qui habet. Utrumque
dividitur in speculativum & practicum: *specula*
tivum est, dum quis in genere dubitat, an res
quam

quam possidet, vel vult possidere, sit sua, an aliena. *Practicum*, cum dubitat, an in his circumstantiis possit licitè retinere rem, de qua dubitat, an non sit aliena.

Resp. 2. Ad omnem præscriptionem tam inchoandam, quàm continuandam bona fides requiritur. *c. 5. 17. & fin. h. t. c. 2. de R. I. in 6.* Unde patet, Jus Civile præscriptionem cum m. f. admittens à Canonico esse Correctum.

Q. 11. An & quale dubium obsit bonæ fidei? Resp. 1. Ad inchoationem præscriptionis negativè bona fides non sufficit, sive non potest inchoari præscriptio cum dubio speculativo, sed requiritur fides positivè bona. Ratio, quia qui non habet rationem judicandi, rem ad se potiùs pertinere, quàm ad alium, non potest eam sibi licitè præ alio usurpare, neque enim melior est ejus conditio, quàm alterius, ergo malam in hoc casu fidem habet, ergo.

Resp. 2. Dubium speculativum præscriptioni b. f. cœptæ superveniens non impedit continuationem præscriptionis. *can. 5. caus. 34. q. 2.* Ratio, quia volens ita præscribere judicium sibi moraliter certum formare potest, meliorem esse suam possidentis conditionem, quàm extranei.

Q. 12. An & qualis ignorantia obstet bonæ fidei ad præscriptionem requisitæ? Resp. 1. Ignorantiæ facti non obest b. f. *L. 4. ff. de Jur. & fact. ignor.* 2. Nec obest ignorantia invincibilis juris dubii; quia jus dubium jus non est. 3. Ignorantia tamen *juris clari* obest in præscriptione *ordinaria*;

L. 4. cit. & L. 31. ff. de usurp. nisi sit juridicè [illegible] culpata, qualis censetur esse in militibus & Min[illegible] rennibus. *L. 9. princ. & §. 1. ff. de jur. & fact. ignor.*

Q. 13. *An semper obstet bonæ fidei scientia juris alieni? Resp. 1.* Scientia juris alieni impedit bo[illegible] nitatem fidei ad præscribendam obligationem quæ ordinatur ad aliquid à te agendum, v. g. reſti[illegible] tuendum, solvendum ex mutuo, empto &, v[illegible] ad omittendum, v. g. ad omittendam venationem in alieno prædio. Ratio, quia tale jus obligat quoscunque pro semper & absolutè ad non po[illegible] nendos actus aut omissiones huic juri contrarios. Huc etiam pertinent obligationes, quæ habentur ex servitutibus urbanis.

Resp. 2. Scientia juris alieni non obstat bonæ fi[illegible] ti fidei, sive præscribendæ obligationi, quæ sit ad sustinendum aut patiendum aliquid, quod actor vel imponere potest, vel exigere; sic obligatio[illegible] nes ex LL. pœnalibus ortæ extingui possunt à de[illegible] linquente, etiam sciente se ad pœnam teneri; qui non tenetur ipse urgere pœnam, sed subire tan[illegible] tùm, si imponatur; ubi ergo exacta non fuer[illegible] tempore à LL. ad præscribendum definito, contra eam præscribet. Idem dicendum de servitutibus rusticis, conformiter. *L. 10. 19. & 20. ff. quemadm. serv. amitt. &c.*

Q. 14. *An bona fides unius prosit, & an mala fides unius obsit alteri? Resp.* Bona fides Authoris, id est, illius, qui rem priùs possessam alteri tradit, prodest successori tam singulari, quàm uni-

universali, eandem rem b. f. possidenti, ita ut accessione temporis uti possit. §. 12. & 13. *Inst. de usucap.* Ratio, quia author tradit & transferre vult omne jus, quod habuit, in successorem. 2. Mala fides Authoris nocet successori universali *immediato* scil. hæredi, ita ut hic nec accessione temporis uti possit, nec à se præscriptionem inchoare, scil. ordinariam tantùm, ùt vult Pichl. cum aliis. *L. 11. ff. de diverſ. temporal. præſcript.* Ratio, quia talis cum defuncto censetur una moraliter persona. 3. Mala fides non nocet successori singulari, ut ita non possit à se præscriptionem ordinariam incipere. *L. 5. princ. ff. de diverſ. temporal. præſcript.* Vide tamen *Auth. malæ fidei. C. de præſcript. long. temp.*

Q. 15. *Qualis titulus requiratur ad præſcriptionem? Resp.* 1. Titulus in genere est causa, ex qua rem habemus. Est *vel generalis*, ùt titulus *pro suo, & pro soluto;* vel specialis, ùt titulus *pro donato, pro emptore, pro legato, pro dote, pro derelicto*, de quibus *in ff. ad Libr. 41. Tit. 4. & seqq.* Specialis iterum est vel *translativus dominii*, id est, causa per se habilis ad dominium transferendum, qualis est emptio, venditio &c. Vel non *translativus dominii*, uti commodatum, depositum, pignus. Hi tituli possunt rursus quadrupliciter considerari, prout scil. aliquis titulus est vel *verus* dum reipsa datur causa apta ad transferendum dominium; vel *apparens*, quando causa quidem ex se habilis est, sed ex occulto impedimento non habet valorem, v. g. donatio facta ab eo, qui se

putabat Dominum, sed non erat; vel *existimat* dum quis inculpabiliter credit, se rem habere causa habili, quæ tamen reipsa nec verè, nec parenter præcessit, v. g. si hæres inter res hæreditarias possideat rem alienam, quam b. f. testaris fuisse judicat; vel *præsumptus*, quando possessor non allegare quidem potest specialem titulum quia v. g. ob temporis diuturnitatem non amplius meminit, aut rem, quam possedit hactenus, accepit olim ex emptione, donatione &c. jura tamen ob ipsum hoc tempus diuturnum præsumunt titulum præcessisse.

Resp. 2. Ad omnem præscriptionem requiritur aliquis titulus. *c. 17. h. t. L. 27. ff. de usurp. & usucap.* Ratio, quia titulus est causa & fundamentum justæ possessionis, & sine eo possessio habere non potest bonam fidem, cum nequeat credere, se habere jus possidendi, nisi credat se habere titulum, ex quo hoc jus oriatur. 2. Non sufficit *regulariter* solus titulus generalis. *L. cit.* Vide Engel *h. n. 23.* ubi unum aut alterum casum ponit, in quo procedere ait præscriptionem titulo *pro suo, & pro soluto.* 3. Requiritur ergo ad præscriptionem *positivam* rerum corporalium titulus specialis, isque translativus dominii. *L. 24. C. de R. V.* Ratio, quia ad hoc, ut procedat præscriptio, debeo probabiliter judicare rem esse meam, quod non possum, nisi titulus sit dominii translativus, ergo. 4. Titulus *verus* non requiritur, sed potius destruit præscriptionem, cum ex illo defacto transferatur dominium.

Suffi-

Sufficit ad præscriptionem titulus coloratus, aut apparens, uti & existimatus. *L. 11. ff. pro emptore L. 5. ff. pro suo.* Existimatus tamen tum sufficit, quando fundatur in errore facti alieni, secus si oriatur ex errore facti proprii *L. 11. cit.* Ratio, quia error circa factum proprium in jure non toleratur. *L. 7. ff. ad S. C. Vell. 6.* Ad præscriptionem ordinariam rerum corporalium non sufficit titulus præsumptus. *L. 24. C. de rei vind.* Ad extraordinariam tamen sufficit, nec *regulariter* requiritur alius. *L. 4. C. de præscript. 30. vel 40. ann. c. 6. h. t. c. 1. eod. in 6.* Ad præscriptionem servitutum *realium* affirmativarum, modo adsit bona fides, non requiritur titulus propriè talis, sed sufficit diuturnus usus cum patientia & scientia domini, v. g. scientis tignum in suum murum immitti. *L. 10. ff. si servit. vind. L. 1. §. fin. ff. de aqua & aq. pluv. arcend. &c.* Idem procedit de præscriptione servitutum *negativarum* ex. cit. LL.

Q. 16. *Quænam possessio ad præscriptionem requiratur? Resp.* 1. Quæ de possessione ad Tit. *de caus. possess. & propr.* & varia ejusdem divisione dicta sunt, hic debent recolligi. 2. Ad omnem præscriptionem necessariò requiritur aliqua possessio. *L. 25. ff. de Usurp. & usucap. & c. 3. de R. I. in 6.* 3. Ad inchoandam præscriptionem rerum corporalium requiritur possessio *à modo possidendi* naturalis & civilis simul, id est, detentio *corporis & animi* adminiculo. *L. 4. C. de acquir. & retin. poss.* Ad continuandam & complendam sufficit

etiam merè civilis, quâ non quidem actu corp
ris, benè tamen animo rei insistitur. *L.* 17. ff.
furt. L. 1. §. 14. *L.* 6. §. 1. *ff. de acq. poss.* Non t
men sufficit merè naturalis. arg. *L.* 55. *ff. de*
& A. 4 Possessio ad præscriptionem requi
debet esse continua, & moraliter non interrup
§. 12. & 13. *Inst. de usucap. c.* 8. *h. t.* perinde a
tem est, sive in eadem personâ, sive de persona
personam continuetur. *L. penult.* §. 1. *ff. de*
vers. temp. præscript.

Q. 17. *Quid de tempore ad præscriptionem requ*
sito dicendum? Resp. 1. Varium hoc est pro va
rietate *rerum*, quarum aliæ sunt *mobiles*, aliæ *immo*
biles; pro varietate *jurium*, quæ si circa bona mo
bilia, mobilibus, si circa bona immobilia sun
immobilibus accensentur; & pro varietate *per*
narum, quæ sunt vel *privatæ*, vel *publicæ*, vel *Eccle*
siasticæ, vel *profanæ*, vel *præsentes*, vel *absen*
Communiter illud tempus dicitur *breve*, quod
infra decennium: *longum* sunt decem anni inte
præsentes, 20. inter absentes: *longissimum* sunt p
anni & ultra. Tempus breve & longum voca
ordinarium, unde & præscriptio, ordinaria: d
immemoriali dictum est supra.

Resp. 2. Brevi tempore, id est, triennio pra
scribuntur res *mobiles* privatorum cum titulo, *im*
mobiles longo tempore, annis 10. scil. inter pra
sentes, 20. inter absentes. *Princ. Inst. de Usu*
cap. L. un. C. de usucap. transform. L. 12. *C. de præ*
script. long. tem. Siquis partim præsens, partim
absens fuerit, semper duo anni absentiæ reputan-

tur

tur pro uno præsentiæ, & contrà unus annus præsentiæ pro duobus absentiæ. *Auth. quod si quis C. de præscript. long temp.* De rebus *mobilibus ad Ecclesiam* pertinentibus plerique eodem modo loquuntur, quo de mobilibus privatorum ob *Auth. quas actiones. C. de Ss. Eccles.* quam non correctam, sed potiùs canonizatam dicunt *can. 16. caus. 16. q 3.* Contrarius est Engel *h. t. n. 28.* Franz. *ad Inst. h. t. n. 37.* Ad præscribenda immobilia Ecclesiæ Rom. requiritur centenaria præscriptio *c. 13. 14. 17. h. t. c. 2. eod. in 6. & cit. Auth.* Ad immobilia aliarum Ecclesiarum, Monasteriorum, Hospitalium, causarum piarum (nonitem privata Clericorum) tempus 40. annorum requiritur. *Auth. cit. & c. 6. & 8. h. t.* quo ultimo sublatum est jus antiquum *c. 1. & seq caus. 16. q. 3.* ubi iis tricennaria tantùm præscriptio indulgebatur. Vid. Pichl. *h. n. 66.* Schmalzgr. *n. 101. & seq.* ad quam præscriptionem quadragenariam pertinent res Principis patrimoniales. *L. fin. C. de fund. patrim.* Res fisci, jam pleno jure illi quæsitæ. §. *9. Inst. de usucap. &c.*

Resp. 3. Annis 30. præscribuntur res *minorum L. 3. C. de præscript. 30. ann.* Res adventitiæ filiorum fam. à Patre alienatæ. *Nov. 22. c. 24.* Res à malæ fidei possessore ignorante Domino alienatæ. *Auth. malæ fidei.* Res furto vel vi sublatæ, non quidem à fure & violento possessore, sed à tertio b. f. possidente. AA. ad §. *2. Inst. h. t.* Feudum, si scil. quis rem tanquam feudum 30. annis possedit, & servitia feudalia domino præstitit, quam-

vis non fuerit investitus. *2. feud. 26. ¥. fiquis.* Quando opus sit præscriptione 40. annor. ad finem Responsionis prioris dictum; ubi & de *centenaria* ad præscribenda immobilia Ecclesiæ Rom. *Immemoriali* tempore præscribuntur jurisdictio, vectigalia, jus collectandi, aliáque Regalia. Laterb. *ad ff. tit. de diverſ. & temp. præſcript. §. 45.*

Q. 18. *Quomodo impediatur præscriptio? Resp.* 1. Contingit id, dum vel præscriptio *non currit*, vel *dormit* vel *interrumpitur*, vel *rescinditur*. Dicitur autem 1. *non procedere*, vel *non currere præscriptio*, dum non adsunt omnia requisita, sed vel fidei bonitas, vel titulus, vel aliud quid deest, ut præscriptio non possit inchoari. *2. Dormit*, quando legitimè inchoata ob superveniens impedimentum suspenditur, sic tamen, ut procedat denuo, si cesset impedimentum; tale impedimentum est tempus belli, pestis; dum Ecclesia suo prælato est viduata; dum quis in ætate pupillari, vel minori constitutus. *Interrumpi* dicitur præscriptio, quando ob impedimentum superveniens totum tempus præcedens redditur inutile, ita ut cessante impedimento possessio de novo debeat inchoari. Interrumpi autem potest *naturaliter*, si post eam legitimè inchoatam deficit unum ex requisitis substantialibus, v. g. bona fides; vel *civiliter*, cum tantum fictione juris aliquod impedimentum intervenit, v. g. dum fit contestatio litis, libelli oblatio, & citatio, protestatio coram Notario & testibus. Interest autem multùm, utrùm naturaliter, an civiliter præscriptio interrumpatur;

natura-

naturalis enim interruptio, sive jure, sive injuria sive à Domino, sive à quocunque alio fiat, absolutè respectu omnium præscriptioni obest; civilis nonnisi respectu ejus, qui v. g. litem contestatur. Vide Engel *h. t. circa fin.* 4. *Rescindi* dicitur præscriptio, dum conceditur restitutio in integrum, quæ ex speciali privilegio, saltem contra præscriptionem ordinariam, datur Ecclesiis, aliisque piis locis: minoribus 25. annis; & subinde Majoribus &c.

TITULUS XXVII.

De Sententia & Re judicata.

Q. 1. *Quid sit conclusio in causa, utrùm necessaria, & quis ejus effectus?* *Resp.* 1. Post probationes & exceptiones sufficienter allegatas fit à partibus conclusio in causa, quæ est *ulteriorum probationum renuntiatio, litisque ad decisionem submissio:* fieri potest vel *expressè*, vel *tacitè*, vel *simpliciter & absolutè*, vel *eventualiter* duntaxat, v. g. si & pars adversa concluserit.

Resp. 2. Conclusio in causa in processu quidem *Summario* omitti potest *Clem. 2. de V. S. circa fin.* in processu verò *Ordinario* ita necessaria est, ut eâ omissâ totus processus vitietur de Jure Can. juxta *c. 11. de probat.*

Resp. 3. Effectus conclusionis in causa *absolutè* factæ est, quòd post eam *regulariter* nulla amplius probatio admittatur in facto consistens. *c.*

9. de

9. de fid. instrum. c. 5. de cauſ. poſſ. & propr. excep-
ptiones vide apud Pichl. *h. n. 4.*

Q. 2. Quid & quotuplex. ſit ſententia? Reſp. 1. *Sententia* eſt pronuntiatio judicis legitimè facta litigantium controverſias determinans. *c. 2. h. t. L. 1. ff. de re jud.*

Reſp. 2. Sententia alia eſt *Definitiva*, quæ directè definit, ac terminat litem, ſeu cauſam principalem; alia *interlocutoria*, quâ tantùm aliquis articulus incidens vel emergens definitur; ſi ſententia directè quidem reſpiciat quæſtionem incidentem, indirectè tamen attingat cauſam principalem, & ei faciat præjudicium, partique litiganti damnum inferat per definitivam, utpote qua non feretur, irreparabile, dicitur *Interlocutoria Mixta*, vel *Interlocutoria habens vim Definitivæ*. Præter differentiam inter utramque in definitione ipſa aſſignatam recenſentur ſeqq. 1. quòd à definitiva detur appellatio, non ab interlocutoria, ut infra. 2. Quòd ſententia definitiva valida ſemel à judice lata nequeat ab illo revocari. *L. 55. ff. de re jud.* revocari poſſit interlocutoria. *L. 14. ff. eod.* 3. Quòd interlocutoria poſſit ferri ſub conditione, non definitiva. Hæ tamen & ſimiles differentiæ tantùm procedunt de interlocutoria *merè & ſimpliciter* tali.

Q. 3. Quid ad ſententiæ judicialis definitivæ valorem intrinſecè, id eſt, circa ea, quæ ipſam ordinatam cauſæ deciſionem reſpiciunt, requiratur? *Reſp.* 1. Debet eſſe conformis juri, alias ſi contra *jus clarum & certum* feratur, eſt nulla. *c. 1. h. t. L. 2.*

L. 2. C. quand. provoc. non est necess. Id observandum, tum modò sententiam ipso jure esse nullam, si error contra jus *Constitutionis* in ipsa sententia exprimatur. *c. 13. in fin. h. t. L. 33. ff. de re jud.* Si verò sententia sit contra jus *partis*, sive litigatoris iniqua tantùm est, & injusta, ipsòque iure sustinetur, ac, nisi ab ea intra decendium appelletur, transit in rem judicatam. Engel *hìc. n. 16. & seq.* Schmalzgr. *eod. tit. n. 41. & seq.* 2. Debet esse lata ex instrumentis & testimoniis veris, hæc enim si notoriè falsa sint, vel talia esse probentur, sententia nulla est. *L. 1. & 3 C. si ex fals. instrum.* 3. Debet esse certa quoad condemnationem vel absolutionem, quatenus res in judicium deducta patitur. *§. 32. Inst. de Action.* 4. Debet esse pura seu absoluta, & non sub conditione extrinseca & de futuro lata. *L. siquidem 1. §. 5. ff. quand. appelland. sit.* 5. Debet esse conformis libello. *Clem. 2. §. verùm de V. S. c. 24. circa fin. de Accus.* Licet tamen quandoque judici, recedere à libello, dummodo id vel æquitas, vel necessitas suadeat. Vide pluribus de his agentem Pichl. *h. t. à. n. 9.*

Q. 4. *Quid ad sententia judicialis definitivæ, quæ fertur in judicio ordinario, valorem extrinsecè requiratur; sive quid ad modum pertineat, quo sententia ferri debet? Resp.* 1. Sententia ex scriptura sive libello recitari debet. *c. 1. h. t. in 6. L. 2. C. de Sent. ex brevic. recit.* 2. A judice ipso, non stante, sed pro tribunali sedente. *L. 2. §. 1. ff. quis ord. in bon. poss. servand. L. 6. §. 6. C. de posth.* Recessit illud ab usu, quo ipse olim judex

sen-

sententiam recitare debebat, cum per Secretarios & Syndicos id modò soleat fieri. 3. Præsentibus vel saltem citatis partibus, ac iis quorum interest. L. *47. in pr. ff. de re jud.* quod tamen in judiciis majoribus hodie non observatur. 4. Debet ferri in loco publico, ordinario, & consueto more majorum. *L. 11. in fin. ff. de Reg. Jur.* 5. Justo tempore, non de nocte, sed de die, nec etiam die feriato, sed festivo &c. Lauterb. *ad ff. h. t. §. 17.* 6. Exceptiones circa dicta vide apud Pichler. *h. t. n. 10.* Gail. etiam *L. 1. Obs. 42.* tradit, in Camera Imperiali nullas processûs nullitates attendi, modò in judice non fuerit defectus jurisdictionis, & de meritis causæ sufficienter constet.

Q. 5. *Contra quem & intra quod tempus ferenda sententia? Resp.* ad 1. Contra eum, qui litem est contestatus; itaque si contestatio litis à Procuratore facta, contra hunc, non contra Principalem ferenda est sententia. *L. 1. C. de Sent. & interlo.* Excipiuntur causæ matrimoniales & beneficiales; in quibus contra Principalem tantùm fertur sententia juxta dicta ad *Tit de procur. Q. 6.* Aliàs de Jure Canonico vel in Principalem vel in Procuratorem ferri potest. *c. 6. de in integr. rest.*

Resp. ad 2. Ferenda sententia est in causis civilibus spectato Jure Civili intra triennium, in criminalibus intra biennium à contestatione litis computandum. L. *13. C. de Judic.* L. *ult. C. ut intra certum temp.* In foro Ecclesiastico deberent omnes causæ in prima instantia infra biennium termina-

minari, ita ut, si id non fiat, partes possint quidem judicem superiorem adire, non tamen debeant. Trid. *Sess. 24. c. 20. de reform.*

Q. 6. *Quinam sint effectus latæ sententiæ definitivæ? Resp.* Sunt seqq. 1. Ex parte *judicis* facit, ut judex censeatur officio suo functus, sic, ut sententiam à se latam revocare aut corrigere nequeat, nisi omnino fuisset nulla. L. *14. & 55. ff. de re judic.* 2. Ex parte *litis* facit, ut ea finiatur, & nisi à sententia lata appelletur intra 10. dies, regulariter transeat in rem judicatam. L. *2. C. de sent. ex brevic. recit.* 3. Ex parte *litigantium* sopit controversiam saltem quoad instantiam. *c. 2. h. t.* Item sententia definitiva irrogat subinde infamiam condemnato, quod fit in omnibus delictis publicis, v. g. dum quis condemnatur de adulterio, veneficio &c. & in quibusdam privatis, quorum 4. recensentur §. *2. Inst. de pœn. temerè litig.* scil. furtum, rapina, injuria, dolus. Item in 4. contractibus, Depositi, Mandati, Tutelæ, Societatis, si depositarius, Tutor. &c. *directè* de dolo accusentur & condemnentur. L. 1. *ff. de his, qui not. infam.*

Q. 7. *An & quomodo Judex fructuum ac expensarum rationem in sententia habere teneatur?*

Resp. 1. Judex debet pronuntiare de fructibus post judicium inchoatum perceptis, licèt eo nomine imploratus non sit. L. *25. §. 8. ff. de adil. edict.* L. *40. in princ. ff. de hared. petit.* Ratio, quia hi fructus cum re principali, à qua post L. C. separari amplius non potuerunt, in judicium de-

deducti videntur: de fructibus ante L.C. percep
licèt possit judex etiam non imploratus pronun
tiare, non tamen tenetur, nisi clausula salutaris fu
rit adjecta. Engel. *h. n. 12. citans L. 25. ejusque §.*
cit.

Resp. 2. Circa expensas regula in praxi recep
est, quòd solùm temerè litigantes in eas conde
nentur; quas postea victor judici exhibere, hi
que eas pro bono & æquo taxare solet. Engel
loc. cit. Schmalzgr. *h. t. §. 6. n. 114. & seq.* Si ju
dex super expensis nihil pronuntiavit, earum no
mine nulla erit actio victori, quia censentur com
pensatæ. *L. 3. C. de fruct. & lit. expens.* Cæterum
an & quomodo judex in judicando possit vel te
neatur æquitatem rigori præferre, sequi opinio
nem communem, affectum privatum seponere
&c. vide tum apud Engel *h. à n. 18.* tum supra
ad Tit. de off. jud.

Q. 8. Quænam sint pœnæ judicis malè judicantis?
Resp. 1. Si judex ex *malitia* malè judicavit, sci
inductus gratiâ, odio, timore, ex delicto in soli
dum ad litis æstimationem & omne damnum ac
interesse tenetur & condemnatur. *L. 15. ff. de jud.*
2. Si judex *pecuniâ corruptus* malè judicavit in cau
sa pecuniaria, tunc ultra omne litis damnum re
stituendum parti læsæ, triplum ejus, quod ac
cepit, vel duplum ejus, quod promissum est,
reddet fitque infamis: in *causa* verò *criminali*,
confiscatis omnibus bonis in exilium mittitur,
Auth. novo jure. C. de pœn. jud. qui malè judic.
3. Si Judex Ecclesiasticus, Ordinarius vel dele
gatus

gatus inferior Episcopo, ex *malitia* contra propriam conscientiam in gravamen alterius partis aliquid egit, non tantùm condemnatur ad æstimationem litis parti, quam læserat, sed insuper ipso jure per annum suspenditur æb executione officii. *c. 1. h. t. in 6.* 4. Si judex *per imprudentiam & imperitiam* malè judicavit, ad litis æstimationem, sive ad damnum & interesse parti læsæ præstandum condemnatur, non quidem in solidum & absolutè, sed in quantum illi visum fuerit, qui desuper pronuntiabit. *Princ. Inst. de oblig. quæ ex quasi delict.* Si tamen imprudentia sive imperitia sit ex culpâ latâ, judex malè pronuntians in solidum obligatur. Ratio, quia hæc culpa dolo æquiparatur.

Q. 9. *Quid nomine Rei judicatæ intelligatur, & quando in hanc transeat sententia? Resp.* ad 1. Nomine *rei judicatæ* intelligitur lis vel causa terminata per sententiam judicis, & partium approbationem tacitam aut expressam. *L. 3. C. quom. & quand. jud.* & hoc sensu differt res judicata à sententia, uti effectus à causa. Alii nonnihil aliter loquuntur, & dicunt rem judicatam esse ipsam sententiam homologatam, id est, res judicata est ipsa sententia, non tamen statim ac pronuntiata est, sed tum primum, quando nec defacto per appellationem est suspensa, nec per eandem, decendio elapso, suspendi potest; & hoc communiter significatur, dum dicimus: sententia transiit in rem judicatam.

Resp. ad 2. De jure communi sententia transit

in rem judicatam post 10. dies, si intra illos neu-
tra pars appellârit ad superiorem judicem, cum
tamen posset, & sic utraque acquiescat. *can. 2.*
caus. 2. q. 6. c. 32. §. fin. de elect. c. 13. &
15. h. t. Auth. hodie. C. de Appell. Decen-
dium à prolatione sententiæ est computandum;
si tamen lata sit Sententia in absentem, qui non
egit per Procuratorem, decendium currere inci-
pit non à recitatione sententiæ, sed à die habitæ de
sententia notitiæ.

Q. 10. *An in omnibus casibus sententia tran-*
seat in rem judicatam? Resp. Neg. nam 1. non
transit in rem judicatam sententia, quæ est ipso
jure nulla, v. g. si à judice incompetente; si con-
tra jus clarum; si ex *falsis* instrumentis & testibus
corruptis sit lata. Ratio, quia quod nullum est,
nullum producit effectum, poteritque talis senten-
tia revocari &c. 2 Sententia lata in causis, in
quibus observatio sententiæ nutriret peccatum,
à Partium consensu inimpedibile; unde sequitur,
sententiam in causa matrimoniali, sive pro, sive
contra matrimonii valorem lata sit; in causa be-
neficiali, respectu præjudicii Ecclesiæ & favoris
beneficiati, non transire in rem judicatam. 3.
Sententia excommunicationis, suspensionis, &
interdicti; nam etsi hoc modo censuratus non
possit post decendium appellare, petere tamen
absolutionem, & per simplicem querelam de tali
sententiæ injustitia queri potest. *c. 36. de off. jud.*
deleg. c. fin. de pœn. c. 48. de sent. excomm. 4.
Sententia lata ex probationibus privilegiatis &

præ-

præsumptivis v. g. ex testimoniis de credulitate: quò etiam refertur Sententia lata ex consilio DD. judicio peritorum in arte sua, ex juramento *suppletorio*. 5. Sententia in causis criminalibus, ut Reo non sit amplius locus defensionis. *L. 18. §. penult. ff. de QQ.* 6. Quælibet Sententia non transit in rem judicatam, dum causa, ex qua quis est condemnatus, ad non causam transit. Casus habetur in *L. si fullo. 2. ff. de condict. sine caus.*

Q. 11. *Quinam sint effectus sententiæ homologatæ, sive rei judicatæ? Resp.* 1. Saltem pro foro *externo* sunt seqq. 1. Inter litigantes facit jus, præsumptionem veritatis, &, ùt dicitur *L. 207. ff. de R. I. res judicata pro veritate accipitur*; adeò ut licèt nova instrumenta reperiantur, non possit retractari. *L. 4. C. de re jud.* intellige tamen regulariter ob *L. 35. ff. de re jud.* quæ Lex extenditur ad plures alias causas. Sententia lata *pro Actore* quæ transiit in rem judicatam, parit *actionem in factum*, sive *actionem judicati*, ut præster reus id omne, quod præstare jubetur per sententiam. *L. 4. in pr. & §. 2. 3. 5. L. 6. §. 2. & 3. & L. 15. pr. ff. h. t.* Lata verò in favorem Rei Reo tribuit *exceptionem rei judicatæ* contra Actorem, ejùsque hæredem, aut alium ejus nomine agentem *L. 1. ff. de except. rei jud.* 3. Sententia & res judicata iis tantùm prodest aut obest, inter quos judicatum, non etiam *regulariter* aliis. *c. 25. §. fin. de probat. L. 1. & 2. C. quib. res jud. rubr. & tot. tit. inter alios acta &c.*

Q. 12. *Quisnam præterea sit effectus rei judica-*

ta? Resp. Quòd sententia, quæ transivit in re judicatam, mandanda sit executioni. *L.* 1. ff. *execut. rei jud.* si enim condemnatus sponte ac debito tempore non pareat, judex aditur, ut rei judicatæ vigorem ad effectum perducat. Lauterb. *ff. de re judic. §. 32.*

Q. 13. *A quo facienda sit executio Sententiæ? Resp.* Regulariter ab ipso judice, qui eam tulit *L.* 15. *ff. de re jud.* Non tantùm si Ordinarius sit, sed etiam delegatus supremi Principis executionem sententiam à se latam potest. *c.* 7. 9. *de off. jud. deleg.* Imò & delegatus ab alio, quàm à supremo Principe, modò sibi executionem expresè non reservaverit delegans. *c.* 5. *de off. jud. deleg. L.* 1. *fin. ff. de off. ejus, cui mand.* Lex 15. *cit.* quæ facilè objici, facile explicatur. Casu quo appellatum est à Sententia ad Judicem Superiorem, tunc judex superior *ad quem* executionem habet, si sententiam judicis *à quo* reformavit, v. g. quòd male judicatum, bene sit appellatum; & probabiliùs etim tum, si eandem *expresè & directè* confirmavit. *Auth. siquis C. de Episcop. Aud.* Ubi verò judicis prioris sententiam tantùm confirmavit tacitè & ipso facto, vel indirectè, v. g. pronuntiando, fatalia esse præterlapsa, ad judicem *à quo* executio pertinebit. *L. ult. §. 4. C. de tempor. appell.*

Q. 14. *Quando & quomodo facienda sit executio sententiæ? Resp.* ad 1. In actionibus *realibus* statim facienda est executio, postquam sententia transiit in rem judicatam. §. 2. *Inst. de off. jud.*

Ra-

Ratio, quia rem alienam detinere semper est iniquum. In actionibus *personalibus* Civilibus de jure concessum est quadrimestre. *L. 2. & 3. C. de mod. rei jud.* Quod tamen in praxi amplius non servatur. In actionibus *criminalibus* mox fieri potest executio, licèt decendium, cæteroquin ad appellationem concessum, necdum sit lapsum. *L. 18. C. de pœn.*

Resp. ad 2. Primò: Si res extat, ad quam tradendam vel restituendam condemnatus est restituere jussus, neque tamen is paret, quæcunque demum actio fuerit intentata, manu militari ab eo auferetur, & victori traditur. *L. 68. ff. de R. V. §. 2. & 3. Inst. de off. jud.* Vel actor in possessionem mittitur. *L. 1. ff. ex quib. caus. in. poss. eatur.* Re non amplius extante, & condemnato desinente dolo possidere, contra ipsum juratur in litem; si verò non dolo possidere desiit, æstimationem, vel quanti res est, præstare tenetur. *L. 68. cit. & L. 71. ff. de R. V.* Quod si nec æstimationem reddere possit, v. g. ob defectum pecuniæ, executio fiet in reliqua ejus bona, procedendo semper cum minori damno restituere jussi; hinc

Resp. ad 2. secundo: Ante omnia capiendæ sunt res mobiles, eæque vel oppignorandæ, vel distrahendæ, aut si emptor non inveniatur, pro quantitate debiti creditori sunt adjudicandæ; his autem deficientibus deveniendum ad immobilia; & si nec hæc adsint, vel non sufficiant, ad nomina, jura, actiones. *L. 15. §. 2. & §. 8. ff. de re jud. L. 5. C. de exec. rei jud.* Si reus omnino nihil habeat in ære, illud

succedit, *qui non habet in ære, luat in cute.* Prohibet tamen executio regulariter fieri in stipendia, arma & equos militum. *L. 4. C. de execut. rei jud.* Item boves aratorios, aratra &c. *L. 7. C. quæ res pign. o lig. poss.* Engel cum aliis huc refert Libros studi sorum *h. t. n. 28.* Pichler ait *h. n. 27.* etiam executi nem fieri non posse in vias publicas, si condemn ta sit Communitas aliqua; nec in bona monaste si debitor sit Religiosus; nec in bona beneficii, u in fructus præbendæ, si debitor sit beneficiatus habeat alia bona; nec in bona dotalia, aut pa phernalia uxoris; imò in bona mariti si fiat ex cutio, opponere se uxor potest si hæc sint ipsi do ligata pro dote numerata. &c. Notandum etia hic, procedi subinde ad incarcerationem, quo que condemnatus judicato satisfecerit. Omnib tamen debitoribus tribuit beneficium effugie carcerem *cessio bonorum*, ut ex eorum pretio, quan nus fieri potest, singulis creditoribus satisfiat. *L. C. qui bon. ced. poss.* Per hanc tamen bonorum ce sionem omnis obligatio debitoris non extingu tur. *L. 1. C. eod.* adeoque si postmodum alia bon acquirat, ea sunt creditoribus addicenda.

Q. 15. *Quid agendum, si res vel persona, in qua executio facienda non sint in territorio judicis, qui t lit sententiam; aut si hic sit minùs forte sufficiens a faciendam executionem? Resp.* ad 1. Debet Judex illi us loci, in quo bona condemnati sita sunt, requi per literas requisitoriales, sive subsidiales aut mand compassûs, ut is latam sententiam mandet execu tioni. *L. 13. §. 3. C. de jud. L. 15. §. 1. ff. h. t.*

Resp.

Resp. ad 2. Casu quo Judex qui tulit sententiam, propter impotentiam eam non valet exqui, potest implorare auxilium, sive assistentiam alterius, prout solent facere judices Ecclesiastici, imploran-tes brachium judicis sæcularis. Imploratus judex sæcularis tenetur imploranti Judici Ecclesiastico manum porrigere, nolens per censuras cogi potest. *L. 9. C. de Episc. Aud. c. 1. de off. jud. Ord.* Eodem modo potest & sæcularis Judex Ecclesiasticum invocare, ut hic per censuras urgeat condemnatum. Demum notabilis differentia est *inter præstationem brachii sæcularis, & accomodationem familiæ*; nam in accomodatione familiæ, quæ consistit in lictoribus, aut militibus, Judex, qui eam sibi accomodari petit, sententiam exequitur; in præstatione autem brachii sæcularis, alter, qui imploratur, facit executionem. Engel *h. t. n. 32.* allegans Gail. *L. 1. obs. 113. n. 8.* ubi hic plura.

TITULUS XXVIII.

De Appellationibus, Recusationibus & Relationibus.

§. 1.

de Appellationibus.

Q. 1. Quid sit appellatio & quomodo ab aliis remediis contra sententias gravatorias distinguatur?

Resp. 1. *Appellatio* definiri solet, quòd sit ab inferiori ad judicem superiorem facta provocatione gravaminis illati vel inferendi.

Resp. 2. Supplicatio, prout hujus loci, est humilis petitio, quâ quis, cui ordinarium remedium Appellationis non competit, allegato gravamine rogat Principem, ut ex gratia & benignitate sententiam retractet, & adversus illam restituat supplicantem. Differt supplicatio, licèt sit valde similis, ab Appellatione in seqq. Appellatio regulariter suspendit executionem, non supplicatio, utpote in gratia fundata: Appellatio est remedium ordinarium justitiæ, Supplicatio extraordinarium gratiæ: Appellatio fit ad alium Superiorem, Supplicatio ad eundem, qui tulit sententiam: Appellatio interponi debet intra decendium, supplicatio Principi facta usque ad biennium; Appellatio bis conceditur, Supplicatio non nisi semel in eadem causa, & quidem tantùm post sententiam definitivam. *L. 5. de prec. Imper. offer.*

Resp. 3. Revisio, valde vicina Supplicationi, imò in Imperio eidem substituta, est remedium extraordinarium, quo petitur, ut sententia, à qua appellare non licet, v. g. propter dignitatem judicantis, unà cum actis revideatur, & si competatur iniqua, reformetur. Inductum est posterioribus Imperii Constitutionibus, ùt constat ex *Ord. Cam. p. 3. tit. 51. & 52. Recess. Imper. de anno 1532. & 1539. §. 6. 1540. §. 100.* Non solùm in Camera Imperiali, sed etiam in aliis Principum judiciis locum habet. Respicit tantùm certa causarum, personarum & sententiarum genera. *Recess. Imper. Ratisbon. de anno 1654. §. 124. & seq.* Debet peti intra 4. menses à die pronuntiatæ

senten-

sententiæ juxta *Recess. Imp. de anno 1654.* Licitum est unico tantùm scripto exponere rationes & gravamina; nihilque novi in illo addendum, quòd in actis prioribus non continebatur. *Ord. Cam. p. 3. tit. 53. §. 1.* A petente revisionem deponi debet certa pecuniæ summa, quam recipit, si apud Revisores causam obtineat; amittit, si causam perdat. Revisio hodie effectum suspensivum non habet, ùt contra Gail. Gilhausen vult, licèt cautionem præstare teneatur de restituendo judicato pars, pro qua lata prior sententia. &c. Ex dictis non unam inter Appellationem & Revisionem differentiam licet colligere.

Resp. 4. Querela nullitatis est imploratio legitima super vitio substantiali, ex quo quis petit sententiam ipso jure nullam pronuntiari. *L. 1. C. de execut. rei jud.* Potest proponi vel coram judice superiore, vel coram eodem judice, modò Ordinarius sit aut delegatus supremi Principis. *L. 4. & 6. C. de Accus.* Alii delegati de querela non cognoscunt, sed adeundus est delegans. *c. 13. de off. deleg.* Potest etiam proponi vel principaliter, id est sine appellatione, vel incidenter cum appellatione; principaliter proponens querelam nullitatis & in probatione deficiens, recurrere ad remedium appellationis non potest; secus est, si eam tantùm incidenter proponat; neque nullitas principaliter intentata suspendit executionem (nisi fuerit notoria. *L. ult. C. si ex fals. instrum.*) secus incidenter proposita. *Clem. 1. de sent. & re jud.* Demum nullitas sententiæ principaliter intentata

opponi potest usque ad annos 30. *L. 3. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* quod tamen de Jure novo *Recess. Imp. de anno. 1654. §. 121.* in Camera Imperiali hodie correctum, ita ut intra decendium quemadmodum appellatio, debeat opponi, nullitas esset insanabillis.

Q. 2. *Quotuplex sit appellatio?* *Resp. 1.* Alia est *judicialis*, alia *extrajudicialis*. *Judicialis* fit a actibus judicialibus, v. g. à sententiâ vel definitiva vel interlocutoriâ, à jussu judicis, terminum fori nimis brevem ad comparendum assignantis, gravamine à judice illato. *Extrajudicialis* fit a actibus vel decretis extrajudicialibus, quibus aliquis gravatur, v. g. dum judex defert tutelam, aut vè munus publicum; vel dum quis se opponi præsentationi, electioni, collationi beneficii; vel dum quis sibi timet ab incarceratione, aut excommunicatione, & propterea ad judicem superiorem confugit. *c. 8 h. t. in 6. c. 19. & 29. de elect.* Potest autem provocatio contra gravamen in electione duplici modo opponi vel per viam *appellationis*, vel per viam legitimæ *accusationis*; interque duas istas provocationes magna est differentia: uti & multùm differt appellatio judicialis ab extrajudiciali, præsertim verò quòd extrajudicialis appellatio propriè dicta appellatio non sit, nec suspendat regulariter & de jure executionem. Engel *h. t. n. 10.* ex *c. 45. h. t. c. 10. & 16. de elect.*

Resp. 2. Judicialis appellatio dividitur in eam,

quæ

quæ fit ab *interlocutoria*, & eam, quæ fit à *definitiva*; quarum differentias assignat Engel *h. n. 11. 12. 13.* Ubi & illud notandum, jure Civili non aliter ab interlocutoria concedi appellationem quàm si hæc vim habeat definitivæ, vel contineat gravamen irreparabile. *L. 39. ff. de minor. L. 2. ff. de appell. recip.* Jure vero Canonico appellare licere ab omni interlocutoria, imò & ab omni alio gravamine, etiam extrajudiciali illato, vel inferendo, uti habetur *c. 5. c. 51. & c. 59. h. t. Vall. h. §. 4. n. 3.* Trid. quidem ad normam Juris Civilis reduxit in *capitulis cit.* statuta *sess. 13. c. 1. & sess. 24. c. 20. de reform.* Sed in praxi Trid. non servatur, procedituque juxta Jus Canonicum vetus.

Resp. 3. Utraque appellatio judicialis scil. & extrajudicialis dividitur *in justam & rationabilem*, si ex justa & rationabili causâ; & *in frustratoriam*, si tantùm morandæ solutionis & judicii protrahendi causâ; & *in frivolam*, si ex levi causa & pro re minima interjiciatur.

Q. 3. Quinam possint appellare? Resp. 1. Generalis regula est, posse quemlibet appellare, qui gravamen aliquod sive extra, sive intra judicium patitur, aut se passurum timet. *can. 10. caus. 2. q. 6. L. 20. & 30. C. h. t.* Neque tantùm appellare permissum est illi, qui condemnatus est, sed etiam aliis, quorum nomine suo interest. *c. 17 de sent. & re jud. L. 4. §. 2. L. 5. princ. ff. h. t.* imò etiam, quorum nomine alieno interest; sic appellare potest Procurator pro Domino, id ratum

tum habente. *c. 14. de Procur.* Tutor pro pupillo. *L. 27. ff. L. 19. C. h. t.* Dominus pro subdito. *L. 15. ff. eod.* Judex ipse, qui tulit sententiam, casu quo condemnato succederet, modò pars, contra quam sententiam pronuntiavit, intentionem suam & exceptionem non satis probaverit. *VVieſtn. h. t. n. 16.* Quodsi sententia in plures sit lata, unus rectè appellat, & in secundâ instantiâ victor evadens, prodest quoque suis sociis. *c. 72. h. t. L. 10. §. fin. ff. eod.* Aliter tamen dicendum, si unus contra sententiam juvetur jure speciali, v. g. favore ætatis per restitutionem in integrum. Denique in *causa criminali* latius extenditur remedium appellationis, quia pro eo, qui ad supplicium ducitur, quilibet, sive ejus interfit, sive non interfit, admittitur ad appellandum, etiam resistente condemnato. *L. 6. ff. L. 25. C. h. t.*

Resp. 2. Appellare non est permissum illis, in genere loquendo, qui nullum gravamen patiuntur, vel qui non justè metuunt, ne inferatur. *L. 1. ff. de appell. recip.* Et hinc ab appellatione rejicitur. 1. Qui culpâ suâ & voluntariè per sententiam gravatus est. v. g. condemnatus ob contumaciam. *L. 1. C. quor. appell. non recip.* 2. Reus notorius, confessus scil. vel per evidentiam rei, quæ nullâ tergiversatione celari possit, convictus. *c. 13. & 14. h. t.* 3. Qui in eâdem causâ detulit legitimæ appellationi sui adversarii. *c. 23. & 24. h. t.* 4. Qui in eâdem causâ tres conformes sententias contra se tulit, *c. 65. h. t. L. un. C. ne*

C. ne liceat in unâ eâdemque cauſ. In Camera tamen Imperiali dicunt recipi ulteriorem appellationem, ne inferiores Principes plures faciant inſtantias in præjudicium Imperii. 4. Qui profeſſus eſt cum juramento ante ſententiam, ſe non provocaturum à judice. *c. 21. h. t. L. 1. §. 3. ff. à quib. appell. non lic.* adeóque dum dicitur. *c. 20. h. t.* jurantem, ſe non provocaturum à judice, poſſe tamen appellare, intelligi debet, ſi ſententia ſit *injuſta* & præſertim ſi *notoriè injuſta* ſit, non verò ſi ſit *juri conformis.*

Q. 4. *A quo judice poſſit quis vel non poſſit appellare? Reſp.* Appellare quis poteſt regulariter ab omni judice, ſive ſit delegatus, ſive Ordinarius, etiamſi judex ſit communi partium conſenſu impetratus. *c. 14. de ſent. & re jud. L. 21. ff. h. t.* Etiam ab *arbitro juris*, ſive ex iſtius præſcripto ab ipſis litigantibus electo. *c. 11. de off. deleg. in 6.* non tamen à Compromiſſario. *L. 1. C. de recept. arb.*

Reſp. 2. A Papa ad neminem datur appellatio, nequidem ad futurum Concilium. Ratio, quia Concilium Generale non eſt ſupra Pontificem, cum PP. in tali Concilio congregati ſint & maneant oves, quas indiſtinctè Chriſtus Petro ſubjecit Joan 21. Idem habetur in Conc. Nicæn. *can 39. inter 80. art. Tom. 1. Conc. poſt Acta Conc. Nicæni.* Conc. Conſtant. *Seſſ. 8. art. 37. Seſſ. 45. in Bulla Martin. V.* Lugdun relat. in *c. 3. de elect. in 6.* cum ergo appellatio ab inferiori judice ad ſuperiorem fieri debeat, ſuperiori-

tas

tas autem Concilio generali non competat in Pontificem, sequitur ab hoc ad illud appellari non posse. Accedit, quòd appellantes incurrant excommunicationem latam à Pio II. Constit. *execrabilis editâ calend. Febr.* 1459. confirmatam à Julio II. Constit. *suscepti. edit cal. Julii* 1509. reservatam Sedi Apostolicæ in *Bulla Cœnæ Casu secundo*, Porro in Rep. Ecclesiastica appellare non licet à Concilio Generali ligitimè congregato, & Capiti suo unito, non à sententiâ totius Congregationis Cardinalium: non ab ultimâ sententiâ Rotæ Romanæ.

Resp. 3. Ab Imperatore, vel alio Principe, aut Magistratu superiorem non recognoscente in Rep. sæculari appellare non licet. *can.* 16. & 17. *caus.* 9. *q.* 3. L. 1. §. 1. *ff. à quib. appell. non licet.* nisi quandoque ab ipsis melior informatio, supplicatio, revisio admittatur. Deinde nec à supremis tribunalibus Imperatoris, aut Regum Parlamentis. Item ex privilegio non licet in Imperio Romano appellare à sententiis Principum Electorum, & quorundam aliorum, quamvis hoc privilegium respectu omnium æquale non sit.

Resp. 4. Non etiam licet appellare in causis à Papa, vel alio Principe aut Magistratu supremo delegatis cum clausula, *appellatione remota*: per quam clausulam non tantùm appellatio *frivola* prohibetur, quæ absque eo rejicitur *c.* 5. *h. t. in* 6. sed etiam *justa & rationabilis*; si ea non sit specialiter à jure expressa & permissa. *t.*

53.

c. 53. h. t. Prohibetur tamen ſolum quoad *effectum ſuſpenſivum*; & inſuper alia remedia condemnato ſalva manent, v. g. querela nullitatis, ſupplicatio, reviſio &c. ne videatur plus juſto auferri jus defenſionis, aliàs jure naturali conceſſum; quia appellatio tum ſolùm juris naturalis eſt, quando nullum præterea remedium ſuppetit.

Q. 5. Ad quem appellari poſſit? Reſp. 1. A Judice qui ſententiam tulit, ad ejus ſuperiorem habentem tribunal diſtinctum, & quidem ad proximè ſuperiorem. *c. 66. h. t.* ne jurisdictiones confundantur. Appellatio tamen ad mediatum facta probabiliùs non eſt irrita, ſed valet, parte adversâ nihil contrà opponente. *arg. c. cit.* Ratio, quia appellare gradatim non pertinet ad ſubſtantiam appellationis.

Reſp. 2. Plures ſunt caſus, in quibus ad ſuperiorem judicem mediatum, proximo omiſſo, appellari poteſt; & 1. quidem *de jure Civ.* licet pupillis, aliisque miſerabilibus perſonis immediatè ad ſupremum Principem appellare. *L. un. C. quand. Imperat. inter pupill.* 2. Si intermedius judex palam deneget juſtitiam. Pirh. h. n. 90. 3. Si apertè ſit inhabilis ratione ſuſpicionis, excommunicationis, vel alterius defectûs. Pirh. *cit. l.* 4. Si abſens ſit intermedius. 5. Si conſuetudo legitimè præſcripta id permittat. *De Jure Canonico* à quocunque judice ad Papam in cauſis Eccleſiaſticis, vel etiam in ſæcularibus quoad eos, qui temporali ejus jurisdictioni ſub-

ſunt

sunt, immediate licet appellare. *c. 7. h. t.* Qu
S. Pontifex est Ordinarius inferiorum judicu
& cum his concurrentem habet jurisdictione
Excipitur casus, quo à subdelegato delegati Pa
qui non in totum subdelegavit, non ad Pon
cem, sed ad delegantem debet appellari. *c. 27.*
porro. de off. deleg. & c. 7. eod. in 6. Deinde po
immediatè appellari ad Legatum Pontificium
Provinciâ suâ existentem; quia gerit vices Pa
c. 1. de off. Leg. Casus alios recensetSchmalz
h. t. n. 52.

Q. 6. *Contra quam sententiam & quos a*
possit aut non possit appellari? Resp. 1. In om
ni causa principali, sive ab omni sententia *defini*
va & valida appellare *regulariter* licet, *c. 5. &*
h. t. c. 1. eod. in 6. L. 6. & 20. C. eod. Ratio, qu
appellatio est quædam defensio, & ideo non f
cilè deneganda. Quomodo à sententiâ interloc
toriâ liceat appellare, dictum est supra, & vide
possunt. *c. 5. 51. & 59. h. t.* Trid. *Sess. 13. c. 1. &*
Sess. 24. c. 20. de Reform.

Resp. 2. Casus à regula, quòd ab omni sen
tentia definitiva valeat appellari, excepti sun
seqq. 1. Non admittitur appellatio ex inveterat
consuetudine in Imperio, quæ approbata est po
Ordin. Camer. *p. 2. tit 28. §.* Item nachdem
Recess. Imp. *de Anno* 1530. *§.* Item als auch
95. à causa criminali capitali. 2 Non in causis
civilibus valde modicis, per Recess. Imper. *de Anno*
1654. §. 4. contra *c. 11. h. t. & L. 20. C. eod.*

3. Non

3. Non in causis notoriis, ubi nulla probabilis defensio apparet. *c. 13. 41. 61. h. t.* nec in causis, quæ non patiuntur dilationem, saltem quoad effectum suspensivum, ut sunt causæ alimentorum futurorum, stipendiorum, salariorum. *L. ult. ff. de appell. recip.* nec in causâ possessionis *momentaneæ* per *L. un. C. si de moment. poss.* nec in causâ per juramentum *voluntarium* decisa. *L. 12. C. de R. C.* Ratio, quia habet speciem transactionis. Nec in causâ appellationis desertæ. *c. 4. & 5. h. t.*

Resp. 3. Ulteriùs non admittitur appellatio, nequidem extrajudicialis, *In causa correctionis*, dum Prælatus Ecclesiasticus, vel Regularis procedit *ut pater* paternè, & non excedit limites à Ss. Canon. & Constitutionibus Ordinis præscriptos. *c. 13. & 21. h. t. c. 12. & 13. de off. Ord.* 2. In *causa censurarum, Excommunicationis, suspensionis, & interdicti* appellatio eadem negatur quoad effectum suspensivum, si censura jam est lata contra appellantem. *c. 37. h. t. c. 20. in fin. de sent. excomm. in 6.* 3. In causa electionis ad impediendam executionem illius, vel confirmationis istam secutæ, nam nisi appellans alleget causam valde rationabilem, appellatio non admittitur. *c. 46. h. t. &c.*

Q. 7. *Coram quo judice interponenda sit appellatio? Resp.* Regulariter interponi debet coram illo judice, *à quo* appellatur, aliàs non valitura. *l. 59. & c. ult. h. t. c. 9. eod. in 6. L. 1. §. 10. ff. quand. appell.* Quodsi gravatus copiam judicis habere non possit, vel periculum capturæ immineat, adeundus est Judex *ad quem*, atque ibi in-

terponenda appellatio. *L. 19. C. h. t. L. 1. §. 10.*

Q. 8. Quomodo interponenda appellatio? Resp. Appellatio à Sententiâ definitivâ, vel interlocutoriâ vim definitivæ habente, *si in continenti*, id est judice adhuc sedente pro tribunali, vel nec ad actus extraneos divertente, opponatur, potest vivâ voce & stante pede, ut loquuntur possuntque esse vel verba *expressa*, v. g. *Appello. Provoco*: vel *æquipollentia*, v. g. *committo vel subjicio me Judicio Cæsaris, Papæ, Nuntii, vel alterius superioris. c. 34. h. t.* 2. Si fiat *ex intervallo* appellatio, debet fieri in scriptis porrecto Libello appellatorio. *L. 5. §. fin. ff. h. t.* excipiuntur causæ majoris momenti, in quibus etiam ex intervallo viva voce potest appellari. Vall. *h. t. §. 9. n. 1.* 3. In Libello appellatorio exprimi debet nomen appellantis, appellati, & nomen utriusque judicis, *a quo & ad quem. can. 31. §. ego. caus. 2. q. 6. L. 2. §. ff. h. t.* nulla tamen fit *in §. fin.* mentio judicis *à quo.* 4. In appellatione à sententia definitiva non est allegare in specie causam appellandi necessaria, sed sufficit, si in genere dicat appellans, gravatum se esse. Pich. *h. t. n. 29.* Pirh. *n. 123.*

Resp. 2. Appellatio à *Sententia interlocutoria simplici*, si quando conceditur, debet 1. fieri in scriptis. *c. 1. princ. h. t. in 6.* 2. Debet exprimi causa appellationis. *c. cit. & c. 59. h. t.* quæ causa debet esse legitima, & *in specie* allegari. 3. Nequit justificari appellatio ab interlocutoria ex novis, & de novo probandis, sed solummodo ex causis, quæ in ipsa appellatione nominatim expressæ sunt. *c. 61. h. t.*

t. 1 Clem. 5. eod. Ratio, ne sæpè malitosè ad litis prorogationem appellationes interponantur. Exceptiones videre est apud Schmalzgr. *h. t. n. 64.*

Q. 9. Quid sint fatalia appellationis, & quotuplicia? Resp. ad 1. Fatalia appellationis nihil aliud sunt, quàm tempora, quibus elapsis appellatio vel non conceditur, vel jam concessa & interposita, aut jam introducta extinguitur.

Resp. 2. Tempora appellationis sunt quadruplicia. 1. *Interponendæ* appellationis. 2. *Petendi Apostolos.* 3. Appellationis *introducendæ*, sive Apostolos judici *ad quem* præsentandi. 4. Appellationis *prosequendæ & finiendæ.*

Q. 10. Quid de singulis temporibus sive fatalibus appellationis dicendum? Resp. 1. De tempore appellationis *interponendæ* 1. Fatale sive tempus appellationis *interponendæ* est *hodie* decendium, id est, pars vel voce, vel scripto vel facto declarare debet intra decem dies, se provocare ad judicem superiorem, & ita dicitur interponere appellationem. *c. 15. de sent, & re jud. c. 8. h. t. in 6. Auth. hodie C. h. t.* Dies proinde ultimus fatalis est, ut eo lapso volens appellare non audiatur; aliis tamen juris remediis se defendere non prohibetur. *c. 8. h. t. in 6.* 2. Computatur hoc tempus decendii à momento prolatæ sententiæ, si adversus præsentem est pronuntiatum; vel si condemnatus ignoravit sententiam latam, à die scientiæ, & completur in ultimo momento diei decimæ. *c. 15. & 8. cit.* 3. Decendium hoc ab initio est *utile*, & ignoranti, utpote legitimè impedi-

to, non currit, nisi sit verè contumax. *c. 29. §. adversus absentem. caus. 2. q. 6.* In progressu ficitur *continuum*, adeò ut etiam feriis solennib currat. *L. 1. C. de feriis.* 4. Si gravamen, à appellatur, sit continuum, & habeat causam manentem, ùt cum quis in carcere detinetur, per, quamdiu durat, conceditur appellatio. *h. §. 7. n. 3.*

Resp. 2. De Apostolis petendis 1. Apostoli hic literæ dimissoriæ, quas judex *à quo* mittit ad superiorem, ad quem appellatum in fidem appellationis interpositæ. Alii *Dimissorii*, quibus judex à quo testificatur appellatione coram se legitimè interpositâ & missâ. Alii *Reverentiales*, quibus significa quòd appellatio non ex justia, sed ob reveren judicis *ad quem* admittatur. Alii *Resutat* quibus Judex *à quo* exprimit causam non a sæ à se appellationis *Vall. h. §. 10. n. 1. &* 2. Tempus petendi hodie Apostolos *de jure muni* sunt 30. dies, à die latæ & cognitæ tentiæ, & juxta *Clem 2. h. t.* appellans eos beret petere instanter, instantiùs, instantissim 3. Tempora petendorum Apostolorum non a sunt in usu, sed condemnatus appellationem dici *à quo* per libellum proponit, & judex rat per Notarium desuper scribi, quod vel mittatur appellatio, vel non admittatur; si mittitur, petuntur acta cum Apostolis ad sup riorem judicem transmittenda; si non admi tur, & tamen pars se sentit gravatam, pote

sum-

simpliciter adire superiorem, eidemque propone-
re appellationem admissam non esse; qui dein pe-
tit informationem, quare judex appellationem
non admiserit, simúlque inhibet, ne sententiam
exequatur. Engel *h. n. 46.*

Resp. 3. de tempore *introducendæ* appellatio-
nis, sive præsentandi Apostolos coram judice ad
quem 1. Tempus hoc, de Jure saltem Canonico,
determinatum non est, sed videtur judicis arbitrio
ejus determinario relinqui. *c. 4. h. t.* 2. Si Judex
a quo id non determinaverit, observandum juxta
plures est jus Civile; quod de Jure Rom. varium
erat. *L. 2. & fin. C. de temp. Appell.* modò in Came-
ra Imperiali est 6. mensium. Ord. Cam. *p. 2. tit. 3.*
§. 4. & 5. 3. Tempus præsentandi Judici Apo-
stolos incipit currere à die interpositæ appellatio-
nis. Gail. *L. 1. Obs. 140. n. 2. & 3.*

Resp. 4 de tempore *prosequendæ & finiendæ* ap-
pellationis 1. Hoc tempus, statuente sic utroque
jure, est annus, ex causâ tamen necessariâ & evi-
dente biennium. *c. 5. h. t. c. 8. eod. L. fin. §. 4. C. de*
tempor. appell. 2. Incipit currere à die interpositæ
appellationis. *Clem. 3. h. t.* & observatur etiam in
foro Civili, licèt *Nov. 32. c. 6.* quid aliud statuatur.
3. Intra id temporis si appellans, justo impedimen-
to cessante, appellationem suam non fuerit prose-
cutus, deserta censebitur *c. cit.* Ita tamen, ut de ap-
pellatione *introductâ*, sed non continuatâ pronun-
ciet judex *ad quem.* Vide Engel *h. n. 49.* 4. Tem-
pus annale & biennale in tribunalibus majoribus,
sæcularibus æquè ac Ecclesiasticis ob multitudi-

nem causarum parum attenditur, modò obl
ventur, quæ ad *interponendam & introducend*
appellationem sunt statuta.

Q. 11. Quinam sint effectus appellation
Resp. 1. Appellatio à sententia *definitiva* vel
interlocutoria vim definitivæ habente, *si ritè* f
sit, duplicem habet effectum, *suspensivum & de*
lutivum: Vis *effectûs suspensivi* consistit in eo, qu
per eam suspendatur jurisdictio judicis *à quo*; i
tentia ipsius in rem judicatam non transeat; n
que executioni mandari, neque aliquid possit
tra fieri vel attentari. *c. 39. & L. un. ff. nihil inn*
appell. pend. Quodsi verò Judex à quo aliq
eo tempore innovasset, tunc *per viam*, sive re
dium attentatorum revocari, & omnia in pri
num statum debent restitui. Exceptiones s
seqq. Potest Judex à quo *sine vitio attentati*
cere ea omnia, quæ facilitant causam appellat
nis, uti est præfigere terminum appellanti int
ducendæ appellationis: retinere debitorem, subj
ctum ex novis causis de fuga: rem litigiosam v
fructus existente periculo destructionis &c. s
questrare. Deinde exequi sententiam potest, no
obstante appellatione; si appellatio sit evident
frivola: in notoriis; in casibus, quibus de jur
vel ob clausulam, *appellatione remotâ*, appellat
non licèt: in excommunicatione vel aliis Censur
appellatio non impedit valorem & effectum ill
rum. *c. 37. c. 53. §. 2. h. t. c. 20. de sent. Excom.*
Vis *effectûs devolutivi* consistit in eo, quòd tota ca
sa principalis cum suis accessoriis & incidentib
de-

devolvatur ad superiorem, adeo ut non tantùm pronuntiare, sed & novam sententiam, causâ existente, concipere possit. König *h. t. n. 51.* Si tamen diversa fuerint capita sententiæ, & non ab omnibus sit appellatum, ea tantùm devolvuntur, quibus appellatum est. *L. 29. ff. de minor.* Plura vide apud Schmalzgr. *h. à n. 108.*

Resp. 2. Appellatio ab interlocutoria simplici licèt & devolutivum habeat effectum & suspensivum; hunc tamen scil. *suspensivum* aliter non producit, quàm si gravaminis causa in specie probetur. *c. 7. h. t. in 6.* nec sententia interea revocetur à judice *à quo c. 60. h. t.* In praxi rigor ille adeo strictè non observatur. Circa effectum *devolutivum* notandum, quòd, si constet, benè appellatum esse, non tantùm articulus incidens, sed ipsa quandoque causa principalis ad superiorem devolvatur, ne gravatus ad gravantem remittatur. *c. 19. h. t. in fin.* Si verò malè sit appellatum, tunc principalis causa non devolvitur, nisi Judex inferior appellationi deferendo jurisdictionem à se abdicet. *c. 5. h. t. in 6.* Engel *h. n. 13. & seq.*

§. 2.

De Recusationibus & Relationibus.

Q. 1. *Quid sit Recusatio & quomodo differat ab Appellatione? Resp.* ad 1. Recusatio, ùt est hujus loci, est judicis tanquam suspecti ex justa causa declinatio. Pirh *h. n. 265.*

Resp. ad 2. Licèt in nonnullis conveniat cum

Appellatione, præsertim, quòd recedatur ab a
dientia judicis, ejúsque jurisdictio suspendat
differt tamen in pluribus, v. g. quòd non app
letur à judice, nisi gravet, recusari tamen pos
qui actu non gravat: quòd Appellatio necessa
fiat ad superiorem, non Recusatio: quod non p
sit appellari à judice, cui commissa est causa c
clausula, *appellatione remota*, recusari tamen p
sit &c.

Q. 2. *Quinam non possint, aut possint recus*
Resp. 1. Non Papa aut Princeps supremus recu
potest. Ratio, quia de iis, quòd faciant injustitia
nequit præsumi. 2. Non Cardinales ob emine
tiam dignitatis, fidem, & justitiam. 3. Non Co
cilium Generale legitimum. *Franc. in c. 36. h.*
4. Non Prælati Religiosi quoad correctionem su
ditorum, dum ea fit *juxta Regularia Instituta*, a
c. 61. h. t.

Resp. 2. Recusari potest de Jure Can. tam Judi
Ordinarius, quàm delegatus, licèt sit delega
Papæ *c. 5. de off. deleg. in 6. c. 61. h. t.* 2. De ju
Civili certò potest recusari delegatus. *L. 16. &* fi
C. de jud. Communiùs negant de Ordinario. Vi
Pichl. *h. t. n. 35.* 3. Vicarius Episcopi, non rec
sato aut suspecto Episcopo recusari potest, & ha
recusatio facienda est coram Episcopo. *Sanchez*
Imò & suspecto judice Ordinario ex aliqua causa
potest ex eâdem recusari ejus Vicarius, Marta
p. 6. tit. de appell. n. 28.

Q. 3. *Quando & quomodo proponi debeat Rec*
satio? Resp. ad 1. Debet Recusatio proponi ante
litis

litis contestationem, imò ante omnes alias excepciones dilatorias, ne aliàs censeatur quis in judicem consentire; nisi causa suspicionis ex post vel supervenerit, vel saltem tum modò innotuerit. Schmalzgr. *h. t. n. 133.*

Resp. ad 2. Proponi debet in scriptis, oblato scil. judici, qui recusatur, libello recusatorio. *L. 16. C. de jud.* 2. Debet justa causa recusationis, & quidem in specie allegari. *c. 41. h. t. c. 61. eod.* 3. De causæ in recusatione expressæ veritate non cognoscit judex recusatus, sed cognitio ad arbitros ad id electos *ferè & regulariter* pertinet. *c. 61. cit.*

Q. 4. *Quænam sint justæ causæ recusandi judicem? Resp.* Generaliter loquendo, causa justa recusandi est suspicio, ex variis causis oriri solita: sic recusatur Judex, si aliunde inimicus sit recusanti: si specialem habeat affectionem erga alteram partem: si specialem habeat affectum erga causam in judicio propositam; quia in ea egit Advocatum &c. Non tamen est justa causa recusandi judicem, quòd, quia semel in aliâ causâ gravavit, fuerit appellatum à recusante. *rubr. & L. un. ff. apud eum à quo appellatur, aliam causam agere compellend.*

Q. 5. *Quis sit effectus Recusationis? Resp.* Suspendere jurisdictionem judicis recusati, postquam semel fuerit proposita & pendens desuper cognitio, adeo ut non tantùm acta à judice taliter recusato debeant revocari, sed probabiliùs sint ipso jure irrita, saltem si causa objectæ suspi-

cionis fuerit manifesta, vel quæ acta sunt post electionem arbitrorum. *c. 41. & 61. h. t.*

Q. 6. Quid sit Relatio? Resp. Variè sumitur. 1. Pro ea, quæ ex necessitate delegationis facienda, dum Princeps vel Superior causam alicui delegat cum potestate procedendi usque ad sententiam exclusivè, & ut completo processu eam transmittat ad Principem desuper pronuntiaturum; Hæc Processûs transmissio dicitur Relatio; de qua *in c. 45. h. t. c. 5. de off. Legat. c. 18. de sent. & re jud.* 2. Pro ea, quæ ex natura causæ facienda, dum causam quampiam Judex inferior cognoscere non potest; de qua in *c. 3. de baptism. c. 59. h. t.* 3. Pro transmissione processus ad impartiales Juris Consultos, vel Collegium Juridicum aut Universitatem; circa quam transmissionem quæ observanda, vide Leur. *h. t. Q. 1165. n. 3.* citant. Lauterb. *in ff. h. t. n. 25.* 4. Prout est hujus loci, definitur & est Judicis inferioris in causa *de jure* dubitantis ad superiorem seu Principem missa consultatio, ut ex hujus rescripto intelligat, quid sibi in judicando sequendum. *L. 1. C. de relation. L. 1. §. 1. L. 22 & 26. ff. h. t.* Hæc Relatio ob nimiam litium protractionem hodie est de Jure Civili recentiori abrogata per Auth. *Novo Jure C. de relat.* & permittitur recursus ad Facultates Juridicas ad petendum ab iis in jure dubio consilium. De Jure quidem Can. est approbata expresse Relatio *c. 68. h. t.* rarissimus tamen ejus est usus.

Q. 7. Quomodo conveniat & differat ab Appellatione? Resp. 1. Convenit tripliciter; Nam 1. Appel-

pellatio fit ad ſuperiorem, etiam ad eundem dirigitur Relatio. 2. Pendente appellatione nihil eſt innovandum; neque aliquid pendente, vel etiam promiſſa tantum Relatione innovari debet. *L. 13. C. de Appell. L. 1. C. de Relat.* 3. Cognitio cauſæ per Appellationem ad Superiorem devolvitur, etiam per Relationem. *L. 22. ff. de Appell.*

Reſp. 2. Differt ab Appellatione, quia Relatio ante ſententiam, non à partibus, ſed à judice interponitur, eâque à Superiore admiſsâ non tamem ipſe ſuperior, ſed ad ejus remiſſionen inferior ſententiam profert. *L. 1. C. de Relat.* In cauſis *criminalibus* priùs fertur ſententia, ut tum demum Princeps judicet, utrùm eam ſequi oporteat. *L. 6. §. ff. de interd. & releg.* Ex dictis, quinam effectus ſit Relationis, pronum eſt colligere.

Q. 8. Quomodo Relatio cauſæ ad Principem fieri debeat, ut legitima ſit cenſenda? Reſp. 1. Debet omnibus facti circumſtantiis & utriusque partis allegationibus perſpicuè expoſitis perfectam totius cauſæ inſtructionem continere, ſi de totâ causâ ſit dubium, vel illius articuli, de quo eſt dubium. *L. 1. C. de Relat.* 2. Si de cauſa dubium ſit, acta ſimul ſunt ad Principem mittenda. *L. fin. C. eod.* ſi de uno tantùm articulo, ſolus ille excerpendus, & ad Principem eſt mittendus. 3. Utraque pars debet conſentire in Relationem, & utrique, antequam transmittatur, copia edi. *c. 68. h. t.* inſuper dicta copia in forma authentica, nimirum Notarii vel aliorum duorum honeſtorum manu

manu scripta aut subscripta, vel authentico sigillo munita, tradi debet Wiestn. Pirh. & alii.

TITULUS XXIX.

De Clericis peregrinantibus.

Q. 1. *Quæ sit ratio præsentis Tituli, & quomodo hic titulus à Tit. 22. Libri 1. Decretal. de Clericis peregrinis distinguatur? Resp.* ad 1. Ideo Titulus præsens præcedenti de Appellatione subjungitur, quia peregrinatio Romana post latam in aliquem sententiam assumpta habet vim appellationis. *c. un. h. t.* estque ingressus hujus itineris realis appellatio, in ipso facto consistens.

Resp. 2. In *Titulo 22. Lib. 1. Decretal.* agitur de Clericis peregrinis in ordine ad receptionem & executionem Sacrorum Ordinum, quomodo scil. Clerici extranei, ignoti, vagi vel ordinari possint, vel admitti ad ministrandum in Ordinibus jam susceptis. Hic autem tractatur de Clericis in ordine ad lites, quatenus nimirum contra peregrinantes, id est, ad Limina Apostolorum, sive ad Sedem Apostolicam proficiscentes, possit aut non possit lis moveri.

Q. 2. Quis sit peregrinationis Romanæ effectus? Resp. Iste est præcipuus, quod si quis (sive Clericus, sive Laicus in causa spirituali, ob generalitatem rationis in *cap. un. h. tit.* allegatam) post litem sibi motam iter Romanum per se aut per alium arripuerit, istiusmodi iter vim habeat appellationis, & suspendat jurisdictionem cæterorum judicum, ita

ut

nihil contra talem peregrinantem possit innovari. *cit. c. un. h. t.*

Q. 3. *Quid requiratur, ut arripiens iter ad Papam dictum effectum sortiatur? Resp.* seqq. 1. Intra 10. dies à lata sententiâ vel illato gravamine debet iter arripere. Wiestn. *n. 4. h.* 2. Debet illud intimare judici & parti. Ratio, quia hi sunt in possessione juris sui, priusquam constet, iter susceptum. 3. Debet iter hoc arripi ante citationem; quia aliâs à taliter prævento forum non posset declinari, juxta. *c. 30. de appel. & c. 19. de for. comp.* 4. Debet, si fortè adversarius ejus contra ipsum Literas Apostolicas impetraverit, nec-dum illarum habere notitiam. Ratio, quia hoc casu iter prædictum malitiosè arreptum præsumitur. *c. 15. de Appell.*

Q. 4. *In quibus rebus proficiscenti ad Pontificem privilegium competat, quod contra se nihil sit attentandum? Resp.* Licèt *c. un. h. t.* videatur agere de iis solùm, in quibus iter Rom. arripiens extrajudicialiter gravari, quæque illi hoc modo auferri possent, intelligenda nihilominus etiam est ejus dispositio de iis, quæ contra eundem per processum & sententiam judicis auferuntur. *arg. c. cit.* ob verba: *cum rebus suis sub Apostolica protectione debeant esse securi.* 2. Possunt contra turbatores bonorum taliter peregrinantium citra mandatum, modò de rato caveant, agere parentes, propinqui, amici, imò & servi. *L. 1. C. si per vim vel alio modo.* 3. Qui Romipetas vel peregrinantes ad Limina Apostolorum, vel ibi mo-

morantes, aut inde regredientes capiunt, spoliant, mutilant, interficiunt, sive dein accesserint Romam devotionis, sive litis, sive negotii gerendi &c. gratiâ, excommunicationem incurrunt reservatam S. Pontifici in *Bulla Cœnæ Cas. 9. & 10.*

TITULUS XXX.

De Confirmatione Utili & inutili.

Q. 1. *Quid sit confirmatio & quotuplex? Resp.* 1. Agendum quidem foret hic specialiter de confirmatione sententiarum, à quibus appellatur, quásque sæpiùs contingit confirmari; plerumque tamen AA. de confirmatione generaliter sumpta tractare solent, prout complectitur confirmationes sententiarum æquè, ac statutorum, privilegiorum, contractuum &c. Et hæc definitur, quòd *sit juris jam priùs habiti seu quæsiti* (addunt aliqui, *quomodocunque*) *corroboratio facta per legitimum superiorem.* 2. Confirmatio quandoque necessaria est ad jus jam inchoatum, nondum tamen perfectum complendum, uti contingit in confirmatione ad Prælaturam; quandoque fit confirmatio, non tanquam per se necessaria ad substantiam vel valorem actûs aut juris, sed majus tantùm ei robur addit.

Resp. ad 2. Alia est confirmatio *Utilis*, per quam intelligitur valida; alia *inutilis*, sive invalida, qualis est, quæ vel sub-vel obreptitiè est obtenta. *Utilis* sive valida iterum est duplex; una *in forma com-*

communi & ordinaria, vel confirmatio *simplex* dicta, dum Superior habens potestatem confirmandi vel nullâ, vel non perfectâ prævia cognitione confirmat actum, in eo statu, in quo fuerat priùs. Altera in *forma speciali*, sive *ex certa scientia*, quando Superior cognitâ plenè causâ confirmat actum.

Q. 2. *Quid interfit, utrùm Confirmatio facta in forma communi vel speciali? Resp.* In forma communi facta quamvis actum validè & legitimè gestum approbando majorem eidem authoritatem conferat, non tamen valorem ei, si non habuit antecedenter, tribuit: econtra Confirmatio in forma speciali & ex certa scientiâ, tribuit jus novum, actumque, priùs fortè invalidum, reddit validum, modò defectus sit à confirmante dispensabilis. Engel *h. t. n. 5.* Plures actus recenset Schmalzgr. *h. t. n. 7.* in quibus confirmatio in forma speciali non habet vim tribuendi valorem actui secundùm se irrito.

Q. 3. *In dubio an confirmatio censenda sit facta esse in forma communi, an in speciali? Resp.* In forma communi. Ratio, quia confirmatio in forma speciali fit ex certa scientia, quæ non præsumitur, nisi probetur, aut opponatur signum aliquod, ex quo constet confirmationem factam esse in forma speciali. Porro signa confirmationem in forma speciali factam esse sunt; si totus tenor instrumenti, sententiæ, privilegii, quod confirmatur, ipsi Confirmationi inseritur: si additur clausula: *ex certa scientiâ.* Vel: *cognitâ causâ.*

Vel:

Vel: *parte citatâ & audita.* Vel: *ex plenitudine potestatis.* Vel: *supplentes omnes juris & facti defectus.* Vel: *non obstante quocunque Lege aut consuetudine in contrarium.*

Q. 4. *Utrùm Judex inferior super confirmatione cognoscere possit & judicare? Resp.* 1. De confirmatione facta cum cognitione causæ, dum ea in controversiam vocatur, solus Princeps potest cognoscere. Gail. *L. 2. Obs. 1. n. 13.* 2. Nec de confirmatione facta in forma communi cognoscit inferior adeóque in genere de nulla confirmatione superioris cognoscere aut judicare potest inferior, nisi habeat speciale mandatum, aut nisi certum sit confirmationem per falsi suggestionem elicitam fuisse. *c. 1. & 2. h. t.* & AA. communiter. Limitationes vide tum *in cit. cap.* tum apud Leur. *h. t. Q. 1176. à n. 3.*

Finis II. Libri.

LIBER III.
DECRETALIUM GREGORII IX.
DE
CLERO SÆCULARI
ET
REGULARI
PER
QUÆSTIONES AC RESPONSA
IN METHODUM BREVEM ET CLARAM REDACTUS
AUTHORE
R.P. ADAMO HUTH
è Societate JESU, SS. Canonum Doctore, eorúmque in Alma Electorali Universitate Heidelbergensi Professore Publico & Ordinario.

Editio secunda emendatior.

Cum Privilegio Sac. Cæs. Majestatis, & Faculate Superiorum.

AUGUSTÆ VINDELICORUM,
Sumptibus MATHIÆ WOLFF, Bibliopolæ,
M. DCC. XXXII.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Liber III. Decretalium GREGORII IX.

Q Un. *Quid & quo ordine in libro tertio Decretalium tractetur? Resp.* A Processu judiciali in Libro priori explicato progredimur ad actus & jura personarum Ecclesiasticarum, quæ partim propria, partim communia cum Laicis habent. Titulis omnino 50. Liber præsens absolvitur. Tredecim primi continent qualitates in Clericis requisitas, eorúmque obligationes respectivè ad beneficia. Tum usque ad Tit. XXIV. inclusivè agitur de pactis Clericorum & contractibus; sequentes quinque dominium & jura illorum comprehendunt. A. Tit. XXXI. usque ad Tit. XXXIX. tractatur de Regularium statu, juribus, & obligationibus. Titulis posterioribus enumerantur actus, privilegia, jura, quæ vel Ecclesiis competunt, vel in iis exercentur.

TITULUS I.

De vita & honestate Clericorum.

Q. 1. *Quid importet nomen Clerici, & quinam Clericorum nomine veniant? Resp.* ad 1.

Nomine Clericorum juxta B. Isidor. relat. in *can. 1. dist. 21.* desumpto à græco κλῆρος, quo latinè hæreditas vel sors significatur, intelliguntur personæ, debitè ac specialiter ad cultum & servitium DEI in Ecclesia Christi deputatæ.

Resp. ad 2. Primò. In materia *favorabili* nomine Clericorum, & quidem strictiùs accepto, veniunt, quotquot primâ etiam tonsurâ tantùm sunt initiati usque ad supremum in Ecclesia Caput; eo sumpto latiùs veniunt pariter Regulares, Monachi, quamcunque Religionem professi, uti Equites Teutonici & Melitenses: *Fratres Laici*, sive *Conversi*: Eremitæ, modò habitum acceperint ab Episcopo, súbque ejus obedientiâ vivant, deputati pro servitio Ecclesiæ cujusdam vel Oratorii: Fratres & Sorores tertii Ordinis S. Francisci, si in communi vivant: Moniales in materia sibi adaptabili. arg. *can. siquis suadente. 29. caus. 17. q. 4. l. 33. de sent. Excomm.* Ratio, quia personæ enumeratæ sunt pars & sors Domini, specialiter electæ ad cultum divinum.

Resp. ad 2. secundò. In materiâ *odiosâ*, dum v. g. agitur de censura &c. nomine Clericorum veniunt tantùm Clerici sæculares simplices, nisi vel aliud exprimatur, vel ex subsstratâ materiâ colligatur. Unde in odiosis nomine Clericorum non intelliguntur Episcopi, aliíque Prælati. *c. 4. de sent. Excomm.* non Canonici. arg. *c. 22. de elect. in 6.* non Monachi, nec cæteri Regulares utriusque sexûs *Abb. in c. 1. de Inst. &c.*

Q. 2. *Honestas Clericorum, de qua in h. t. in quibus consistat? Resp.* 1. In vitæ & morum integritate sive honestate, quæ duplex est, *interna* alia, alia *externa.* 2. In decenti habitu & vestitu. 3. In exercitio negotiorum statui Clericali convenientium.

Q. 3. *Quid de vitæ Clericalis honestate internâ dicendum? Resp.* 1. Requirit hæc rectitudinem intentionis, majus DEI obsequium in assumptione statûs Clericalis spectantis. *c. fin. de rescript. in 6.* Vid etiam Trid. *Sess. 23. c. 4. de ref.* Deinde animi & conscientiæ puritatem.

Resp. 2. De intentione ad statum Clericalem requisita. 1. Qui promoveri vult ad beneficium Parochiale, debet habere intentionem seriam, non tamen *absolutam*, ùt ait Wiestn. *h. t. n. 19.* intra annum suscipiendi, si necdum habet, Presbyteratum; aliàs præter *reatum gravis peccati* fructus ex tali beneficio perceptos ante omnem judicis sententiam tenetur restituere. *c. 35. de elect. in 6.* Ratio, quia beneficium & fructuum perceptio aliter Clerico Parocho non conceditur, quàm sub conditione habitæ intentionis recipiendi intra annum Sacerdotii. 2. Hæc dispositio *quoad restitutionem fructuum ante sententiam* extendi non debet ad recipientem sine intentione Sacerdotii dignitatem, cui animarum cura annexa, vel ad recipientem beneficium simplex, Ordinem S. annexum habens, sine intentione ascendendi ad Ordines Sacros, aut etiam cum animo, perceptis aliquo tempore fructibus, statum Clericalem de-

nuò relinquendi. 3. Qui primam tonſuram & Minores recipit absque animo clericandi, non quidem peccat mortaliter, quia nullibi extat præceptum graviter obligans; venialiter tamen, ut insinuare videtur Trid. *Sess. 23. c. 4. de reform.*

Resp. 3. De puritate conscientiæ. 1. Licet in Clerico maxima deberet esse animi puritas, & ab omni peccato mortali immunitas, tum ob sublimitatem statûs. *1. Cor. 4. v. 1.* & finem, quem sibi præfixum habere debet Clericus; tum ob sanctitatem functionum; tamen fides aut probitas Ministri ad *validam* Sacramentorum confectionem necessaria non est Trid. *Sess. 7. can. 12. de Sacram.* 2. Ad *licitam Sacramentorum* confectionem ita requiritur, ut *per se loquendo* peccet mortaliter omnis, qui conficit Sacramentum in mortali. Lacroix *de Sacram. in gen. Q. 24.*

Q. 4 *In quo consistat vitæ Clericalis honestas externa? Resp. 1.* Ut Clerici caste vivant. *c. 13. h. t.* utque sint remotiores ab omni siniſtra suspicione, sub pœna suspensionis frequens accessus sine rationabili causa ad monasteria Monialium ipsis interdicitur *c. 8. h. t.* 2. Ut abstineant à crapula, *c. 14. h. t.* eúmque in finem evitare tabernas jubentur, nisi fortè aliud necessitas exigat. *c. 15. h. t.* Clericus aleator & ebriosus suspendi vel etiam excommunicari jubetur, aut adhuc gravius arbitrio Episcopi puniri. *can. 1. dist. 35. c. 15. h. t. Trid. Sess. 22. c. 1. de ref.* 3. Ut avaritiam vel maxime fugiant, utpote radicem omnium malorum. *c. 7. dist. 47.* plura à Canonibus statuta in *c. fin. h. t.*

h. t. t. 1. de testam. Extrav. un. de crim. falsi inc. Comm. & præcipuè etiam, ut judices gratis judicent. *c. 10. h. t.* cujus cap. fusiorem explicationem vide apud Pirh. *h. t. à. n. 6.* & Schmalzgr. *n. 23. & seq.*

Q. 5. Qualis debeat esse Clericorum habitus, quinam & sub quibus pœnis ad habitum Clericalem & tonsuram teneantur? Resp. 1. Habitus Clerialis in genere loquendo debet esse conformis consuetudini cujusvis Regionis, & talis, ex quo quis visus in populo primâ statim facie Clericus judicetur, non Laicus: in specie & juxta Canones debet esse talaris, Constit. *Cùm Sacrosancta.* edita à Sixto V. 1589. non virgatus. *c. 15. h. t.* Color non debet esse rubeus, non viridis aut violaceus, quibusdam exceptis. *Clem. 2. h. t. &c.*

Resp. 2. Clerici in Sacris constituti, & *beneficiati*, etiamsi tantùm sint minoribus initiati, sub pœna suspensionis ab Ordinibus, officio & beneficio incurrendæ, & si semel correpti iterum deliquerint in hoc, sub pœna privationis officiorum & beneficiorum, regulariter tenentur vestem & coronam seu tonsuram Ordini suo convenientem in publico deferre. *c. 15. h. t. Clem. 2. eod. Trid. Sess. 14. c. 6. de reform.* Bulla Sixti V. quæ extendit obligationem ferendi habitum & pœnas ad omnes beneficiatos & pensionarios, etiamsi jus tantùm habeant ad beneficium, vel non est recepta in Germania, vel rursus abrogata

Resp. 3. Minoristæ non gaudentes beneficio non quidem obligantur ad habitum Clericalem

deferendum, si tamen non detulerint, certum est quòd *privilegio fori* ipso facto excidant. Trid. loc. *cit.* recuperant tamen illud reassumpto habitu *Clem.* 1. *h. t.* ob verba: *quamdiu præmissis insteterint.* Dubitant AA. an insuper *privilegium canonis* amittant tales Clerici Minoristæ, & probabilius est, hoc de jure (seclusâ consuetudine) non amitti. Ratio, quia patet in *can. si quis suadente caus.* 17. *q.* 4. indistinctè omnibus Clericis hoc privilegium esse concessum, cui canoni derogatum non est. Clerici in majoribus constituti, vel Minoristæ, habentes tamen beneficium, neutrum privilegium ipso facto amittunt; quia id nullibi est expressum.

Resp. 4. Clerici neque comam neque barbam nutrire debent, nec relaxare comam sub pœna excommunicationis, *c.* 4. 5. *&* 7. *h. t.* Consuetudo explicat hos canones, ut prohibitum sit Clericis nutrire comam more profano, pulvere cypriano aspergere &c. Idem ratione comæ fictitiæ vel Beruccarum observandum esset mandatum Innoc. XII. Anno 1692. datum, & novissima Constitutio Ssmi. D. Benedicti XIII. præsertim in Conc. Rom. Anno 1726. celebrato.

Resp. 5. Interdicta est Clericis gestatio armorum militarium. *c.* 2. *h. t.* contrarium facientes excommunicantur, non tamen ipso facto, nisi sint Religiosi, inter septa monasterii, absque licentia superioris, arma habentes. *Clem* 1. §. *verò de statu Monach.* Nec Clericus armis, etiam specialiter prohibitis, jussu sæcularis Judicis spo-

liari

liari potest, nisi vel in flagranti deprehendatur, vel alia via non supersit, quâ damnum aut injuria ab eo inferenda possit impediri. Schmalzg. *h. t. n.* 43. citans plures.

Q. 6. Quæ negotia, officia & exercitia prohibitæ sint Clericis? Resp. In genere, quæ in se inhonesta sunt aut sordida *c. 15. h. t. & tot. tit. ne Cler. vel Monach.* exercentibus talia pœna in *c. fin. h. t.* statuta est. 2. In specie prohibetur Clericis, ne mimis, histrionibus & joculatoribus intendant sive intersint, aut auscultent. *c. 15. cit.* pœna in Clericos joculatores expressa est in *c. un. h. t. in 6.* Ne officium macellariorum aut lanionum exerceant. Vid. *Clem. 1. h. t.* Ne aleis & taxillis ludant. *c. 15. h. t.* transgressores, si frequenter, publicè & cum scandalo ludant, non excusantur à gravi peccato. De negotiatione *propriè* tali prohibitâ Clericis dicendi locus erit in Tit. *Ne Cler. vel Monach.*

Q. 7. An & quomodo Clericatus debeat probari? Resp. 1. Qui asserit se Clericum, probare debet. Ratio, quia est quid facti. 2. Probari potest vel per literas formatas; vel per Librum Ordinatorum in Archivo Episcopali reservatum; vel per Notarium, vel per alios modos, quorum plures recenset Schmalzgr. *h. t. n. 49.* 3. Si dubitetur, num qui v. g. captus est, sit Clericus, soli judici Ecclesiastico competet Clericatûs discussio. *c. 12. de sent. Excomm.*

TITULUS II.

De cohabitatione Clericorum & Mulierum.

Q. 1. *Quibus fœminis cohabitare Clericos permittant vel non permittant? Resp.* Permissum est à Jure Clericis (quo nomine potissimum veniunt initiati Ordinibus Sac. cohabitare, id est, in iisdem ædibus comm. fœminis non suspectis; quales præsumuntur co. juncti in primo vel secundo gradu *consangui. tis*, licèt juvenes sint *c. 9. h. t.* ubi & ratio ad. tur. Si tamen & hæ incontinentis vitæ suspic. nem, aut scandali occasionem præberent, rem. vendæ sunt atque expellendæ, etiamsi mater ei. aut soror. *c. 1. h. t.* 2. Permissum est Cler. habitare in eadem domo cum illis, quæ de hujus. modi conjunctarum familia sunt, ùt sunt fam. læ &c. *can. 27. dist. 81.* 3. Permissum est etia. Clericis in servitium suum assumere fœminas e. traneas provectioris ætatis, honestæ famæ, i. extra suspicionem incontinentiæ existentes. ca. *16. dist. 32.* 4. Utrùm licentia cohabitandi per. sonis sanguine junctis &c. se extendat ad Episco. pos, aliosque similes Prælatos Ecclesiasticos, du. bitatur, idque propter Clericos cum Episcopo commorantes; sed dicendum, casu quo abest pe. riculum scandali & incontinentiæ suspicio, licitum

eadem

eadem domo retineri posse tales personas. Pirh. *h. t. n. 5.* & arg. *can. 6. dist. 77.*

Q. 2. *Quanam pœnæ statutæ sint in Clericos fœminis suspectis cohabitantes, vel qui omnino concubinarii sunt? Resp.* 1. De Jure veteri variæ pœnæ tam in concubinarios Clericos, quàm fornicarios tantùm statutæ sunt, ùt habetur in *can. 24. inter Can. Apost. can. 2. & 9. dist. 28. can. 5. dist. 82. c. 2. 4. & 6. h. t.* De jure novo Trid. *sess. 25. c. 14. de ref.* procedendum est contra illos seq. modo. 1. Jubentur moneri specialiter. 2. Si ita moniti non desistant, habeántque aliquod beneficium, ipso facto privati sunt tertia parte fructuum, qui vel fabricæ vel alteri pio loco, arbitrio Episcopi applicentur. 3. Si nec ita se emendaverint, eo ipso amittunt fructus omnes, ac insuper ab administratione beneficiorum, quamdiu Ordinario videbitur, suspendi debent. 4. Si nec hoc profecerit, perpetuò jubentur privari beneficiis, pensionibus, officiis Ecclesiasticis, & insuper fiunt inhabiles ad ea, & ad dignitates ac honores quoscunque. 5. Denique, si nec sic resipuerint, excommunicandi sunt.

Q. 3. *Quid requiratur, ut hæ pœnæ incurrantur & rectè infligantur? Resp.* 1. Clericus debet esse verè concubinarius, id est hoc loco, concubinam vel domi suæ, vel etiam extra illam uxoris instar habere, qui enim fornicarius tantùm est, hunc ait Schmalzgr. de *jure* prædictas pœnas non incurrere, aliis tenentibus contrarium

ob verba disjunctiva Trid. *l. cit.* & praxin Curiarum in Germania. 2. Monitiones debent esse speciales, etiam in *notoriè* concubinarium, nec enim absque trina monitione hic beneficio privari debet. Vall. *h. n. 3.* 3. Crimen concubinatûs debet esse aut publicum notorietate facti, aut sufficienter probatum per testes; licèt enim hanc conditionem Trid. non exprimat, exprimit tamen *c. 3. h. t.* & à Trid. subintelligi credendum est. 4. Clericus debet esse beneficiatus, beneficio enim Ecclesiastico carens, & tamen peccatis talibus obnoxius, carcere, suspensione, inhabilitate ad beneficia puniri debet. 5. Episcopus, si à synodo provinciali monitus non abstinuerit, ipso facto suspensus est, & si perseveret, ad S. Pontificem deferendus. Trid. *cit. l.*

Q. 4. *Quid ulteriùs ratione pœnarum Clericis concubinariis statutarum notandum?* Resp. 1. Clericus concubinarius probabiliùs non tenetur ante sententiam judicis declaratoriam fructus beneficii sui restituere. arg. *c. 19. de hæret. in 6.* & ex ipso *Trid.* quo jubentur fructus ejusm. ipso jure amissi fabricæ Ecclesiæ applicari arbitrio Episcopi, utique Clericum criminis reum priùs declarantis; nomine autem fructuum, quibus concubinarii privantur, distributiones quotidianæ non veniunt, quia in pœnalibus faciendo non est extensio. 2. Clericus concubinarius in suspensionem *propriè* dictam, quæ sit Censura, & ex cujus violatione incurratur irregularitas, ipso jure non incidit. Ratio, quia verba Trid. suspensio-

sionem dictantis sunt tantùm comminatoria 3. Nec jure hodierno Sacerdotem concubinarium fideles tenentur vitare in Missis, aut aliis officiis divinis; quia per Extrav. Conc. Constantiens. *Ad evitanda.* vitandi solùm sunt excommunicati nominatim, ac publicè denuntiati, vel notorii percussores Clericorum. vide tamen Pich. *L. 5. de sent. excomm. n. 33.* ubi probabiliter contrarium asserit. 4. Licèt modo prædicto Clerici compelli possint ad dimittendas concubinas, aliásque personas suspectas, non tamen ad juramentum de iis amplius non recipiendis sunt cogendi. *c. 3. h. t.* Ratio, quia juramentum est remedium subsidiarium, quod adhiberi non solet, nisi aliis remediis deficientibus, talia autem non deficiunt, cum suspensione, excommunicatione, depositione ad has deserendas compelli possint. *Demum* de *jure communi* fœminæ contra decorem Ordinis Clericalis cum Clerico delinquentes subjiciuntur judici Ecclesiastico; ob sacrilegium scil. quod ipsæ cum Clerico peccando committunt; in praxi autem id non observatur.

TITULUS III.

De Clericis conjugatis.

Q. 1. *An, qui & quo jure Clerici prohibeantur inire matrimonium? Resp.* 1. Clerici in minoribus tantùm constituti, etiamsi fuerint beneficiati, licitè & validè matrimonium contrahunt.

can.

can. 3. & 13. dist. 32. can. 8. §. si verò cauſ. 12. q. 1. c. 1. h. t. Si tales Clerici fuerint voto caſtitatis ſimplici obſtricti, *valide* ſaltem matrimonium inire poſſunt, niſi votum illud caſtitatis veros conſtituat Religioſos, quo caſu nec validum erit matrimonium ſtante voto contractum.

Reſp. 2. Clerici in aliquo Sacro Ordine conſtituti nec validè nec licitè matrimonium contrahunt. *c. 1. h. t. c. 2. qui Cler. vel. vov. Trid. Seſſ. 24. can. 9.* Extenditur etiam hæc lex ad Clericos Eccleſiæ Græcæ, in qua nunquam licuit matrimonium contrahere poſt ſuſceptos S. Ordines. *can. 7. dist. 32. junct. Gloſſ.* imò contractum juxta Barbos. *c. 6. h. t. n. 2.* fuit irritum.

Reſp. 3. Cœlibatus annexus eſt Ordinibus ſacris non *ex præcepto naturali*, quia altaris miniſterium non repugnat ſimpliciter uſui conjugali, utpote per ſe honeſto; neque ex *Lege poſitiva divina*, quia talis nec ex ſcriptura, nec traditione colligitur; ſed *ex voto c. 6. h. t. c. un. de vot. in 6.* ad quod emittendum obligat Eccleſia ſuſcipientes S. Ordines, etſi Eccleſia Græca, ùt dicitur *c. 1. h. t.* præceptum hoc non admiſerit. Potuiſſe Eccleſiam annectere S. Ordinibus obligationem, patet inde, quia hoc modo neminem *directè* cogit; plurimásque habuit cauſas id ſtatuendi. Hodie votum hoc emittitur tacitè, ſaltem *à ſciente* illud annexum, aut illud poſitivè malitioſè non excludendo. Vide Laym. *L. 5. Tr. 9. c. 11. n. 5.* ubi probat, nunquam fuiſſe in univerſali Eccleſia per-

permissum, uxoribus priùs ductis uti post susceptum Presbyteratum.

Q. 2. *An & qualiter conjugatus promoveri possit ad S. Ordines?* *Resp.* 1. Clerici Græci, qui vel minoribus sunt initiati, vel ante Clericatum matrimonium contraxerunt cum unâ, eáque virgine, jam conjugati ad Ordines Sacros promoveri possunt, & uti matrimonio. *c. 6. h. t.*

Resp. 2. Clerici Latini conjugati non possunt licitè promoveri ad S. Ordines, nisi qui conjugati cum unâ, eáque virgine, perpetuam continentiam vovent, obtento desuper consensu uxoris: uxor verò, si velit in sæculo manere, & ipsa castitatem voveat, sitque ejus ætatis, ut extra periculum incontinentiæ esse videatur; aliàs & ipsa Religionem debebit ingredi. *c. 2. h. t. c. 5. de conv. conjug. Extrav. Antiquæ. Joan. XXII. de vot.*

Q. 3. *An Clericus conjugatus possit promoveri ad beneficia?* *Resp.* Absque dispensatione S. Pontificis non potest, nisi sub conditionibus in *Resp. 2. præced.* Q. dictis, juxta *c. 2. & 8. h. t. & Extrav. Antiquæ cit.* estque talis collatio ipso jure nulla. Pirh. *h. n. 2.* Extenditur responsio, ut nec Clericus conjugatus obtinere possit absque simili dispensatione administrationem Ecclesiasticam vel pensionem. Ratio, quia Clericus conjugatus excepto privilegio canonis & fori juxta *c. un. h. t. in 6.* habetur ùt laicus, laicus verò nec beneficii, nec administrationis aut pensionis Ecclesiasticæ capax est *c. 17. de rescript.* ergo.

Q. 4.

Q. 4. An & qualiter Clericus contrahendo matrimonium beneficia præhabita amittat? Resp. 1. Clericus in majoribus constitutus, si attentet matrimonium, quod juxta dicta est invalidum, sic punitur. 1. fit irregularis. *can. 32. caus. 27. q. 1. c. 1. & 2. qui Cler. vel vov.* 2. tanquam excommunicatus est publicè denuntiandus. *Clem. un. de consang. & affin.* 3. compellendus est per censuras ad uxorem, quam nulliter duxit, dimittendam. *c. 1. h. t.* Non tamen incurrit privationem beneficiorum ipso jure, sed modò per sententiam judicis est privandus. *c. 1. h. t.* Unde & arg. quòd non amittat ipso jure privilegia Clericalia.

Resp. 2. Clericus beneficiatus minorista *validè* contrahens *matrimonium, etiam ratum tantùm*, ipso facto & jure amittet beneficia, eaque vacant citra omnem sententiam judicis, ita ut statim ab eo momento alteri conferri possint. Probatur ex. *c. 1. h. t.* quòd aliàs objici solet. Ratio, quia matrimonium est status incompossibilis cum beneficio Ecclesiastico. *c. 3. & 5. h. t.* ergo Clericus assumens liberè talem statum censetur tacitè & ipso facto renuntiâsse beneficio. Utrùm verò Clericus contrahens matrimonium ob impedimentum dirimens, vel alium effectum invalidum amittat pariter ipso jure beneficia præhabita, disputant AA. Vide Leur. *h. t. Q. 46.* Schmalzgr. tenet neg. eò quòd cesset hoc casu ratio, ob quam amissio beneficiorum inducta est &c.

Q. 5. Clericus in minoribus constitutus contrahens matrimonium, an & quæ privilegia Clericalia amit-

amittat? *Resp.* 1. Talis Clericus, si observet certas conditiones, de quibus statim, gaudet privilegio canonis & fori, sed hoc in causis solùm criminalibus, sive dein intententur criminaliter; sive civiliter. arg. *c. un. h. t. in 6.* 2. Conditiones utroque hoc privilegio fruendi copulativè requisitæ sunt, ut Clericus ejusm. cum unâ eáque Virgine contraxerit. Deinde ut deferat tonsuram & vestes Clericales *c. un. h. t. in 6.* Demum ex Constit. *Trid. Sess. 23. c. 6. de ref.* ut Ecclesiæ alicujus servitio sit ab Episcopo deputatus, eique actu serviat. Aliis privilegiis Clericalibus, quale est privilegium competentiæ ex *c. Odoardus. de solut.* privilegium immunitatis à tributis, collectis, vectigalibus &c. nullo modo gaudet, ùt patet ex *cit. cap. un. h. t. in 6.*

TITULUS IV.

De Clericis non residentibus in Ecclesia vel Præbendâ.

Q. 1. *Quid & quotuplex sit residentia? Resp.* 1. Est præsentia seu commoratio assidua in loco beneficii, causâ servitii Ecclesiastici personaliter præstandi. Præsentia ut *assidua* esse dicatur, non sufficit, per *intervalla* residere beneficiatum, sed requiritur, ut semper *moraliter* saltem, beneficiatus sit præsens. In *loco* beneficii Episcopus dicitur, si sit in Ecclesia Cathedrali, vel saltem in Diœcesi: Canonicus, si Ecclesiæ

suæ

ſuæ ita adſit, ut in dies per ſe ipſum inſervire poſſit: Parochus, ſi in domo Parochiali, vel hac deficiente, intra fines Parochiæ habitet. *Causâ ſervitii Eccleſiaſtici* adeſſe debet ita, ut ſi quidem verſetur in loco, officium tamen non præſtet, reſidere minimè cenſeatur: Imò non ſatisfacit obligationi ſuæ beneficiatus, qui, licèt in loco beneficii reſideat, actus tamen beneficio annexos non per ſe, ſed per alios exercet. Ratio, quia reſidentia laboriosa eſt, non otioſa; & arg. *c. 4. & 6. h. t.* Unde multi concludunt, talem beneficiatum, v. g. Parochum omnia per ſuos Capellanos adminiſtrantem fructus non facere ſuos.

Reſp. 2. Alia eſt reſidentia *vera*, cùm beneficiarius verè præſens eſt in loco beneficii, & perſonaliter exercet officium, propter quod beneficium eſt datum. Alia *ficta*, quando abſens à loco beneficii juris interpretatione pro præſente habetur in ordine ad lucrandos fructus. Schmalzg. *h. n. 6.* Pichler *h. t. n. 2.* dividit reſidentiam in *voluntariam & neceſſariam*, hanc in *præciſam & cauſativam*.

Q. 2. Quo jure introducta ſit obligatio reſidendi?
Reſp. 1. Beneficiarii, ſimplicia tantùm beneficia obtinentes, jure ſolùm Eccleſiaſtico, *per ſe ipſos* tamen, reſidere tenentur. Ratio, quia alia obligatio non reperitur ullibi expreſſa.

Reſp. 2. Beneficiati Curati, & in ſpecie Epiſcopi, Parochi, Vicarii perpetui, obligantur jure

etiam

etiam divino & naturali (saltem in thesi & conditionatè) residere in suis Ecclesiis. Trid. *sess. 6. c. 1. de ref.* ubi explicat verba scripturæ: *attendentes sibi & universo gregi.* & illa: *tu verò vigila.* item *in sess. 23. c. 1. de ref.*

Q. 3. *An obligatio residendi per dispensationem, consuetudinem, privilegium non possit tolli vel saltem mitigari? Resp.* 1. Circa beneficia simplicia dubium non est, quin & per dispensationem summi Pontificis, & per contrariam consuetudinem obligatio residendi vel tolli vel saltem possit modificari; exceptiones tamen quasdam notat Schmalzgr. *h. â n. 30.*

Resp. 2. Nec obligatio residendi in beneficiis curatis tam est absoluta, ut per privilegium, dispensationem, aut consuetudinem non sufficiat residere, & officium Ecclesiasticum præstare per substitutum, eo munere æquè benè vel melius fungentem. Ratio, quia jus divinum & naturale Curatos non absolutè, sed conditionatè obligat ad personaliter residendum, si scil. per alium non æquè benè, vel melius exerceatur officium, vel si ex absentia oriatur periculum ovium aut detrimentum.

Q. 4. *An & quæ causæ sint excusantes à continua residentia? Resp.* Trid. *sess. 23. c. 1. ℣. nam num. de ref.* enumerat 4. causas, quæ possint beneficiatum excusare à residentia. 1. est *Christiana charitas*, si v. g. Episcopus vel alius Curatus discedit ad convertendos hæreticos: opus tamen est Episcopo licentiâ Metropolitani vel Papæ, in-

inferiori Curato licentiâ Episcopi. 2. *Urgens necessitas*; talis esset hostilis incursio, capitales inimicitiæ, corporis infirmitas, aëris intemperies, quam Episcopus in alio loco suæ diœcesis residere potest, modò vadat ad Cathedralem tempore bus præscriptis à *Trid. l. cit.* Contagio in loco Parochiæ grassans Parocho non est justa absentiæ causa, quia tunc vel maximè oves opus habent pastoris præsentiâ, & solatio. Si tamen habet idoneos Vicarios, non tenetur per se Sacramenta pestiferis administrare. S. Congreg. *Decret. edit. die 23. Sept. 1576.* 3. *Debita obedientia*, ùt si Clericus abest ab Ecclesiâ suâ causâ servitii Episcopi exhibendi. *c. 15. h. t.* & Trid. *sess. 24. c. 12. in fin. de ref.* Soli tamen Canonici & beneficiati simplices, non autem Curati ita possunt occupari in servitio *Papæ aut Episcopi*, ut fructus *grossos seu annuos* Præbendarum suarum etiam absentes lucrentur, nisi tamen exigat necessitas aut major utilitas publica. arg. *c. 14. & 15. h. t.* Leur. *For. Benef. p. 1. Q. 386. n. 1. & seq.* 4. *Evidens Ecclesiæ Reip. utilitas*, ùt si quis alibi defendat jura Ecclesiæ suæ; si discedat ad Concilium Generale vel Provinciale; si Clericus absit studiorum causâ. *c. 4. & 12. h. t. Trid. sess. 5. c. 1. de ref.* vide Schmalzg. *h. à n. 60.*

Q. 5. Quid specialiter circa residentiam, vel non residentiam Episcoporum notandum? Resp. 1. Episcopi possunt citra licentiam à S. Pontifice vel Metropolitano impetrandam duobus, vel ad summum 3. mensibus ab Ecclesia sua abesse, modò

modò id non fiat temerè, & absque gregis detrimento, quod ipsorum conscientiæ relinquitur. Trid. *sess. 23. c. 1. de ref.* Quod si diutiùs eos abesse necesse sit, debent causam absentiæ S. Pontifici, vel Metropolitano, vel illo absente Seniori Suffraganeo significare, ac in scriptis approbationem impetrare, nisi periculum sit in mora, vel absentia contingat propter officium Episcopatui annexum, cujus causa est notoria. ibid.

Resp. 2. Circa Episcopos non residentes hodie observanda est forma Decreti in Conc. Trid. *sess. 6. c. 1.* præscripta, ubi statuitur, quòd Episcopus vel alius Prælatus superior, si ultra 6. menses illegitimè sit absens, quartam partem redituum unius anni ipso jure amittat, quæ per Superiorem fabricæ Ecclesiæ vel pauperibus erit applicanda. Si per alios 6. menses in contumacia perseveret, rursus aliam quartam partem fructuum similiter applicandam eo ipso amittat. Crescente autem contumaciâ, per Archi-Episcopum vel Suffraganeum seniorem denuntiari decet S. Pontifici infra 3. menses, ut pro arbitrio illius Ecclesiâ vel Episcopatu privetur. Deinde in *sess. 23. c. 1.* pœnæ prædictæ confirmantur, & præterea statuitur, Episcopum ultra 3. menses sine licentia & rationabili causâ se absentantem reatum quoque peccati mortalis incurrere, fructúsque pro rata temporis absentiæ suos non facere. Demum in Constit. Pii IV. relata in cit. *sess. 6. c. 2.* habetur, quòd, si illegitimè absentes extra suam Ecclesiam moriantur,

bona eorum tanquam spolia ad Cameram Apostolicam pertineant.

Resp. 3. Quod si Episcopi ultra 2. aut 3. menses à loco beneficii absque legitima causa absint, præter peccatum grave pro rata temporis absentiæ fructus non faciunt suos, sed ad omnem sententiam, etiam declaratoriam, tenentur vel applicare Ecclesiæ vel erogare in pauperes. Trid. *sess. 23. c. 1. de ref.* Dicendumque est, à Trid. pœnam in *sess. 6. c. 1. de ref.* statuta fuisse exasperatam, fortè quia adverterat, priorem minùs profecturam. Alii aliter combinant Trid.

Q. 6. Quid de Abbatibus, aliisque Prælatis Episcopo inferioribus dicendum? Resp. 1. Et hi ad residentiam personalem obligantur, quia & ipsi nomine Pastorum & Curatorum Episcopis inferiorum nomine veniunt, de quibus loquitur Trid. cit. *sess. 23. c. 1. ℣. eadem omnino.* 2. Non tamen Abbates illi, si debitè non resideant, pœnas paulò antè enumeratas incurrunt, quia ob votum Religiosæ paupertatis reditus proprios non habent, sed omnia acquirunt monasterio. Itaque modis aliis juxta cujusque Ordinis regulam & usum plecti debent. 3. Si Abbates aliique Prælati Episcopo inferiores sint exempti, & jurisdictione quasi-Episcopali gaudeant, uti Episcopi, ipsi etiam duobus saltem, vel 3. mensibus sine licentia Superioris annis singulis abesse possunt. Ratio, quia veniunt nomine Episcoporum: si verò non sint exempti, sed subjaceant

Epi-

Episcopo, verius est, licentiâ Episcopi iis opus esse per Trid. *cit. sess. 23. c. 1. ℣. eadem omnino.*

Q. 7. Quid juris circa absentiam Parochorum & aliorum Curatorum? Resp. 1. Parochi non possunt de jure sine licentiâ abesse à suis Parochiis, etiam ad duos tantùm menses. Ratio est, quia in Trid. *sess. 23. c. 1.* expresè statuitur, ut *quandocunque eos abesse contigerit, discedendi licentiam in scriptis gratisque concedendam, ultra bimestre tempus, nisi ex gravi causa, non obtineant.* 2. Engel non audet damnare consuetudinem, si Parochus absque petita licentiâ per aliquot hebdomadas absit justâ de causâ, & absque periculo damnificandi plebem, substituto nimirum Vicario idoneo. Ratio, quia obligatio petendi licentiam suppositâ justâ causâ, ex mero jure positivo est introducta, ergo, sicut omnis alia lex humana, per consuetudinem tolli potest. 3. Pœnæ Parochorum non residentium eædem ferè sunt, quæ Episcoporum; unde præter reatum gravis peccati fructus absentiæ suos non faciunt. Trid. *sess. 23. c. 1.* Citandi etiam sunt personaliter per nuntium aut literas, ut resideant. *c. 8. 10. & fin. h. t.* vel si lateant, per edictum *c. 8. cit.* imò juxta Trid. *l. cit.* statim possunt citari edictaliter, licèt sciatur ubi morentur non residentes: Atque tum, si perseverent in contumacia, vel per censuras ad residendum compellendi, vel beneficio sunt privandi. *c. 2. & seq. h. t.*

Q. 8. Quid de Canonicorum residentia dicendum? Resp. 1. Canonici Ecclesiarum tam Ca-

thedralium quàm Collegiatarum non tantùm v
juris communis, quia ſcil. beneficium datur pro
pter officium, ſed etiam ex ſpeciali Trid. Conſti
tutione *ſeſſ. 24. c. 12. de ref. §. præterea* ad pe
ſonalem reſidentiam tenentur. 2. Poſſunt tame
etiam non ſubſtituto Vicario quolibet anno pe
3. menſes vel continuos vel interpolatos licitè ab
que petitâ licentiâ abeſſe, niſi conſuetudo vel mer
Fundatorum longius reſidentiæ tempus, quàm
menſium exigant. Trid. *cit.* 3. Lucrantur fructu
ſaltem annuos & groſſos, dum vel dictis 3. men
ſibus, vel aliàs ex juſtâ causâ cum licentia, Epiſco
pi abſunt. Ratio, quia habentur quidem pro
reſidentibus, non tamen pro intereſſentibus.
Fagnan. *in c. licet. 32. de præb. n. 82. 92. & ſeq.*
adducens Declarationem S. Congreg. 4. De pa
nis Canonicorum debitè non reſidentium vide
Trid. *Seſſ. 24. c. 12. de ref.* add. Reiffenſt. *n. 124.*
& ſeq. Pichl. *n. 19.*

Q. 9. *Quid juris ſit circa diſtributiones quoti
dianas?* *Reſp.* 1. Diſtributiones quotidianæ ſunt
portiones quotidie diſtribui ſolitæ iis tantùm
Clericis, qui ſtatutis horis interſunt divinis of
ficiis. Vocantur fructus præſentiæ & intereſ
ſentiæ, nec nomine fructuum regulariter veniunt.
Agit de iis Trid. *ſeſſ. 21. c. 1. de ref.* 2. Re
gulæ generalis loco eſt, quòd illis tantùm Cleri
cis debeantur, qui ſtato tempore interſunt divi
nis officiis. *c. un. h. t. in 6.* Trid. *ſeſſ. 24. c. 12.*
¶. diſtributiones verò. de ref. Imò multi ob
verba Trid. *ſeſſ. 24. c. 12.* (*Omnes verò divina*

per

per se & non per substitutos compellantur obire officia .... atque in choro ad psallendum instituto, hymnis & canticis DEI nomen reverenter, distinctè, devotéque laudare) colligunt, teneri Canonicos cantare in choro, ut destributiones percipiant; quæ sententia de jure scripto vera est, consuetudine tamen contraria obtinet. 3. Distributiones quotidianæ, quas Canonici ob absentiam in divinis amittunt, pro diversitate casuum in Trid. *sess. 21. c. 3. de ref. & sess. 22. c. 3. de ref.* vel fabricæ vel reliquis accrescunt; attendenda etiam plurimùm est consuetudo Ecclesiarum. 4. Casus & causæ tres enumerantur in *c. un. h. t. in 6.* ob quas Canonici non tantùm pro præsentibus habentur quoad fructus annuos, sed & pro interessentibus in ordine ad distributiones; scil. *infirmitas gravis*, sive jam actu præsens, sive quæ meritò timetur ex accessu ad Ecclesiam, etiamsi quis propriâ culpâ sibi morbum accersiverit. Deinde *justa & rationabilis corporis necessitas*, quæ vel absolutam causet impotentiam, vel moralem, ùt siquis *injustè* incarceratus, iniquè foret excommunicatus; vel absque gravi periculo vitæ aut fortunarum accedere non posset Ecclesiam, v. g. ob inclementiam aëris, insidias inimici: Demum *evidens Ecclesiæ propriæ utilitas*; hinc gaudet distributionibus, qui Romæ agit negotia suæ Ecclesiæ; qui pro defensione jurium Capituli abest; qui mittitur nomine Episcopi ad visitanda limina Apostolorum, ad Concilium, ad gratulandum Principi de felici adventu &c. Quibus addi potest

test. 1. Dispensatio vel privilegium Papale. 2. Dispensatio Episcopi ad breve tempus. 3. Consuetudo saltem post Trid. introducta. 4. Merita præcedentia, si quis per 40. annos assiduè interfuit divinis.

TITULUS V.

De Præbendis & Dignitatibus.

Q. 1. *Quid sit Præbenda, seu beneficium, & quomodo ab aliis, quæ beneficia non sunt, distinguatur? Resp.* ad 1. Præbenda vel sumitur *latissimè*, & denotat omnem perceptionem reditum Ecclesiasticorum, etiamsi Laico competat v. g. propter Advocatiam, vel aliud obsequium sæculare. Vel sumitur *strictè*, & denotat jus percipiendi reditus Ecclesiasticos in Ecclesia Cathedrali vel Collegiata. Vel denique *latè* sumitur, & coincidit *cum Beneficio Ecclesiastico* saltem *inferiore*; *Majora* enim beneficia *Dignitates* dicuntur: *Præbenda* jam sive *Beneficium Ecclesiasticum* est jus perpetuum percipiendi reditus ex bonis Ecclesiasticis propter aliquod servitium spirituale, authoritate Ecclesiæ constitutum. Explicationem definitionis vide apud Schmalzg. *h. t. n. 2.*

Resp. ad 2. Imò. *Commenda*, quâ Ecclesia vel beneficium alicujus Clerici custodiæ, administrationi & curæ committitur, si est *Perpetua*, seu quamdiu Commendatarius vivit, beneficium est,

est. Ratio, quia ejus concessio vim & effectum beneficii præbet. Secus si sit *Temporalis*, seu concessa, quamdiu ejus Rector abest. Eodem modo differendum est de *Vicaria*, quæ maximè locum habet in beneficiis Parochialibus, in quibus subinde quis substituitur ad exercendam curam animarum, vel ad tempus & revocabiliter, & dicitur habere *Vicariam temporalem*, vel in perpetuum, & est *Vicaria Perpetua*. 2. *Capellania*, quæ est obligatio annuatim vel hebdomadatim unam vel plures Missas celebrandi in certa Ecclesiâ vel Altari, tum beneficium est, si sit *collativa*, id est, si authoritate Ecclesiasticâ intercedente collata sit, & quidem in Titulum perpetuum. 3. *Pensio* Clericalis, quæ est jus exigendi certos fructus ex alieno beneficio, si concessum sit alicui ad tempus vel ad vitam pensionarii, beneficium non est. 4. De *Præceptoriis*, quo nomine veniunt Commendæ apud Equites Ordinum militarium; de *Præstimoniis*, quæ sunt stipendia Clericis, præcipuè dum studiis dant operam, ex reditibus Ecclesiæ dari solita; de *Beneficiis manualibus*, quæ scil. alicui conferuntur, ut sint ad nutum conferentis etiam absque causâ ullâ denuo auferibilia, dicendum est, proprie talia beneficia non esse.

Q. 2. *Quotuplex sit Beneficium? Resp.* 1. Aliud est duplex, aliud simplex. *Duplex* est, quod præter alia beneficiis omnibus communia superadditam habet aliquam juris qualitatem, v. g. præeminentiam, vel administrationem, vel cu-

rum animarum. *Majora* sunt Episcopatus, Archi-Episcopatus &c. usque ad Papatum: hæc nomine beneficiorum in odiosis non veniunt. *Media* sunt reliquæ dignitates inferiores, uti Præpositura, Decanatus, Vicariatus Generalis &c. ubi & notandum discrimen inter *Dignitatem*, *Officium*, *Personatum*, de quibus passim AA. *Infima* beneficia duplicia sunt, quæ jurisdictionem in foro tantùm interno annexam habent, quemadmodum Parochiæ, Plebanatus, Vicariæ perpetuæ. *Beneficium simplex* est, quod non est affectum tali juris qualitate, seu quod nullam habet præeminentiam, administrationem, jurisdictionem, uti sunt Capellaniæ, Canonicatus; qui tamen in Ecclesiis præcipuè Cathedralibus ordinariè non veniunt nomine beneficiorum simplicium; etiamsi non sint Dignitates vel Personatus, sed vocantur *Simplicia Majora*, quasi tertiam classem constituunt inter simplicia & Curata.

Resp. 2. Beneficium iterum aliud est *Sæculare*, aliud *Regulare*. Sæculare, quod Clericis sæcularibus, nullam scil. Religionem Professis, per se conferri debet. arg. *can. 22. caus. 16. q. 7. c. 5. & 32. h. t. in 6.* Regulare, quod tantùm est conferendum Religiosis, & per hos administrandum, ùt sunt Abbatia, Priorâtus &c. 2. In dubio præsumendum est beneficium non Regulare, sed sæculare. Gonzal. in *Reg. 8. Cancell. glos. 7. n. 1.* 3. Ut beneficium sæculare viâ præscriptionis transeat in Regulare, vel viciſſim, requiri-

tur,

tur possessio quadragenaria. arg. *c. 5. h. t. in 6.* Tum ut possidentes legitimè instituti fuerint. *c. 1. de R. J. in 6.* Demum bona fides & justus titulus. 4. Regulariter Clerico sæculari sæculare, Regulari Regulare beneficium conferendum; potest tamen Regularis sæculari beneficio præfici, & contrà, de plenitudine potestatis Papalis. *c. 5. h. t. in 6.* vel si urgeat necessitas, ùt in casu *c. 5. de Relig. dom.* id potest Episcopus. Item Regulares, etiam Monachi, promoveri possunt ad dignitatem *Episcopalem* sive in sæculari, sive Regulari Ecclesia. *c. 28. de Elect. in 6. Clem. 1. in fin. eod.* Demum licèt olim juxta *can. 31. & 34. caus. 16. q. 1.* potuerint Religiosi etiam *Parochiis* præfici, ait tamen Schmalzgr. *h. n. 23.* probabilius esse, id hodie de puncto juris absque dispensatione Apostolica fieri non posse, nisi beneficium Parochiale fuerit plene cuidam monasterio incorporatum. Allegat Declar. Card. *edit. jussu Greg. XIII. 8. Julii 1581.* ubi declarari ait, Regulares nequidem cum consensu Generalis sui posse ad beneficium Curatum assumi. Item decret. S. Congreg. Episc. *edit. jussu Clementis X. 17. Martii. 1671.* ubi priora confirmantur. Denique speciali indulto, quo S. Pius V. ad preces Philippi II. Hispaniarum Regis concessit Regularibus cujuscunque Ordinis, ut in Indiis de licentia superiorum suorum officium Parochi administrare valeant.

Resp. 3. Beneficium rursus aliud est *Manuale*, quod inter beneficia strictè numerandum

non

non esse, dixi superiùs. Aliud *non Manuale*, seu *simpliciter Titulare*, quod confertur in titulum perpetuum, ita ut semel collatum beneficiato eidem auferri nequeat absque justâ & jure expresâ causâ. Pirh. *h. n. 14.* Aliud *Patrimoniale*, quod conferri non potest, nisi Clerico patriæ, loci, vel Parochiæ alicujus; aliud *non Patrimoniale*, quod cuilibet digno undecunque oriundo conferri potest. Aliud etiam est *Electivum*, quod per suffragia Capitularium, accedente dein superioris confirmatione vel admissione, obtinetur; aliud *Patronatum*, in quo quis ad præsentationem Patroni, ab Episcopo vel alio Prælato Ecclesiastico instituitur, uti plerique Parochi solent instituì; aliud *Collativum* sive *Liberum*, quod liberâ voluntate ejus, ad quem collatio pertinet, absque prævia electione, nominatione aut præsentatione, cui libuerit, modò habeat requisita, confertur. Notâsse hîc juvat discrimen inter *Collationem specificè sumptam, seu liberam*, quæ est gratuita concessio beneficii vacantis sine præcedente electione &c. & inter *Institutionem specificè sumptam seu Collationem necessariam*, quæ fit prævià *præsentatione vel Nominatione* Patroni, de qua in *Tit. 7. hujus Libri.*

Q. 3. Quibus conferenda beneficia? Resp. 1. Qualitates *Clericorum*, quibus conferri & possunt & debent beneficia, enumeratæ sunt tum *Tit. 6. q. 3. tum Tit. 14. q. 1. & seqq. Libr. 1. Decretal.* 2. Quibus conferendæ Ecclesiæ Parochiales, vide

Trid.

Trid. *sess. 24. de ref. c. 18.* 3. Quæ Pichl. *h. n. 33. & seqq.* tractat de intentione requisitâ in recipiente beneficium Parochiale, vel Canonicatum, cui Ordo sacer annexus, dictum est suprâ; uti etiam de Religiosorum capacitate vel incapacitate ad beneficia curata. 4. Novitio Religionis benficium sæculare conferri potest, quia etiamnum sui juris est; non Regulare habens administrationem. *c 28. de elect. in 6.* ex ratione in *c.49. de elect.* insinuata; secus si hanc non habeat. Trid. *sess. 14. c. 10. de Regular.* 5. In beneficiis jure sanguinis succedi non potest, uti ratio, & *c. 1. h. t.* probat. 6. Posse absenti conferri beneficium, qui sive per se, sive per alium, etiam laicum speciali mandato instructum, acquirat jus in re, habetur *c. 17. de præb. in 6.*

Q. 4. Quomodo conferenda beneficia? Resp. 1. *Gratis. can. 3. & 7. caus. 1. q. 3. Extrav. Cùm detestabile inter Comm. de Simon.* aliàs committeretur Simonia. 2. *Liberè*, scil. non per vim aut metum, *c. 2. de his, quæ vi.* nec sub-aut obreptitiè. *c. 23. h. t. in 6. c. 8. & 19. de rescript.* 3. *Palàm*, coram testibus saltem duobus. 4. *In scripturâ*, concordat praxis. 5. *In perpetuum*, aliàs proprium beneficium non est. 6. *Non conditionatè.* arg. *c. 2. de elect. in 6.* si scil. conditio *extranea* sit. 7. *Non alternativè* vel *disjunctivè*, v. g. confero beneficium Titio vel Cajo arg. *c. cit.* 8. *Non unum idémque duobus. c. 20. h. t.* 9. *sine diminutione*, ùt dicetur *Tit. 12. seq.* 10. Intra cer-

certum tempus; de quo *c. 2. §. cùm verò. de concess. præb.* & Schmalzgr. *n. 36. eod. tit.*

Resp. 2. Collatio beneficii *sub modo*, qui à natura non ineſt, eſt invalida; ſecus ſi inſit: ſic valet hæc collatio: *Confero tibi beneficium Parochiale, ut intra annum ſuſcipias Sacerdotium*, quia per talem modum nihil additur actui, nihil demitur, ſed tantùm, quòd implicitè continetur, explicatur. Idem dicendum de Collatione beneficii *ſub pacto*. Collatio beneficii *ſub onere* quomodo fieri aut non fieri poſſit, dicetur ad *Tit. 12. ſeq.* Forma conferendi beneficia Parochialia, ſcil. per concurſum, præſcribitur in Trid. *ſeſſ. 24. c. 18. de ref.*

Q. 5. *An uni poſſint plura beneficia conferri?* *Reſp.* 1. Dari beneficia *compatibilia*, quorum plura, *duo nimirum*, uni eidémque ſubjecto licitè conferri, ab eóque poſſint retineri, præter *c. 7. de reſcript. in 6. Clem. 4. eod.* ſupponit Trid. *ſeſſ. 7. c. 4. de reform.* Talia ſunt duo beneficia ſimplicia ſæcularia, reſidentiam continuam non requirentia, modò unum non ſit ſufficiens ad honeſtam ſuſtentationem. Trid. *Seſſ. 24. c. 17. de ref.* & modò non ſint *uniformia*, id eſt, ejusdem rationis; nec ſub *eodem tecto*, ſeu in unâ eadémque Eccleſiâ, vel altari. *c. 9. de Conceſſ. præb.*

Reſp. 2. Beneficia plura ex ſuâ natura incompatibilia, id eſt, quæ vel *continuam reſidentiam requirunt*, vel *ratione ſervitii ſe non compatiuntur*, non poſſunt, prohibente ita non tantùm jure poſiti-

vo

vo ob *c. 5. 7. 14. 28. h. t. Clem. 3. eod.* Trid. *Seſſ. 7. c. 4. & Seſſ. 24. c. 17. de ref.* ſed etiam jure naturali, in *theſi ſaltem & conditionatè* juxta dicta ad *Tit. 4.* ſuprà, uni eidémque ſubjecto conferri. Unde nec per conſuetudinem, nec per privilegium aut diſpenſationem absque juſta causâ induci poterit, ut quis plura beneficia, ſaltem quoad reſidentiam & ſervitium incompatibilia, habeat. *c. 1. de conſuet. in 6.* Trid. *ſeſſ. 24. c. 17. cit.* Cauſæ diſpenſandi juſtæ ſunt neceſſitas vel utilitas *Eccleſiæ*, evidens meritorum prærogativa &c.

Reſp. 3. Hodie obtento plenè beneficio ſecundo, ex naturâ ſuâ incompatibili, *ſtatim* ipſo jure primum vacat *quoad titulum*, & ſiquis utrumque retinere vellet, etiam ſecundum vacaret. Trid. *ſeſſ. 7. c. 4. de reform.* Extrav. *Execrabilis. Joan. XXII. h. t.* facilè explicatur Trid. in contrarium allegari ſolitum *ſeſſ. 24. c. 17. de ref.* Beneficia taliter incompoſſibilia ſunt Epiſcopatus cum pacifica & *frugifera* poſſeſſione, & beneficia priùs obtenta, non tamen Cardinalatus; duo beneficia uniformia. Trid. cit. duo curata. *c. 28. h. t. in 6.* duæ dignitates, & probabilius etiam duo beneficia ſimplicia, vel Canonicatus, requirentes perſonalem reſidentiam, ob verba Trid. *aut alia incompatibilia.*

Q. 6. Quibus jus & poteſtas Beneficia Eccleſiaſtica conferendi competat? Reſp. 1. De jure communi & ſecluſis conſuetudinibus, privilegiis & indultis Sedis Apoſtolicæ, ampliſſimam poteſtatem conferen-

ferendi Beneficia Ecclesiastica habet summus Pontifex. *c. 2. h. t. in 6. Clem. 1. in fin. ut. lit. pend.* ratio, quia est Ordinarius Ordinariorum, habens concurrentem jurisdictionem cum omnibus Ecclesiæ Prælatis. Confert autem vel *Jure praventionis*, dum concedit alicui gratiam exspectativam, vel mandatum de providendo, scil. mandando, ut alicui beneficium proximè vacaturum conferatur. Vel *Jure Concursûs*, vi cujus jus habet, cumulativè cum Collatoribus omnibus inferioribus beneficia actu vacantia conferendi; hoc casu præferetur collatio illius, qui priori contulit; in dubio, & dum neuter ex collatariis actualem habet possessionem, standum est collationi à Papa factæ. *c. 31. h. t. in 6.* Neutro tamen modo conferendi uti solet S. Pontifex; sed vel *jure reservationis*, vi cujus beneficia confert, quorum collationem sibi reservavit privativè; vel *jure devolutionis*, de quo infra *Tit. 8.* Circa ipsam Provisionem Pontificiam quid advertendum sit, Vide Leur. *Forum Benef. p. 2. q. 786.* Engel *à. n. 55.*

Resp. 2. De *Legatis à Latere* quòd de jure quidem *communi* concurrant in collatione beneficiorum cum Ordinariis ex *c. 1. & 6. de off. Legat. in 6.* dictum est ad Tit. 30. *Libr. 1. Decretal.* non autem post Concordata Germaniæ, probat Engel *h. t. n. 60.*

Resp. 3. Episcopi, & qui nomine Episcoporum veniunt, de jure communi habent potestatem conferendi omnia beneficia Diœcesis suæ *c. 16. de off. Ordin. c. 3. de Instit. c. 12. §. fin. de harm.*

modò

modò sint tales Episcopi *confirmati*, consecratos enim esse necesse non est. Excipiuntur Beneficia Sedi Apostolicæ reservata: beneficia, quorum collatio ad alium quempiam, maximè ex privilegio Apostolico, præscriptione, devolutione, spectat. Collatio Præbendarum, Canonicatuum, Dignitatum in Ecclesiis Cathedralibus *de jure communi* pertinet ad Episcopum & Capitulum simul, ita ut Episcopus habeat unam vocem, & totum Capitulum alteram. *c. 15. de conceſſ. præb.* In Ecclesiis *Collegiatis*, præscindendo iterum à consuetudine, jus præsentandi seu eligendi ad Canonicatum competit Capitulo, ejúsque Superiori immediato, jus instituendi & confirmandi Episcopo. Schmalzgr. *h. t. n. 52.*

Resp. 4. *Capitulum Cathedrale* Sede vacante illa tantùm beneficia conferre potest, quorum collatio ad ipsum & Episcopum viventem pertinebat *c. un. ne sede vac. in 6.* non illa, quorum collatio ad solum Episcopum spectabat. *c. 1. de Inst. in 6. c. 14. de Majorit.* Vicarius *Generalis* non habet jus sine speciali mandato beneficia conferendi ad liberam collationem Episcopi pertinentia. *c. fin. de off. Vicar. in 6.* Nec Canonici *singulares de jure communi* quidquam juris habent circa collationem beneficiorum; in nostris tamen partibus fere *per turnum* conferre solent.

Resp. 5. Laicus quidem nec *de jure*, quia potestas conferendi beneficium spiritualis est; nec *de consuetudine aut præscriptione*, quia secluso privilegio est incapax possidendi jus collationis

beneficiorum ; *per privilegium tamen Pontificium* habilis esse potest ad jus beneficia conferendi ar à pari de Jure Patronatûs. Cæterùm verus pos sessor juris conferendi beneficia licitè potest d validè ea conferre. *c. 7. de cauſ. poſſeſſ. & prop.*

Q. 7. *Quale jus Collatario acquiratur in ben ficio per factam ſibi collationem? Reſp.* Collatio *ceptata* tribuit acceptanti jus in re & quasi dom nium collati beneficii priùs etiam, quàm trad tur. *c. 17. h. t. in 6. c. fin. de conceſſ. præb. eod.* collatio sit quidem oblata, nondum tamen a ceptata, acquiritur saltem jus ad rem, ùt à Colla tore revocari non possit taliter facta collatio, ne beneficium alteri conferri. *c. 17. cit.* Potest t men Episcopus vel Collator præfigere terminu Collatario, intra quem acceptet collationem Schmalzgr. *h. n. 65.* quo tamen elapso adhuc utiliter Collatarius consentiet, casu quo alteri b neficium necdum est collatum. ibid. *n. 66. &* agit, quomodo absenti interveniente perso tertiâ beneficium conferatur.

Q. 8. *Quis unire poſſit beneficia Eccleſiaſtica & qua? Reſp.* 1. Unio beneficiorum (quæ est duorum vel plurium beneficiorum aut Eccleſiarum à legitimo superiore facta annexio) fieri potest tripliciter, dum vel ex duobus beneficiis di unum, ut in tertium aliquod & distinctum Corpus coalescant; vel dum unum beneficium unitur *accessoriè* alteri tanquam principali, ut huic quasi superiori subjiciatur; vel dum duo beneficia æque principaliter uniuntur: ex qualibet harum unio-

num

num varii consequuntur effectus; uti & ex *incorporatione* beneficiorum Monasteriis facta, dum subinde beneficia incorporantur Monasteriis *tantùm quoad temporalia*, aliàs *pleno*, item aliàs *plenissimo jure*.

Resp. 2. Uni *perpetuò* potest beneficia diœceseos suæ Episcopus. *c. 8. de excess. Præl.* Veniunt autem nomine Episcoporum non tantùm Prælati Superiores Episcopis pro suis diœcesibus, & Papa pro toto orbe. *c. 2. h. t. in 6.* Sed etiam *de jure communi* Legatus à latere. arg. *c. 1. §. fin. de off. Legat in 6.* Capitulum Cathedrale sede Episcopali vacante *c. un. de Major. in 6.* non tamen Vicarius Generalis absque commissione, cùm & sine hac conferre beneficia non possit.

Resp. 3. Requisita ad validam & licitam unionem sunt *seqq.* 1. *Justa causa*, consistens vel in necessitate vel utilitate; & causæ cognitio: his deficientibus invalidè fit unio. Trid. *sess. 7. c. 6. de ref. c. 33. h. t.* 2. *Consensus eorum, quorum interest, scil. Capituli* collegialiter congregati cum contractu prævio & causæ cognitione: Patroni, si sit patronatum; Electorum, si sit electivum? Collatoris, si collativum; & horum consensus de valore unionis requiritur. 3. Licèt Rector beneficii immediatus, vel si vacat beneficium, ejus defensor, plebs item & Dominus loci audiendi sint; non tamen ad valorem unionis illorum consensus requiritur. Leur. *p. 3. q. 918. & seq.*

Resp. 4. Omnia quidem beneficia diœcesecos suæ unire potest Episcopus, excipiuntur tamen *exempta*, quæ subjectis unire non potest, ut patet: ex subjectis non potest unire beneficium suæ mensæ, aut beneficio alterius diœcesis. Trid. *sess. 14. c. 9. de ref.* Nec beneficia curata, nec Parochias Monasteriis, Abbatiis, Dignitatibus &c. *Sess. 24. c. 13.* nec beneficia liberæ collationis. *Sess. 25. c. 9. de ref.* Quid circa unionem beneficiorum à S. Pontifice factas debeat agere Episcopus, exprimitur in Trid. *sess. 7. c. 6. de ref.*

Q. 9. *Quid de dismembratione, divisione, & suppressione beneficiorum statuendum? Resp.* 1. Dismembratio Beneficii (quæ tunc fieri censetur, quando salvâ illius unitate pars fructuum ab eo aufertur, & alteri habenti tenues reditus applicatur, ad hujus fabricam vel Ministrorum sustentationem) fieri potest ab Episcopo ex justa causa arg. *c. 10. h. t.* & iisdem fere solennitatibus, quibus ad alienationem rerum Ecclesiasticarum, cujus est species, opus est.

Resp. 2. Divisio aut Sectio Beneficii tum fit, quando ex uno Beneficio duo fiunt, ex una Parochia duæ; & permissa est Episcopo, dum beneficium sufficientes præbet reditus pro duobus beneficiatis, itidem ex justa causa, & interveniente eorum consensu, qui eum ad unionem beneficiorum præbere debent. Vid. *c. 3. de Eccles. ædif. & Trid. sess. 21. c. 4. de ref.*

Resp. 3.

Resp. 3. De suppressione beneficii, quæ est totalis beneficii extinctio, ait Trid. *Sess. 24. c. 15. de ref.* quòd liceat Episcopis eam facere, si tenues & insufficientes sint reditus, debitæque solennitates adhibeantur.

Q. 10. Quid in genere circa reservationes beneficiorum dicendum? Resp. 1. Reservatio hoc loco est alicujus beneficii per eum, qui ad id potestatem habet, ad se facta avocatio. *Reservatum* ergo beneficium dicitur, cujus collationem superior, præcipuè summus Pontifex, sibi vendicat, ut illud inferior validè conferre non possit. *c. 45. de elect. in 6. c. 2. h. t. in 6.*

Resp. 2. Differt *reservatio* ab *affectione*, quòd illa fiat per actum verbis expressum, quo Pontifex declarat, se beneficium suæ dispositioni reservare, hæc autem scil. affectio fiat ipso facto, *per appositionem manûs Papalis*, dum Pontifex circa aliquod beneficium aliàs non reservatum se intromittit de eo disponendo, & sic tacitè sibi illud reservat. Deinde beneficium reservatum ab inferiori Collatore nunquam impositum conferri potest, affectum autem pro illa tantùm vice, &c.

Resp. 3. Posse Pontificem sibi reservare beneficia certum videtur, quia ampliſſimam habet potestatem circa dispensationem beneficiorum. Causæ autem introducendi reservationes, quæ sub annum Christi 1324. sub Joanne XXII. cœperunt, justæ fuerunt, ne scil Pontifex videretur omnino à se abdicâsse potestatem conferendi

beneficia, dum hanc aliis conceſſit; & ut haberet ampliorem facultatem, Clericis pauperibus ſuccurrendi; ùtque communicatio Eccleſiarum inferiorem cum Romana conſervaretur.

Reſp. 4. Effectus reſervationis, ſi adjectum ſit decretum irritans, quòd liget manus inferioris Collatoris, ſic, utis validè beneficium reſervatum conferre nequeat, ſive ſciverit, ſive ignoraverit reſervationem; decreto irritante non addito ligantur tantùm manus inferioris Collatoris poſt notificationem. *c. 20. h. in 6.*

Reſp. 5. Diviſionem Reſervationis, dum alia dicitur *Generalis*, alia *Specialis*; alia *Temporaria*, alia *Perpetua*; alia *fixa & continua*, *eventualis & diſcontinua* alia; alia item *clauſa in Corpore Juris*, alia *quæ eſt extra Corpus Juris Communis*, vide apud Schmalzgr. *h. à. n. 217.*

Q. 11. Quænam ſint reſervationes beneficiorum in corpore Juris clauſæ? Reſp. 1. Unica tantùm eſt, & habetur in *c. 2. & 3.* & præcipuè in *c. 34. h. t. in 6.* ubi S. Pontifex ſibi reſervat beneficiorum collationem, quæ vacant apud *Sedem Apoſtolicam* vel *in Curia Romana.* Vacare autem *in Curia* vel *apud Sedem Apoſtolicam* probabiliter idem eſt, quanquam aliqui faciant differentiam.

Reſp. 2. In ordine ad effectum reſervationis hujus Curia Romana ibi eſt, ubi moratur Pontifex cum Cancellaria, Tribunalibus & officialibus ſuis, quocunque demum in loco moretur, adeóque *Curialis* aliquis is eſt, qui cum aliis vel tan-

tanquam Consiliarius, vel alio modo inserviendo Curiam constituit, obtinens beneficium extra Urbem, vel alius extraneus beneficiatus causâ negotii apud Sedem Apostolicam commorans, si vel ibidem, vel recedens à Curia intra duas dicetas legales (ad summum intra 10. milliaria Germanica) moriatur, beneficia illius collationi Papali sunt reservata.

Resp. 3. Durat reservatio per unicum mensem, à die vacationis computandum *c. 3. h. t. in 6.* Nec comprehendit beneficia manualia; nec beneficia juris Patronatûs laicalis ex fundatione, constructione, dotatione competentis; nec beneficia regularia, aut alia resignata, aut vacantia in Urbe, & ad eos pertinentia, qui curiam non sequuntur; nec beneficia Ecclesiæ non numeratæ, nec Parochialia vacantia Sede Papali vacante *c. 35. h. t. in 6.*

Q. 12. *Quanam sint Reservationes beneficiorum per Extravagantes, tum clausas in Corpore Juris, tum non clausas? Resp.* Præcipuè seq. 1. In *Extravag. Piæ 1. h. t.* agitur de reservatione beneficiorum, quæ vacant apud Sedem Apostolicam, & intelligi debet juxta determinationem juris communis in *c. 3. & 34. h. t. in 6.*

II. In Extravag. *Execrabilis. 4. h. t.* quæ est ead. cum *Extrav. Execrabilis. un. Joan. XXII.* statuitur, ut, qui receperint dignitatem, personatum, aut aliud beneficium Curatum, si antea simile obtinebant, non tantùm primum ipso jure vacet, sed etiam secundo sint ipso jure priva-

ti, ipsa verò beneficia vacatura vel dimissa sibi S. Pontifex reservat; & si verbis textûs strictè inhæreamus, quæ sunt: *omnia & singula vacatura vel dimissa* &c. dicendum fortè esset, utrumque beneficium, primum & secundum esse reservatum; contraria tamen sententia, statuens secundum tantùm esse reservatum, verior & benignior est. Vid. Reiffenst. *h. n. 456.*

III. In *Extrav. ad Regimen 13. inter Comm. h. t.* reservantur beneficia omnia, quæ in Curia vacant: quæ vacant per depositionem, privationem, electionis aut postulationis cassationem, aut per renuntiationem à Pontifice admissam: quæ vacant per mortem Cardinalium, Legatorum, Nuntiorum Sedis Apostolicæ, & aliorum ejusdem Officialium: quæ vacant per promotionem à Papa factam ad majores Dignitates, &c. Extravagans hæc à Concordatis Germaniæ modificationem in certis passibus accepit.

IV. Aliæ adhuc reservationes per Bullas extra Corpus Juris editas sunt introductæ: A Pio V. per Bullam: *Cum ex Apostolatûs officio.* reservantur beneficia eorum, qui prolapsi sunt in hæresin: à Pio IV. per constit. *Ad Romanum Pontificem.* reservantur beneficia, vacantia ob Simoniam confidentialem, quam Constit. acuit Pius V. in Constit. *Intolerabilis.* &c. ubi tamen notandum, quòd Bullæ, quæ primùm post Concordata Germaniæ emanârunt, probabiliùs Germanos non obligent, nisi alia concurrant, ùt probat Pichler ex verbis Bullæ *h. t, n. 64.* relatis.

Q. 13.

Q. 13. Quæ beneficia reſerventur per Regulas Cancellariæ? Reſp. 1. Per Regulas Cancellariæ (quæ quid ſint in *Q. 10. Proœm.* videri poteſt) variæ ſunt ſtatutæ reſervationes, quarum aliquæ vel non concernunt ultramontanos, vel iis per Concordata derogatum eſt vel aliàs adeo notabiles non ſunt; præcipuum locum in hac materia tenent Reg. 1. 4. 9. 15. 19. 26. 27. 36. 68.

Reſp. 2. In Regula 1. renovantur reſervationes omnes factæ in Extrv. *Execrabilis*, & Extrav. *Ad regimem:* Reſervat etiam Pontifex beneficia omnia obtenta & obtinenda, de quibus Ordinarii aliique Collatores contra Trid. diſponunt. Huic regulæ per Concordata derogatum non eſt. Quia verò nimis longum foret, recenſere, quæ in ſingulis Regulis diſpoſita ſunt, vide Engel *h. §. 3. per tot.* ſuper hac materia tractantem.

Q. 14. Quæ beneficia in Concordatis Germaniæ ſint reſervata? Reſp. 1. Concordata Germaniæ ſunt pacta & conventiones, quæ potiſſimùm ſuper collatione & proviſione beneficiorum in Germania vacantium à Nicolao V. & Friderico III. Imperatore, aliisque Principibus Germaniæ anno 1448. ſtatuta, approbata & confirmata fuerunt.

Reſp. 2. In his renovatur & confirmatur reſervatio facta in Extrav. *Execrabilis.* absque omni limitatione. Item Extrav. *Ad regim.* ſed cum modificatione in ſeq. 1. Non reſervatur in Concord. beneficium vacans per ſuſpenſionem

muneris Consecrationis, quod reservatur in Extrav. 2. In Concord. non reservantur beneficia Officialium Sedis Apostolicæ, si non fuerint Officiales actuales sed priùs deposuerint officium suum, quàm obierint; in Extrav. indistinctè reservantur beneficia Officialium Sedis Apostolicæ per obitum illorum vacantia. 3. In Concord. tantùm reservantur *verorum* Commensalium Papæ beneficia & Officialium certo numero & qualitate; in Extrav. indistinctè. 4. In Concord. reservantur beneficia authoritate literarum Apostolicarum *immediatè* collata, quam vocem *immediatè* Extrav. illa non habet.

Resp. 3. In specie per Concordata Germaniæ reservantur *ex parte possessoris* Dignitates & beneficia Ecclesiastica vacantia per obitum alicujus S. R. E. cardinalis, ubicunque is moriatur. *Concord. §. placet nobis.* Exemplificat Schmalzgr. *h. t. n. 235.* Beneficia Legatorum Sedis Apostolicæ *§. placet.* Officialium & Commensalium cum limitatione expressa in *cit. §. placet* Ex *modo*, quo *vacant.* reservantur beneficia in Curia sive apud Sedem Apostolicam vacantia. *§. placet.* Quænam nomine horum veniant, vide apud Schmalzg. *h. à n. 237.* *Ex qualitate Dignitatis & beneficii specialis* reservantur Papæ non quidem ipsæ Ecclesiæ Archi-Episcopales vel Monasteriorum exemptorum Præfecturæ, sed tamen electionis à Capitularibus factæ confirmatio; jus devolutionis; jus providendi Ecclesiæ cassatâ electione, repulsâ postulatione, aut renuntiatio à Sede Apo-

Apostolica acceptatâ. Deinde reservatur Pontifici in quavis Ecclesia Cathedrali dignitas proxima Episcopali (quæ in Germania fere est Præpositura) in Collegiata illa, quæ ibi est principalis. *Concord. §. de cæteris.* nisi per speciale privilegium exemptæ sint, uti exemptas dicunt, Præposituram Cathedralis Augustanæ, Monasterienſis Westphaliæ, Elvacensis &c.

Resp. 4. Obligantur Concordatis Germaniæ subditi Imperii, venientes nomine Germanicæ Nationis, non alii; nisi quòd juxta plerosque AA. & in specie La Croix *L. 4. n. 505.* per extensionem contineantur sub Concord. Germ. Ecclesia Virdunensis, Metensis, & secundùm aliquos, Genuensis. Sunt tamen quædam Ecclesiæ Germanicæ, quæ non recepisse dicuntur Concordata; ita testatur Zypæus *Consult.* 3. La Croix *cit. n. 505.* de Herbipolensi & Bambergensi.

Resp. 5. Non potest passim pro arbitrio suo & absque legitima causa summus Pontifex derogare Concordatis. Ratio, quia etiam Princeps cum subditis contrahens obligatur naturaliter & civiliter: potest tamen absolutè loquendo, ex plenitudine potestatis, etiam extra Concilium derogare ob causam gravem & extraordinariam, concernentem commune bonum Ecclesiæ; arg. ex *Concord. §. item placet.* Ratio, quia habet ita plenam à Christo potestatem, ut hanc à se omnino, nisi renuntiando Papatui, abdicare non possit: quia licèt Concordata habeant vim pacti, magis tamen sunt privilegium Papale: it. quia quomodo-

docunque Papa cum ſibi ſubdito paciſcatur, ſem-
per includitur hæc conditio: *niſi occurrat ca-
gravis extraordinaria, ob quam aliud poſtulet com-
mune bonum Eccleſiæ.* Quæri hic ſolet, an p
conſuetudinem vel præſcriptionem in concor
Germ. quid poſſit immutari? negat Pirh *h.
n. 363.* nihil decidit La Croix *L. 4. n. 250.* affirm
Wieſtn. Schmalzgr. Pichl.

Q. 15. Quid de annatis dicendum? Reſp. An-
natæ ſunt penſiones ſive certæ quantitates pecu-
niæ, quæ de Epiſcopatuum & beneficiorum va-
cantium fructibus primi anni, item de quibus-
dam Monaſteriis virorum exemptis Cameræ Apo-
ſtolicæ ſolvuntur, & hæ reſervationes fructuum
pariter in Concordatis continentur. 4. Species
à Fagn. in *c. 1. ne Præl. vices ſuas.* diſtinguun-
tur. *Prima*, quæ etiam ſpecificè *Annata* dici-
tur, eſt media pars fructuum primi anni Came-
ræ Apoſtolicæ ſolvenda de beneficiis inferio-
bus & Regularibus, quæ Papa non confert con-
ſiſtorialiter, dummodo beneficiorum reditus
annuus excedat 24. ducatos: unde cum in Ger-
mania, Gallia, & Hiſpania nulla beneficia taxen-
tur in Camera ultra 24. ducatos, ratione annā-
tæ de illis nihil ſolvitur. 2. Species in Concord.
§. *placet ſimiliter* ab Italis *communia ſervitia*
vocantur, & ſolvuntur de Prælaturis *Conſiſto-
rialibus*, quales in Germania ſunt Archi-Epiſco-
patus, Epiſcopatus, & Prælaturæ principales tam
Regulares quàm Sæculares immediatè Sedi Apo-
ſtolicæ ſubjectæ, ùt Campidunenſis, Fuldenſis,

Elva-

Elvacensis. Deberent de his solvi integri fructus primi anni, sed taxa in Libris Cameræ ita moderata est, ut quintam partem redituum unius anni non excedat; nec solvenda sit uno anno tota taxa, sed dimidia primo, altera dimidia secundo anno. *Tertia* species appellantur *servitia minuta*, quæ sunt portiones secundùm proportionem taxæ fructuum Episcopalium vel Abbatialium inter certos Papæ Ministros & Officiales distribuendæ. Quartam speciem constituunt *Quindennia*: hæc sunt media pars fructuum, quæ ex beneficiis alicui Communitati vel loco pio unitis, aut ex speciali privilegio à reservatione liberatis solvitur singulis 14. annis. Solvit hujusm. Quindennia Præpositura Augustana, quòd ex reservata facta sit ex speciali indulto Papæ electiva. Cæterùm nihil committi nundinationis in annatis exigendis aut Simoniæ, probat Leur. *p. 3. for. benef. q. 190.*

Q. 16. Quænam sint reservationes resultantes ex Primis Precibus Imperatoris? Resp. 1. Primæ Preces sunt nominationes de personis idoneis ad beneficia Ecclesiastica per totum Imperium, prout nunc est, vacantia vel vacatura, ex speciali indulto Imperatori ac Regi Rom. recens electo ab Apostolica Sede concesso. Non ergo 2. competit Imperatori (ùt Acatholici volunt) **Krafft tragenden Kayserlichen Ambts** patet ex *Diplomatis Precum Primariarum*, quas recentiores Impp. Rudolphus II. Ferd. II. & III. interposuerunt. Item *ex Bullis Pontificiis*, ubi Ly *favorabiliter: de*

no-

noſtra mera liberalitate. quæ verba gratiam in
gitant. Item *ex variis limitationibus*, dum Po
tifices ſtatuerunt id procedere tantùm de ter
Imperii extra Italiam; quoad Collatores, q
ſaltem habent 4. beneficia collationi ſuæ obn
xia; dum excluſerunt à Precibus beneficia reſe
vata in extrav. *Ad Regimen.* dum in una Eccl
ſiá unum tantùm beneficium primis Precibus a
tribuerunt &c. 3. Eſt tamen jus hoc antiqui
ſimum, ùt teſtatur Durandus, qui circa annum
1271. vixit; habetur etiam in formulá prima
rum Precum Rudophi I. Habſpurgici in Rege
Rom. electi anno 1273. 4. Derogatur per Pa
cum primariarum indultum Concordatis, præ
ſertim quatenus decernunt Alternativam. De
ciſion. Rot. Rom. 1618. 4. *Maji.* Statutis &
conſuetudinibus particularibus Eccleſiarum. Con
cord. §. *non obſtantibus.* Regulis Cancellariæ
& aliis in §. *cit.* poſitis. 5. Locus eſt adhuc hо
die Precibus Primariis, & licitè quidem, non ob
ſtante *c. 2. & 11. de conceſſ. Præb.* nec Trid.
Seſſ. 24. c. 19. de ref. 6. Non ſubjacent Precibus
primis Dignitates Pontificales, vel his proximæ
in Cathedralibus Eccleſiis, aut primæ in Collegia
tis & alia beneficia, quæ ſibi Pontifex reſervavit in
Extrav. *Ad regimen* nec beneficia monocularia,
nec beneficia juris Patron. Laici vel mixti, ex fun
datione vel dotatione talis; nec regularia Profeſ
ſionem requirentia &c. Vide Leur. *for. Benef. p.*
2. q. 607. & 608. 7. Poteſt privilegium ſuum Im
perator alteri concedere; executores etiam, dum-

modo

modo sint in Ecclesiastica dignitate constituti, pro libitu constituit; verius tamen est, quòd hi executores non instituant nominatum per primas Preces, sed Ordinarius Collator. Leur. Engel &c.

Q. 17. Quid statuatur in Concordatis Germaniæ de alternativa Beneficiorum collatione? Resp. 1. In Regula Cancell. IX. inter antiquiores VIII. S. Pontifex Ordinariis Episcopo inferioribus 4. Episcopis verò, iisque tantùm residentibus 6. concessit menses, in quibus si qua beneficia vacare inciperent, liberè illa conferrent, aliis mensibus sibi reservatis; in Concord. Germaniæ autem §. *de cæteris.* statuit perfectam alternationem, ut primus semper mensis incipiendo à Januario sit Papalis, alter ordinarii Collatoris sive Episcopi, sive inferioris cujuscunque, imo menses Papales subinde etiam aliis indulget.

Resp. 2. Comprehenduntur in hac alternativâ mensium regulariter omnia tum beneficia *propriè* dicta, tum Dignitates vacantes *Reg. IX. Cancell. Concord. §. de cæteris. cit.* etiamsi beneficia post Concord. erecta sint. Ratio, quia Concordata alternationem inducunt in beneficia quæcunque &c. Excipiuntur tamen, ut alternativæ non subjaceant, beneficia perpetuò reservata collationi Papæ: beneficia juris Patronatus laici, vel etiam mixti: beneficia per concursum conferri solita: beneficia vacantia per resignationem in mense Papali factam, modò resignatio fuerit expressa, pura & simplex, Pichl. *h. t. n. 49.*

Vica-

Vicarias perpetuas, licèt sint propriè dicta beneficia, speciali Constit. *Ad exequendum*, S. Pius V. exemit ab alternatione; subsunt tamen huic beneficia Parochialia, quæ non habent Patronos laicos, ob verba in Reg. Cancell. & Concord. *cum & sine cura.*

Resp. 3. Mensis Papalis finitur, adeóque mensis Ordinarii incipit, dum auditur primus pulsus horæ duodecimæ in media nocte ultimi diei mensis, *c. 24. de off. deleg.* In dubio statur pro Ordinario, quia reservatio est odiosa. Verisimilius tamen est, quod incipiat trimestre Pontifici competens pro beneficio conferendo non die ipso, quo innotuit vacatio ejus in loco beneficii, sed die sequenti. Ratio, quia reg. dies termini in termino temporis non computatut.

Resp. 4. Beneficio alternativo in mense Papali vacante, datur ad conferendum Pontifici trimestre, quo abstinendum est à collatione Collatori Ordinario; sin autem post 3. menses à die notæ in loco beneficii vacationis non appareat ullibi provisus à Sede Pontificia, Collator ordinarius poterit de beneficio disponere. DD. *in Concord. Germ. §. De cæteris.* quomodo id possit, vide apud Wiestn. *h. t. n. 109.* Engel *de rescript n. 21.* explicantem Constit. Gregorii XIII. *Quæ in Ecclesiam.* Trimestre Pontificium currit etiam Sede Apostolica vacante. Ita Praxis habet.

TITU-

TITULUS VI.

De Clerico Ægrotante vel debilitato.

Q. 1. *Utrùm Clericus propter ægritudinem, senium, mutilationem, aut aliam perpetuam inhabilitatem amittat beneficium aut fructus illius?*

Resp. 1. Clericus propter morbum non amittit beneficium, sed modò Canonicè in beneficio suo *institutus*, sive *investitus* sit, non pro residente tantùm sed etiam pro deserviente habendus est. *c. 1. h. t.* etiamsi propriâ culpâ infirmitatem contraxerit. arg. *c. un. de Cler. non resid. in 6.*

Resp. 2. Neque Clericus beneficiatus mutilatus & per hoc insigniter deformatus beneficium, illiusque fructus amittit. arg. *c. 2. h. t.*

Resp. 3. Neque Episcopus, quod certum videtur *ex c. 5. h. t.* neque etiam Parochus, de quo dubium est ob *c. 4. h. t.* amittit beneficium vel illius fructus, casu quo perpetuò fieret inhabilis per lepram v. g. vel amentiam. arg. *c. 5. h. t. &. c. 3. h. t.* videtur clarè decisum.

Q. 2. *Quomodo Clericis infirmis vel debilitatis succurrendum?* *Resp.* 1. Si infirmitas sit incurabilis aut perpetua, sintque Beneficiati *Curati*, Prælati aut Episcopi, dandus est illis Coadjutor, etiamsi forent inviti. *c. 3. h. t. & c. un. eod. in 6.* Si morbus sit temporalis, tenentur Parochi Vi-

carium temporalem constituere, pro cura animarum approbatum ab Episcopo. Trid. *Sess. 23. c. 1. de ref.*

Q. 3. Quid de Coadjutoria dicendum? Resp. 1. Coadjutoria est facultas alicui concessa adjuvandi beneficiatum in beneficii regimine: est vel *temporalis*, vel perpetua, id est, *cum spe successionis.* 2. Coadjutorem *temporalem* Prælatis Episcopo inferioribus non exemptis, & Parochis dat Episcopus, vel eorum Ordinarius. *c. 3. & fin. h. t.* Trid. *Sess. 21. c. 6. de ref.* Episcopis aut Prælatis sublimioribus *regularibus* solus S. Pontifex. *c. un. h. t. in 6.* quia datio Coadjutoris est inter causas majores. Coadjutorem perpetuum nemo dare potest, nisi Papa solus arg. Trid. *sess. 25. c. 7. ℣. in Coadjutoriis. de ref. c. 2. & 3. de concess. Præb.* 3. Causæ, ob quas assumendus Coadjutor, sunt senium Coadjuvandi; gravis infirmitas perpetua; mutilatio; defectus scientiæ in Curato. 4. Sustentandus est Coadjutor ex Ecclesiæ proventibus *c. 3. h. t. c. un. eod. in 6.* si verò hujus reditus pro utroque sufficientes non sunt, primò ex iis ali debet coadjutus *c. 1. & 5. h. t.* residuum attribuitur Coadjutori; Episcopo tamen providendum, ut & hic congruam habeat sustentationem, juxta id, quod dicitur Trid. *Sess. 21. c. 4. & 6. sess. 24. c. 17. de ref.* 5. Pontifex quando dat Coadjutorem ad succedendum, non adstringitur ad observandas qualitates in Coadjutore cæteroquin requisitas; quia est supra jus positivum; secus si detur ad coadjuvandum,

dum. 6. Hujus *officium* est vices coadjuti supplere in iis, ad quæ est datus: *potestas* metienda est ex literis coadjutoriæ, quæ si non sit limitata, potest ea, quæ principalis, *regulariter*, ob *c. 24. de elect. in 6. c. un. §. fin. h. t. in 6. c. ult. de off. Vicar. in 6.* Coadjutoris *temporalis* officium cessat morte vel naturali, vel civili coadjuti AA. passim. Notentur etiam, quæ Engel habet hic. *n. 8.*

TITULUS VII.

De Institutionibus.

Q. 1. *Quid & quotuplex sit institutio? Resp.* Institutio *specificè* sumpta, sive pro *Collatione necessaria* est concessio Ecclesiæ vel beneficii vacantis authoritate legitima Episcopi vel alterius Ordinarii ad præsentationem vel nominationem Patroni. Dicitur etiam hæc Institutio *Collativa*, déque eâ agitur in hoc titulo, & differt à *Collatione libera*, à *Confirmatione*, & cæteris modis, quibus beneficia acquiruntur. Agitur hic de aliis adhuc duabus institutionibus, quârum una dicitur Institutio *Authorizabilis*, per quam Clerico ad beneficium Curatum promoto committitur cura animarum, & vocatur *Approbatio*. Altera *investitura, installatio, Missio in possessionem, institutio corporalis*, per quam Clerico tribuitur jus apprehendendi possessionem corporalem

lem & actualem beneficii, vel ipse potiùs introducitur in actualem possessionem.

Q. 2. Cuinam competat jus instituendi praesentatos Institutione collativâ? Resp. 1. Episcopo *c. 3. h. t. & c. 12. §. fin. de Hæret.* etiam nondum consecrato, quia institutio est actus jurisdictionis. 2. Capitulo Sede Episcopali vacante. *c. 1. h. t. in 6.* Ratio, quia Capitulum Episcopo succedit in iis, quæ necessitatis sunt & justitiæ. *c. 14. de Major.* atqui, ergo. 3. Vicario Generali, etiam absque speciali mandato. arg. à contrario ex *c. fin. de off. Vicar.* 4. Prælatis Episcopo inferioribus, jurisdictionem quasi Episcopalem habentibus; quia tales Prælati quoad actus jurisdictionis, qualis est institutio, Episcopis æquiparantur. 5. Alii quoque, qui per privilegium, præscriptionem, reservationem fundatoris hoc jus obtinuerunt, *c. 1. h. t.* Posse post Trid. reservari alteri hoc jus instituendi, quàm Episcopo, negat Wiestn. ex Trid. *Sess. 14. c. 12. de ref.* Affirmat La Croix *L. 4. n. 361.* 6. Laicis citra privilegium Papale competere non potest, ob spiritualitatem istius juris.

Q. 3. Quinam possint aut non possint instituì? Resp. 1. Ad hoc ut quis possit institui, debet esse Clericus *c. 1. h. t.* 2. Debet esse præsentatus, *can. 32. caus. 16. q. 7.* ex quo etiam Canone deducit Leur. *p. 2. jur. Benef. q. 181.* institutionem neglecto præsentato aut etiam absque consensu & præsentatione Patroni factam esse ipso jure irritam, & explicat Ly *irritanda c. 8. de jure*

Patr.

Patr. ſuper præſenti materia poſitum pro *declaranda irrita.* 3. Debet prævio *regulariter* examine repertus eſſe dignus. Vide *c. 1. h. t. in 6.* Trid. *Seſſ. 7. c. 13. de ref.* 4. Si plures ſint æquali ſuffragiorum numero præſentati, inſtitui debet etiam dignior. arg. *c. 3. & 24. de Jure Patron.*

Reſp. 2. Habens quomodocunque jus inſtituendi, etiam ſi à Patrono præſentetur, ſe ipſum inſtituere non poteſt. *c. fin. h. t.* neque id facere poteſt per alium à ſe delegatum, quia in effectu à ſe ipſo inſtitutus cenſeretur, niſi tamen, quam habet, totam, poteſtatem inſtituendi in alium malit transferre. Schmalzgr. *h. n. 13. in fin. & n. ſeq.* decidit, ad quem Epiſcopum pertineat inſtitutio Clerici in Eccleſia, quæ in duarum diœceſium confinio eſt ſita.

Q. 4. Quomodo facienda ſit inſtitutio? Reſp. 1. Juxta dicta debet inſtitutionem præcedere præſentatio; poteſt tamen etiam ex poſt facto conſenſus Patroni accedere. arg. *c. 3. de his, quæ à Pralat.* 2. Debet intervenire authoritas Ordinarii, ſive ejus, qui jus habet inſtituendi. *c. 3. h. t.* Trid. *Seſſ. 14. c. 13. & ſeſſ. 25. c. 9. de ref.* In *c. 4. de Jure Patr.* in Patronum Laicum, qui in Eccleſia patronata Clericum præſumit inſtituere neglecta Ordinarii authoritate, excommunicatio ſtatuitur, privatio Communionis in Clericum, & in caſu contumaciæ depoſitio. add. *c. 21. de jure Patr.* 3. Deberet edictum affigi, quo citentur omnes, quorum generaliter intereſt.

arg ex *c. fin. de elect. in 6.* ubi id præcipitur in elect confirmatione, & ob rationis paritatem ad præsentati institutionem ab AA. extenditur; in nostris tamen partibus hujus edicti usus vel nunquam fuit, vel contraria consuetudine est abrogatus. 4. Facta præsentatione jura certum tempus pro institutione non præfixerunt; sunt tamen qui velint, intra 4. menses Patrono Laico, aut 6 Patrono Ecclesiastico concessos institutionem præsentati fieri non posse, ne Patrono præjudicium creetur; sed contraria est praxis.

Q. 5. *Quis sit effectus institutionis?* Resp. 1. Tribuit institutio acceptata titulum seu plenum jus in beneficio, quod per præsentationem erat tantùm jus ad rem. arg. *c. 17. de præb. in 6.* 2. institutus tamen nequit authoritate propria *sine consensu superioris* apprehendere possessionem, quia cum Canones jus installandi tribuant Archi-Diacono *c. 7. de off. Archi Diac.* eo ipso investitura requirunt. Capiens nihilominus possessionem propria authoritate arbitrariè tantùm punitur; casu quo insuper per violentiam adiisset possessionem, jure omni quæsito privaretur. *c. 11. §. insuper. de præb in 6.* 3. Idem videtur dicendum de Præsentato tantùm, quòd, licèt non possit absque institutione & installatione occupare beneficium; id tamen si fecerit, non amittat ipso jure jus per præsentationem acquisitum. Vid. Wiestn. *h. t. n. 5.* contra Engel *h. n. 2.* nisi violentiâ usus esset.

Q. 6

Q. 6. Quid juris circa institutionem authorizabilem? Resp. 1. Est hæc institutio, sive dicta *Approbatio* in Clerico Curato, in quo solo requiritur, ad Sacramenta administranda ita necessaria, ut *absolutiones* factæ à non approbato sint invalidæ. Trid. *Sess. 23. c. 15. de ref.* 2. Competit Episcopo, ut patet. Capitulo Sede vacante, quia est actus jurisdictionis necessariæ. Vicario Generali, Prælatis jurisdictionem quasi-Episcopalem habentibus. Inferioribus Prælatis competere posse non tantùm vi privilegii, sed etiam consuetudinis defendit Pichler *h. n. 12.* contra Schmalzgr. *h. n. 42.* & alios. 3. Institutioni huic authorizabili *regulariter* præmittendum examen instituendi, patet ex Trid. *Sess. 7. c. 13. de ref.* Vid. Leur. *p. 2. Fori Benef. q. 185. n. 2.*

Q. 7. Quid observandum circa investituram vel missionem in possessionem beneficii? Resp. 1. In spiritualibus missio in possessionem nomine proprio non potest competere Laicis *c. 9. de off. Archi-Diac.* Pœnæ in recipientes à Laicis investituram Ecclesiæ vel dignitatis statutæ sunt gravissimæ in *can. 12. 16. 17. 20. & 23. caus. 16. q. 17.* item etiam in Laicos dare præsumentes talem investituram. *can. 12. ¶. fin. caus. & q. cit.* 2. Competit de jure scripto immissio in possessionem Archi-Diacono, *c. 7. de off. Archi-Diac.* de jure consuetudinario hodie Episcopo, per Commissarios aut Decanos rurales solito tribuere actualem possessionem. Imo etiam de jure

scripto pertinet ad Episcopum mittere in possessionem beneficii litigiosi. *c. 28. de Præb. in 6.* ad Decanum, dum canonicus est installandus *c. 7. de conces. præb.* 3. Quomodo fieri debeat missio in possessionem, attendenda est consuetudo, pro varietate locorum varia; id tamen arg. Trid. *Sess. 25. c. 9. ℣. patroni autem. de ref.* Patronos & Dominos territoriorum sibi arrogant non posse jus installandi Parochos, etiam in temporalibus tantùm. 4. Possessio beneficii non tantùm per Procuratorem, saltem si habeat speciale mandatum, acquiri potest, ùt praxis habet, sed in eâdem investiturâ, quâ beneficiorum & dignitatum possessio acquiritur, venit quoque possessio rerum & jurium ad ea pertinentium. Ratio, quia connexa sunt principali. Vide Schmalzg. *h. n. 57. & n. 59.* quo agit de effectu missionis in possessionem beneficii.

TITULUS VIII.

De Concessione Præbendæ & Ecclesiæ non vacantis.

Q. *1. Concessio Præbendæ quid sit, & hæc quando, aut quot modis vacare dicatur? Resp.* ad 1. Juxta dicta ad *Tit. de Præb.* Concessio Præbendæ est libera collatio beneficii absque alterius præsentatione aut nominatione, & differt ab institutione, de quâ *in tit. priori.*

Resp.

Resp. ad 2. Præbenda sive beneficium vacare dicitur, dum caret vel proprietario, vel possessore, vel utroque simul. *L. 5. §. fin. ad Leg. Jul. de vi publ. & L. 22. §. 1. ff. de usu & habit.*

Resp. ad 3. Vacare tripliciter potest Præbenda vel Ecclesia, de facto tantùm, de jure tantùmt de facto & jure simul. *De facto tantùm* vel *quoad possessionem vacat*, ubi quidem aliquis habet titulum Canonicum beneficii, sive jus in eo, possessionem tamen illius nec ipse, nec quisquam alius habet, exempla adducit Leur. *h. t. Q. 54. n. 2.* Vacare *de jure tantùm*, sive *quoad titulum & proprietatem tantùm* dicitur beneficium, dum quis possidet quidem beneficium, sed absque eo, quòd vel ipse, vel alius titulum ejus, seu jus in eo habeat. *De facto & de jure simul* vacat, dum neque ejus titulus, neque possessio est penes aliquem. Exempla utriusque Vide *l. cit. n. 2 & 3.* Hæc ultima beneficii vacatio variis modis potest contingere vel *per mortem naturalem* (per quam ut vacet beneficium, plura requiruntur. Leur. *For. benef. p. 2. à q. 26.*) vel *per Civilem*; quò reducitur vacatio *per renuntiationem tacitam aut expressam, per privationem juris & hominis.* Vide eund. *For. benef. p. 3. à q. 36. ad 61. imò ad 161. & 234.*

Q. 2. *Quomodo vacare debeat beneficium, ut alteri conferri possit? Resp.* 1. In genere Beneficium necdum vacans conferri non posse, imò collationem talis beneficii ipso jure esse nullam, patet ex *c. 2. & 7. h. t. c. 4. de donat.* In *c. 1. h. t.*

& c. 7. eod. habentur pœnæ in eos, qui se scien
passi sunt in beneficio non vacante instituí, a
quas tamen dispositiones Papa non teneretur,
vellet cuipiam de beneficio vacaturo provide
Ratio clara est. Imò beneficia necdum vacan
ab habente potestatem uniendi incorporari po
sunt Monasterio, Laym. *in c. consultationibus, 4.*
donat. n. 1.

Resp. 2. Ad hoc, ut conferri possit beneficium
debet regulariter *de jure & facto simul* vacare; n
sufficit, si vacet *de facto tantùm*; quia revera ta
beneficium non vacat, & absque injuria alterius
nequit impetrari. *c. 17. de præb. in 6.*

Resp. 3. Sufficit vacatio beneficii *de jure*
tantùm, ad hoc ut illud conferri possit, si impe
trans in sua supplicatione nominatim exprim
modum, quo beneficium vacat, ne impetrati
sit nulla. *c. 6. h. t.* Deinde si, antequam con
feratur tale beneficium, priùs possessor ille ci
tur, & præcedente summariâ cognitione colo
possessionis cassetur; titulo verò colorato defi
ciente neutrum ex prædictis requiritur. Schmalz.
h. t. n. 14. Quanto tempore vacare possint pri
mæ Ecclesiarum Cathedralium & Regularium
Dignitates, scil. solùm per trimestre, habetur
c. 42. de elect. de inferioribus, quòd ad semestre
c. 2. §. cum autem h. t. Beneficia alia *libera collo*
tionis per 6. menses vacare possunt *c. 2. cit.* Be
neficia *juris Patronatus laicalis* intra 4. *Ecclesia*
stici

ficii intra 6. menses conferri debent. *c. 22. & 27. de jure Patron.*

Q. 3. An non promitti possit beneficium nondum vacans? Resp. 1. Neg. *c. 2. 3. & 13. h. t.* etiamsi promissio data fuerit in scriptis, quia actus nullus reg. non redditur validus per scripturam; vel etiamsi accesserit juramentum, quia hoc foret contra bonum commune, & bonos mores.

Resp. 2. Prohibita etiam est promissio de beneficio aliquo vacaturo in genere, sub hac v. g. verborum formula: *conferam, cum potuero, vel cum occasio se obtulerit.* habetur *in c. 2. h. t. in 6.* per quod correctum est jus vetus. *c. 14. h. t.* quo licebat. Potest tamen Episcopus suo Vicario Generali delegare facultatem conferendi omnia beneficia vacatura. *c. fin. de off. Vicar. in 6.* uti & patronus amico jus præsentandi ad beneficia, quæ vacabunt.

Resp. 3. Gratiæ exspectativæ, quæ sunt literæ Apostolicæ, in quibus mandatur locorum Ordinariis, huic vel illi Clerico provideri de beneficio vacaturo: & *Reservationes mentales*, dum Papa reservabat beneficium vel in genere vel in specie per Bullam aut Breve, ut personæ gratæ provideret, quam non exprimebat, sed retinebat mente, modò sunt sublatæ tum per Concord. German. tum per Trid. *Sess. 24. c. 19. sess. 25. c. 7. de ref.* quæ tamen Trid. dispositio absolutè Papam non ligat. Imo non obstantibus dictis de exspectativis possunt recipi Canonici supernumerarii

rarii cum exspectatione futuræ præbendæ. *c. 3. 12. 19. de Præb. c. 8. h. t.*. Ratio, quia talis Canonicus Præbendam exspectaret ex dispositione juris, seu vi connexionis, quam habet Canonicus cum præbenda, is verò, qui gratiam exspectativam habet, vi promissionis.

TITULUS IX.

Ne Sede vacante aliquid innovetur.

Q. 1. *Quomodo Rubrica hujus tituli combinanda sit cum illa juris regula*, quòd ad Capitulum Sede vacante transeat jurisdictio Episcopi, ùt habetur in *c. 11. & 14. de Majorit? Resp.* Engel, Schmalzgr. & AA. communiter ajunt, illa quæ competunt Episcopo jure ordinario & tanquam Episcopo, censeri omnia Sede vacante Capitulo esse permissa; adeóque in his obtinere regulam *ex cit. cap.* desumptam; illa verò censeri negata Capitulo Sede vacante, quæ competunt Episcopo jure speciali, ex privilegio, commissione, vel ùt Sedis Apostolicæ delegato, adeóque in istis casibus subintrare rubr. hujus tit. Ubi & illud notandum, intelligi hic per *Sedem vacantem* non Ecclesiam modò Cathedralem vel Collegiatam, sed etiam Regularem *Capitulum* habentem suo Antistite destitutam; quod fieri potest dupliciter, vel *verè*, quando Ecclesia nullum habet Prælatum; vel *interpretativè*, quando quidem habet Prælatum, sed suspensum, excommuni-

municatum, aut captum ab hostibus, &c. Pichl. *h. t. n.* 1.

Q. 2. Quæ in specie non possit Capitulum facere Sede vacante? Resp. 1. Non potest dispensare vel absolvere in iis casibus, in quibus id specialiter S. Pontifex Episcopo commiserat. 2. Non potest dare licentiam ædificandi novum Monasterium, quia licentia constituit formam, quæ erectioni novi Monasterii à Greg. XIII. præscripta est, forma autem per quid æquipollens suppleri non potest. 3. Non admittitur ad electionem Regis Rom. etsi Archi-Episcopus, cujus Sedes vacat, fuerit Elector. Ita Communior. 4. Nec Sede Archi-Episcopali vacante, convocât Concilium Provinciale; nec visitat Monasteria Monialium exempta; nec contra Religiosos exemptos procedit. Ratio, quia hæc omnia Episcopi faciunt jure extraordinario. Quid diversa verborum formula, sub quâ Episcopis conceditur facultas procedendi contra exemptos, operetur, vide apud Engel *h. n. 2.* & superiùs ad Tit. *29. Q. 2. Lib.* 1. *Decretal.*

Q. 3. Quæ possit Capitulum Sede vacante? Resp. 1. Potest condere statuta perpetua, etiam super competentibus Episcopo ratione jurisdictionis ordinariæ, & pertinentibus ad gubernationem diœcesis. 2. De causis quibuscunque cognoscere, sive sint beneficiales, matrimoniales, decimales, aut criminales. 3. Dispensare in irregularitatibus, exceptâ eâ, quæ oritur ex homicidio voluntario. 4. Approbare Sacerdotes

pro

pro excipiendis confessionibus: exigere ex ju
& rationabili causâ subsidium charitativum; fe
re & absolvere à censuris. Verbo ea potest re
lariter, quæ competunt Episcopo jure ordina
sive deinde sint jurisdictionis *contentiosa*, sive
cessariæ, sive *voluntariæ*. Dico *regulariter*, q
aliqua licèt pertineant ad jurisdictionem Episc
sunt expressè prohibita Capitulo Sede vacan
qualia sunt, quæ vel in præjudicium Ecclesiæ,
prælati successoris cedunt: sic non potest dona
Jura Episcopatûs; nec alienare bona ejus imm
bilia, aut mobilia pretiosa, quæ servando serv
possunt; nec ea ad suam mensam transferre; n
emolumenta aliàs spectantia ad Episcopum
etiamsi obveniant ratione jurisdictionis, inte
absumere, &c. Vide Leur. *in Vic. Ep. à. q. 445.*
620, ubi totam hanc materiam fusè tractat. Vi
etiam Pichl. *h. n. 7. & seq.* ubi, quid Capitulum
Sede vacante possit circa beneficia Ecclesiastica
& quid non possit. Universaliter id tenendum
quòd Capitulum Sede vacante jurisdictionem &
administrationem ad se devolutam non per
sed per Vicarium tractare debeat, prout voluit
Trid. *Sess. 24. c. 16. de ref.*

Q. 4. *An potestas & Jurisdictio Pralati Sede vacante etiam transeat ad Conventus & Capitula Regularium? Resp.* Aff. saltem in his, quæ pertinent ad disciplinam Regularem. *c. fin. de Reg. in 6.* Quoad alia autem distingui debet inter Ecclesias Regulares; si enim sint *pleno jure* exemptæ, Capitulum, dum vacat Sedes, omnem ha-

habebit jurisdictionem, quæ jure ordinario ipsius Prælato competebat. Pirh. *tit. de Majorit. n. 58.* Si verò *non sint exemptæ* tales Ecclesiæ, jurisdictio Sede vacante transit ad Episcopum. Pirh. *l. cit. n. 59.*

TITULUS X.

De his, quæ fiunt à Prælato sine consensu Capituli.

Q. 1. *Quid intersit inter consensum & consilium Capituli? Resp.* 1. *Consensus Capituli* hic est Comprobatio Capitularium *legitimè* congregatorum, quâ ratum habent, quod agit Prælatus; *Consilium* est duntaxat sensus, non consensus, opinio tantùm & non comprobatio circa ea, quæ fiunt à Prælato. Pichl. *h. n. 2.*

Resp. 2. Discrimen inter consensum & consilium est istud, quòd, qui facere quid debet cum alterius consensu, hunc non requirere tantùm, sed etiam sequi debeat; econtra, cui præcisè quid agendum cum alterius consilio, illud quidem tenetur exquirere & debito tempore exspectare, *regulariter* tamen necessariò sequi illud non debet. *c. 52. de elect. c. 7. de arbitr.* Passerin. *in c. un. ne sed. vac. n. 46.* enumerat casus quosdam, in quibus lex obligans ad petendum consilium, etiam obligat ad sequendum.

Q. 2. *Quinam actus fieri debeant à Prælato cum consensu Capituli? Resp.* In genere omnes ma-

majoris momenti, qui vel Ecclesiæ, vel succes-
ris, vel ipsius Capituli interesse concernunt, & a
Prælatum simul & Capitulum spectant. In spe-
cie 1. *alienatio rerum Ecclesiasticarum*, quæ absq;
collaudatione & subscriptione Cathedralis Eccle-
siæ Canonicorum facta nulla est. *c. 1. h. t.* In
qua alienatione utrùm comprehendatur repudia-
tio hæreditatis vel legati, disputant AA. ad *Tit. 1.*
hujus Libri. Non requiri consensum aut consilium
Episcopi ad quinquagesimam partem proventu-
um Ecclesiæ donandam aliis piis usibus, v.g. alen-
dis pauperibus, habetur in *c. pen. h. t.* 2. *Præ-
sentatio vel collatio beneficiorum* ad Prælatum & Ca-
pitulum spectantium. *c. 6. h. t.* 3. *Unio Eccle-
rum. c. 8. & 9. h. t.* Vid. quoque Trid. *Sess. 24.*
13. §. in unionibus. de ref. 4. *Beneficiorum suppre-
sio, & impositio pensionis* aut certæ portionis in al-
Ecclesia. *c. 9. h. t.* 5. *Processus criminalis con-
personas* in Ecclesiastica dignitate constitutas, ve
contra aliquos Canonicos Ecclesiæ Cathedralis
aut Collegiatæ instituendus, requirit, ut duo sal-
tem adhibeantur Canonici juxta Trid. *Sess. 25.*
6. de ref. 6. Dum augendus, minuendusve nu-
merus Canonicorum. *c. 8. h. t.* vel suscipiendi Ca-
nonici aut Religiosi. *c. 33. de Præb. in 6.* Peric-
de autem est, sive consensus Capituli præcedat,
sive subsequatur actum. *c. 3. h. t. & c. 3. de tran-
sact.*

Q. 3. *Quinam actus fieri debeant cum solo
consilio Capituli? Resp.* 1. Institutio & destitutio
Clericorum in beneficiis majoribus *c. 4. h. t.*

cor-

correctio & punitio defectuum. *c. 5. h. t.* rerum Ecclesiasticarum administratio extra alienationem. *cc. cit.* condere statuta *c. 5. cit.* Ratione statutorum condendorum utiles quasdam regulas tradit Vall. *h. n. 6.* ut scil. Episcopus rarissimè in condendis statutis pœnam excommunicationis imponat, ne vilescat: dein ut à multitudine statutorum abstineat, &c. Si quæ sunt alia negotia alicujus momenti, saltem consilium Capituli illa exigunt.

Resp. 2. Possunt tamen etiam ab Episcopo negotia tractari absque consensu vel consilio Capitularium, si vel consuetudo contraria sit introducta, quam introduci posse non obstante *c. 4. h. t.* probatur *ex c. 6. eod. & c. 3. de consuet. in 6.* vel extra casum priorem, si sint negotia minoris momenti, aut suadeat id justa quædam & rationabilis causa, qualis foret, si ageretur causa inter Episcopos & consanguineos Capitularium; si belli aut contagionis metu Canonici omnes diffugerint; si causæ sint notoriæ; si causæ ad Episcopum pertineant jure ad ipsum devoluto. Pirh. *h. n. 15. in fin.*

TITULUS. XI.

De his, quæ fiunt à majore parte Capituli.

Q. 1. *Quid & quotuplex sit Capitulum? Resp.*

1. Nomine Capituli hic venit Collegium cer-

certarum personarum Ecclesiasticarum certæ cu piam Ecclesiæ aut Monasterio adscriptarum, unum congregatarum & collegialiter convenien tium.

Resp. 2. Capitulum est vel *Sæculare*, quod ex Clericis sæcularibus; vel *Regulare*, quod ex Regularibus constituitur: Sæculare iterum est vel *Cathedrale*, in Ecclesia scil. Cathedrali con stitutum, & si Ecclesia Cathedralis sit Metro polis, dicitur *Metropolitanum*, vel *Collegiatum* quod est in Ecclesia Collegiata & Cathedrali in feriore. Substantialia Capituli sunt, ut plures personæ sint. *L. 85. ff. de V. S.* eæque Ecclesiasti cæ & sub Prælato constitutæ; dein ut habeant arcam, sive ærarium, & cassam communem, com mune sigillum, Actorem vel Syndicum commu nem.

Q. 2. Quinam pertineant ad Capitulum? Resp. 1. De Capitulo Sæculari non est *Episcopus*, nec de Regulari *Prælatus. tot. tit. de his, quæ fiunt à Prælat. sine consens. Cap.* licèt de cætero Prælatus & Capitulares faciant unam Ecclesiam, veluti caput & membra unum corpus. Deinde nec de Capitulo sunt *Dignitatem* habentes, nisi sint simul Canonici, *Decano excepto*, qui licèt Canonicali Præbenda careret, de Capitulo tamen foret. *c. 7. de concess. præb.* Nec *Capellani*, *Vicarii*, *Portionarii* sunt de Sæcu lari, nec *Novitii* de Regulari Capitulo. AA. com mun.

Resp. 2. Soli ergo Canonici sunt de Capitu lo Sæculari, & soli Professi de Regulari, iique tan-

tantùm *de jure communi* (privilegio, consuetudini, vel statuto in hac materia nihil derogatum est) qui sunt in majoribus constituti. *Clem. 2. de ætat. & qual.* Trid. *Sess. 22. c. 4. de ref.* Per se in ordine ad habendam vocem in Capitulo non spectat ætas, adeóque dispensatus à Papa ante legitimam ætatem ad Subdiaconatum, ad hunc promotus poterit suffragium dare, cujus incapax erat ratione non habiti Ordinis. Potest tamen vi consuetudinis certa ætas requiri, v. g. ut, qui vocem habiturus est in Capitulo, sit 24. annorum, quo casu, qui necdum *complevit* 24. annum, nisi aliud praxis habeat, non admittitur ad ferendum suffragium. Ratio, quia talis Canonicus non admittendus est ad dandam vocem, nisi quando verum est, eum esse 24. annorum, quod, antequam eos complevit, verum non est.

Q. 3. *Quid circa convocationem Capituli notandum? Resp. 1.* Convocari debet Capitulum ab Episcopo, vel prælato, dum is est præsens, & rem communem habet proponendam majoris momenti, quæ tamen nec suam, nec suorum commodum concernat; in ejus absentia, aut dum agendum de re solum Capitulum, aut utilitatem vel Prælati vel ejus consanguineorum spectante, Præses Capituli illud convocabit, qui ordinariè est Decanus, aut in hujus etiam absentia, Senior Capitularium, nunquam Vicarius Episcopi. Trid. *Sess. 25. c. 6. de ref.* nisi fortè ipse esset Senior Canonicus in casu priùs oppo-

sito. 2. Convocari potest Capitulum non tot quidem, quoties libuerit, sed vel consuetis diebus aut quoties ille, qui convocare debebit, ad servitium Ecclesiæ expedire judicaverit. 3. Capitulum de jure communi celebrari debet in Ecclesia vel loco ad id determinato, nec absque rationabili causa ad alium transferri. *c. 28. de elect.* Leur. h. Q. 128.

Q. 4. *Quid requiratur ad validitatem actûs Capitularis? Resp.* 1. Requiritur, ut omnes, qui de jure aut consuetudine vocari debent, vocentur; unus enim non vocatus agere potest in contemptu, & irritare, quod ab aliis gestum *c. 33. de prab. c. 28. de elect.* Si plures quàm tertia pars vocandorum ex contemptu vocati non sint, tractatus & decreta ipso jure sunt irrita. Ratio, quia vis & potestas aliquid decernendi in duobus Capitularium partibus, qui debent vocari & volunt ac possunt interesse, consistit. Abb. n. *c. 1. h. t. n. 16.* & AA. Sufficit autem ad actum Capitularem, in Capitulo extraordinario, *specialiter* (quæ specialis vocatio in ordinario, scil. statis diebus habendo, nequidem requiritur) omnes in loco præsentes, aut non procul absentes vocentur, exceptis quibusdam casibus, ubi & absentes vocandi; ut quando eligendus Prælatus. *c. 42. de elect.* dum quis recipiendus in Canonicum. *c. 33. de Prab. in 6.* dum indicenda cessatio à divinis. *c. 8. de off. Ord. in 6.* dum aliud negotium arduum tractandum. 2. Requiritur ad validitatem actûs Capitularis, ut Capitulares sint capi-

capitulariter congregati, & non sufficit, ut singuli Canonici seorsim aliquid promittant vel suam mentem declarent. Engel *h. n. 5.* ex Joan. Honor. *h. t. n. 1.* 3. Requiritur, ut duæ saltem partes Capitularium, sive duæ tertiæ eorum, qui debent vocari, & *volunt*, ac possunt commodè interesse, sint præsentes. *L. 3. & 4. ff. quod cujusque Univ. nom.* Hinc verba P. Pichler *h. n. 2.* sunt, eos, qui vocati venire detrectant, non attendendos, & cæteros ùt ùt paucos, & licèt plures, quàm tertiæ pars, venire nollent aut non possent, procedere valere, etsi duas tertias non conficerent per *c. 19. de elect. c. 21. §. adjicimus. de off. deleg.* in hoc tamen attendenda consuetudo.

Q. 5. *An etiam ad validitatem actûs Capitularis requiratur consensus omnium Capitularium? Resp.* Neg. sed requiritur & sufficit *regulariter* consensus *majoris & sanioris* partis Capitularium præsentium. *c. 1. 3. & fin. h. t.* Major autem pars *de jure* debent absolutè sumi, v. g. ex 24. suffragantibus 13. consentire debent; sufficit tamen etiam, si ex 15. Capitularibus consentiant 8. licèt hoc casu non habeatur unum votum supra medietatem. Ratio, quia saltem majoritas suffragiorum habetur. 2. Nec major pars sufficit, sed requiritur vel omnium vel duarum tertiarum consensus, dum Coadjutor Episcopo amenti dandus. *c. un. de Cler. agr. in 6.* Si electio cum postulatione concurrit. *c. 40. de elect.* dum eligitur S. Pontifex. *c. 6. de elect.* dum eli-

gitur Præfecta Monialium in discordia. *c. 43. de elect. in 6. §. sanè.* Omnium consensus absolutè requiritur, dum potestas eligendi competens Capitulo in unum vel plures transferenda est per compromissum; si decernenda admissio Clerici extranei ad suffragium in electione ferendum; si agatur de re ad omnes tamquam singulos jus *proprio & patrimonii* pertinente. *Reg. jur. 29. in 6. quæ ita explicari debet*, ne contraria sit *c. ult. h. t.* 3. Casu quo major tantùm suffragantium consensus sufficit, non officit hujus sufficientiæ, licèt minor pars contradicat, nisi pars minor sanior esset; tunc enim opponere se ad impediendam executionem illius potest etiam unicus, modò afferat causam rationabilem, & hanc coram superiore Capituli & electis arbitris probet. arg. *c. 1. hoc tit.* Schmalzgr. *h. t. n. 31.*

TITULUS XII.

Ut Ecclesiastica Beneficia sine diminutione conferantur.

Q. 1. *Quotupliciter contingere possit diminutio beneficiorum? Resp.* Vel per *unionem*, *dismembrationem*, *divisionem*, & *suppressionem* de quibus ad *Tit. de Præb.* dixi, beneficia imminui possunt; vel per *impositionem novi oneris*, de quâ imminutione hic agendum. Onus, quod imponi beneficio potest, duplex est, reale & personа-

sonale: *Reale*, dum pars aliqua redituum subtrahitur, obligando beneficiatum, ut certam fructuum portionem alteri cuipiam quotannis, sive semel pro semper solvat. *Personale* est, si obligatur beneficiatus, ut v. g. deinceps scripturam vel Jus Canonicum prælegat, Grammaticam doceat, plura Sacra dicat, &c. Inter onera realia potissimùm *Pensio* reputatur, quæ est jus ex alterius beneficio fructus quosdam percipiendi: hæc est vel *Laicalis*, Laicis vel Clericis propter obsequium temporale dari solita, vel *spiritualis* vel *mixta*. Imponi etiam potest pensio vel ipsi *beneficio*, vel *beneficiato*. Is qui habet jus, fructus ex alieno beneficio percipiendi, dicitur *pensionarius*.

Q. 2. Quis possit vel non possit pensionem aut aliud onus reale beneficio imponere? Resp. 1. Potest quidem S. Pontifex vi *c. 2. de Præb. in 6. & Clem. 1. ut lit. pend.* nullus verò Episcopus aut Collator Papâ inferior potest pensionem perpetuam alteri Clerico solvendam, aut aliud onus reale perpetuum ipsi beneficio imponere. *c. un. h. t. c. 7. de censib.* Trid. *Sess. 25. c. 5. de ref.*

Resp. 2. Potest Episcopus justâ de causâ pensionem temporalem moderatam ad vitam beneficiati gravati, quocum extinguatur, imponere per *c. 21. de Præb.* Nec obstat Rubr. *hujus tituli*, quia per impositionem talis pensionis ipsum beneficium non gravatur. Valde autem controversum est, utrùm ad vitam ipsius *pensionarii* duraturam pensionem Episcopus possit im-

ponere; affirmant tamen etiam id multi cu
Pichl. *h. t. n. 3. ex c. 5. de transact.* item ex pari
cum dismembratione, quam & nos superius a
Tit. de Prab. suppositis supponendis fieri posse a
Episcopo, diximus.

Resp. 3. Ut imponi possit dictis casibus a
Episcopo pensio, requiritur de jure, ut si ben
ficium sit plenum, censensus beneficiati. *Re
Cancell 45. in fin.* Ratio, quia beneficiato habe
jus ad omnes fructus, invito ipso illud aufe
non debet. 2. Si sit patronatum beneficium, co
sensus Patroni; prout habet Leur. *inp. 3. for. b
nef. q. 465.* 3. Clerici Pensionarii obligatio e
gestare habitum & tonsuram; & recitare offic
um parvum B. V. Bulla Sixti V. 30. & Pii V. p
Pro rata fructuum concurrere ad onera ferend
Reg. 77. in 6.

*Q. 3. An Episcopus vel alius Collator pos
pro suis usibus applicare fructus obvenientes tem
pore vacantis beneficii? Resp.* Neg. ratio, quia fr
ctus tempore vacationis obvenientes debent
successori. *c. 9. de off. Ord. in 6. c.* 11. *de elect. in
Per consuetudinem tamen aut Privilegium ac
ceptum posset Episcopus partem aliquam ill
rum fructuum in *usum* NB. *fabricæ Eccles
aliámve necessitatem* defalcare.

*Q. 4. An Episcopus etiam imponere non pos
onus personale beneficiato? Resp.* Quòd in ipsa be
neficii collacione tale onus imponi non possit,
habetur tum ex *rubr. & text. h. t.* tum ex *c. fin.
de pact.* Multi tamen **AA.** putant, posse bene
ficio

ficio ipsi adhuc vacanti imponi onus honestum cum consensu Capituli, ita ut beneficium postea conferendum unà cum onere ad successorem transeat. Vid. Leur. *For. benef. p. 2. q. 776. n. 2.* & Pichl. *h. n. 9.*

TITULUS. XIII.

De rebus Ecclesiæ alienandis, vel non.

Q. 1. *Quæ sit explicatio rubricæ tituli præsentis?* *Resp.* 1. Nomine *Rei* generaliter loquendo varia venire possunt; sic aliæ sunt res *Corporales*, quæ sensibus externis subjiciuntur; aliæ *Incorporales*, quæ licèt tribuant facultatem agendi, quod est sensibile, in se tamen sensibiles non sunt. Corporales sunt vel *mobiles*, quæ aut se ipsas connaturaliter de loco in locum movent, ùt animalia; aut ab aliis absque læsione de loco in locum moveri possunt, ùt vinum, &c. vel *immobiles*, quæ salvæ & integræ de loco in locum nequeunt moveri. Actiones, obligationes & jura accensentur vel immobilius, si his, vel mobilibus, si mobilibus adhæreant. Inter mobiles aliæ sunt *pretiosa*, quæ ratione pretii, antiquitatis, artis, in thesauro Ecclesiæ reputantur. Aliæ non *pretiosa*, quæ servatæ non conciliant specialem decorem. Mobilium aliæ possunt *servando servari*, aliæ non, uti vinum, oleum. De singulis procedit quæstio in seq.

Resp. 2. Nomine *Ecclesiæ*, quod in hac materia

teria favorabili latè sumitur, veniunt non tantùm loca sacra, seu consecratione Episcopi ad Sacrificia deputata, ùt sunt templa, sacella, Oratoria; sed etiam quævis loca pia & Religiosa, authoritate Superioris Ecclesiastici constituta, qualia sunt Monasteria, Conventus, Xenodochia, Hospitalia. *Aut. hoc jus porrectum. C. de Ss. Eccles. rel. in c. hoc jus 2. Caus. 10. q. 2. it. c. 5. h. t.*

Resp. 3. Nomine *alienationis* non tantùm in hac materia venit alienatio *strictè* dicta, qua transfertur dominium directum rei cujusdam in alterum, sed etiam latè dicta, ùt constat ex *c. 5. h. t. Clem. 1. eod. Extrav. Ambitiosa. h. t. inter. Comm.* Ratio, quia alienatio est prohibita tantùm in favorem Ecclesiæ, qui favor exigit ampliativè sumi *Ly alienationem.* Itaque prohibetur non tantùm donatio, venditio, permutatio. *c. 5. cit.* sed etiam constitutio hypothecæ, *non quidem generalis, sed specialis:* concessio in feudum: locatio *ultra triennium:* transactio, per quam res Ecclesiæ in alium transfertur, compromissum, &c.

Resp. 4. Nomine *conditionis* in *c. 5. h. t.* prohibitæ venit omnis pactio seu conventio super rebus Ecclesiæ immobilibus vel mobilibus pretiosis, per quam Ecclesia oneretur. Sumitur ex *L. 6. §. 2. ff. de contrah. empt.* Deinde juxta probabiliorem alienationis nomine *h. t.* prohibitæ venit etiam repudiatio sive hæreditatis, sive Legati, quo res immobilis vel mobilis pretiosa Ecclesiæ aut Monasterio relicta est,

ita,

ita ut repudiatio talis fiat invalidè: si sit repudiatio non simplex, sed cessio aut permutatio in favorem alterius, certa ejus est prohibitio; de simplici probatur tum *ex L. 5. §. 8. ff. de reb. cor. qui sub tutel.* tum exinde, quòd Prælatus *repudiando hæreditatem* privaret Ecclesiam jure acceptandi & adeundi hæreditatem, quod jus per delationem hæreditatis acquisiverat; *repudiando legatum* privaret Ecclesiam rei legatæ dominio, & jure in re, quod etiam ignoranti & ante traditionem fuerat acquisitum.

Q. 2. *Quanam res Ecclesiasticæ liberè alienari non possint? Resp.* 1. Prohibentur alienari liberè, id est, absque *justa causa & solennitatibus*, copulativè requisitis, res Ecclesiarum *immobiles*, magni valoris & utiles Ecclesiæ, sive eas alienare velint Episcopi, sive Prælati, sive alii Ecclesiarum Rectores. *c. 1. 4. & seqq. h. t. Clem. 1. Extrav. Ambitiosæ.* Trid. *Sess. 22. c. 11 de ref. &c.* Ratio hujus tam multiplicis prohibitionis est necessitas & utilitas Ecclesiarum. 2. Prohibentur eodem modo alienari *res mobiles pretiosæ*, quæ servando servari possunt, v. g. *vasa aurea & argentea*, quæ sunt de thesauro Ecclesiæ, non verò illa, quæ sunt antiqui moris, nec speciale afferunt ornamentum Ecclesiæ. Engel *h. t. n. 5.* alienari etiam prohibetur *usus f. longi temporis; census annui ex re immobili necdum cessi: reliquiæ Sanctorum insignes: Bibliotheca saltem copiosa, &c.* 3. Quid de pecunia dicendum, an inter res pretiosas mobiles referenda, disputant

tant AA. tum dicunt plerique eam inalienabilem esse, si donata, à testatore relicta, aut ex venditione rei immobilis vel mobilis pretiosæ redacta in hunc finem, ut alia res immobilis vel mobilis pretiosa exinde comparetur, quia sic censetur per factam destinationem inter immobilia.

Q. 3. Qua res Ecclesiastica liberè possint alienari? Resp. 1. Absque juris solennitatibus alienari possunt ab Administrantibus, Prælatis, & Rectoribus Ecclesiarum res Ecclesiæ *mobiles non pretiosæ*, saltem si servando servari non possint, cujusmodi sunt frumentum, vinum, oleum, & alia, quæ arbitrio judicis respectivè vel ad Episcopum, vel ad inferiorem Prælatum pretiosa non habentur. Ratio, tum quia id non reperitur prohibitum, tum quia nimis foret difficile, ad harum alienationem solennitates omnes adhibere. 2. Res Ecclesiæ *inutiles* & multò magis *damnosæ c. 20. 52. 54. cauſ. 12. q. 2.* Imò & res immobiles *exigui valoris* alienari possunt absque solennitate. *can. terrulas. 53. cauſ. 12. q. 2. & de donat.* & ex praxi Prælatorum. 3. *Res immobiles*, quæ donatæ vel legatæ sunt Monasteriis bonorum incapacibus. Engel *h. n. 9.* 4. *Res antiquitus in feudum vel emphyteusin dari solita*, ut adeo, si revertantur ad Ecclesiam, sine solennitate possint denuo in feudum dari. 5. *Res & bona quæcunque* in causa urgentis necessitatis, ubi consensus S. Pontificis vel alterius Superioris absque gravi Ecclesiæ damno nequeat exspectari. *c. 4.*

de

de consuet c. 4. de R. J. 6. Demum bona alienari permissa poterit etiam Prælatus alienare, licèt emiserit juramentum, non alienaturum se res Ecclesiæ inconsulto Papa. Ratio, quia juramentum hoc ad terminos juris restringendum; item quia talis jurans, se non alienaturum bona, non potest aliter censeri juravisse, nisi quòd nolit illicitè alienare, Ergo.

Q. 4. Quanam sint causa, ex quibus Prælati res immobiles vel mobiles pretiosas possunt alienare? Resp. Sive requirantur solennitates, sive in quibusdam rerum Ecclesiasticarum alienationibus secundùm dicta non requirantur, semper tamen una ex tribus seqq. causis ad validam alienationem adesse debet. Ratio, quia justa causa non Jure tantùm humano, sed etiam divino & naturali ad alienationem bonorum Ecclesiasticorum requiritur, quod jus utrumque vult, non dissipari res Ecclesiasticas contra mentem Fundatorum & cum præjudicio cultûs divini. Causæ autem justæ sunt. 1. *Necessitas urgens*, dum v. g. alius modus debita solvendi non suppetit. 2. *Utilitas evidens*, quando per alienationem major potest fructus procurari. 3. *Pietas*, ratione cujus ad alienationem deveniri posse, dum vel redimendi ab infidelibus captivi, vel alendi pauperes, vel ampliandum pro sepultura fidelium cœmeterium, vel ædificandum templum, notat Schmalzgr. *h. n. 57.*

Q. 5. In quibus consistant solennitates à Jure ad alienationem requisitæ? Resp. 1. In *contractu*, quo

quo Prælatus cum Capitulo vel conventu de necessitate vel utilitate alienationis deliberet. *c. 1. t. in 6. Clem. 1. eod.* 2. In *consensu Capituli* qui debet esse majoris ejusdem partis, uti in aliis actibus Capitularibus; item expressus. *c. 1. de his, quæ fiunt à Præl.* & demum non singulariter & seorsim consentientium, sed Capitularium congregatorum. *c. 1. cit.* ob verba *cum Clericorum collaudatione.* Si tamen consensus Capituli ex post superveniret, scil. facta jam alienatione, sufficeret. *rubr. & text. c. 3 de his, quæ fiunt à Præl.* 3. *In subscriptione c. 1. & c. 3. de his, quæ fiunt.* quæ de jure fieri deberet ab omnibus & singulis Capitularibus, quod in praxi non servatur. Intelligenda sunt hæc de subscriptione Capituli, consensu, & tractatu cum eodem, si Ecclesia habet Capitulum. 4. *In consensu & authoritate Superioris*, quo tamen nomine nec Patronus Ecclesiæ modò venit, utpote quod nullo jure probatur, nec princeps territorialis. Schmalzgr. *h. n. 107 & 109.* sed olim veniebat immediatus Superior Ecclesiasticus, scil. in alienatione ab Abbate non exempto facienda Episcopus. *can. 41. caus. 12. q. 2.* in alienationibus autem Episcoporum solus Capituli consensus exigebatur. *can. 52. caus. 12. q. 2.* Præterea hodie in alienatione rerum Ecclesiasticarum immobilium vel mobilium pretiosarum, *spectato jure communi*, necessarius est consensus Rom. Pontificis, causâ licèt justâ & solennibus aliis de jure requisitis intervenientibus. *c. 2. h. t.*

h. t. in 6. Extrav. Ambitiosæ. inter comm. eod. De consuetudine Germaniæ dicunt multi, præsertim Scriptores Germani, non videri receptam *Extravag. Ambitiosa.* quoad hoc, ut requiri necesse sit consensum Apostolicum præs. à Principibus Ecclesiasticis, nec quoad pœnas in eâ statutas. §. Ultimò hic notandum cum Pichl. *h. t. n. 22.* contra Engel. *n. 16. eod.* solennitates prædictas etiam requiri, casu quo una Ecclesia in alteram rem aliquam alienat. *c. 1. h. t. in 6.* Ratio, quia jura non distinguunt inter alienationes in laicos aut Ecclesias vel Ecclesiasticas personas factas.

Q. 6. *Utrùm alienatio rei Ecclesiasticæ immobilis vel mobilis pretiosæ sine interventione solennitatum facta sit invalida? Resp.* 1. Loquendo *de foro externo* ipso jure nulla & invalida est. *c. 1. 3. 8. de his, quæ fiunt, à Præl. c. 6. h. t. 6. fin. eod. in 6. Extrav. Ambitiosæ. inter Comm. h. t.* non aliter tamen nulla est talis alienatio, nisi in quantum exigit favor Ecclesiæ, sic, ut, si v. g. emptor rei Ecclesiasticæ, sine forma juris alienatæ, eam velit ultro restituere, non teneatur acceptare Ecclesia, si malit contractum per solennitatum adhibitionem firmare. *can. 42. caus. 12. q. 2.* Ratio desumitur ex paritate contractûs cum pupillo initi, qui irritatur à Jure, nisi interveniat authoritas tutoris; in quantum tamen pupillo favorabilis est, sin eo stare velit, sustinetur.

Resp. 2.

Resp. 2. Loquendo *de foro interno*, alienatio rei Ecclesiasticæ facta ex justa causa, sed absque solennitatibus, valida est. Ratio, quia talis alienatio subsistit de jure naturali, cum habeat omnia, quæ ad ejus substantiam requiruntur; de jure positivo nec constat, nec sufficienter probari potest, irritatam esse pro foro interno ergo. Hinc etiam eruitur, quòd rem Ecclesiasticam sine solennitatibus recipiens, eam in conscientia non teneatur restituere ante sententiam.

Q. 7. Quomodo consultum sit Ecclesiæ contra alienationes illegitimè, id est, absque justâ causâ & solennitatibus juris factas? Resp. 1. Habet actiones duas, *personalem* unam adversus Prælatum vel administratorem, res Ecclesiasticas illè alienantem. *c. 3. de pignor. realem* alteram adversus possessorem rei alienatæ ad rem alienatam recuperandam. *c. 4. h. t.* ubi optimè facit Ecclesia intentando remedium possessorium præ actione rei vindicatoria.

Resp. 2. Rem Ecclesiasticam malè alienatam non Superior tantùm alienantis, sed ipse etiam Prælatus alienans revocare potest. *text. & ibi express. in c. 6. h. t.* etiamsi jurârit, se non repetiturum rem alienatam, quia hoc juramentum, utpote tendens contra utilitatem Ecclesiæ, non ligat. Schmalzg. *n. 155.* habet, quinam post mortem Prælati malè alienantis rem Ecclesiasticam alienatam possint repetere. *n. 159.* probat, rem Ecclesiasticam à possessore b. f. lapsu 40. annorum præscribi

scribi posse, adeóque repetenti rem alienatam à b. f. possessore, obstare exceptionem præscriptionis.

Resp. 3. Habet Ecclesia contra alienationem etiam legitimè & ritè factam, si per eam de facto graviter fuerit læsa, beneficium restitutionis in integrum. *c. pen. h. t.* exemplo minorum & pupillorum. Hoc tamen casu restitutio facienda, ut jussus restituere neque in damno sit, neque in lucro, juxta *L. 24. §. 4. ff. de minor.* Si verò quis rem Ecclesiasticam teneatur restituere, quia absque justa causâ & solennitatibus non adhibitis alienatio ejus est facta, procedendum erit eo modo, quo aliàs in rerum aliarum vindicatione cum distinctione inter bonæ & malæ fidei possessorem proceditur.

Q. 8. Quanam sint pœnæ malè alienantium & malè alienata recipientium? Resp. Hodie per *Extrav. Ambitiosæ. inter comm. h. t.* seqq. obtinent. 1. Præterquam quòd alienatio extra casus ibi exceptos inconsulto Pontifice facta sit nulla, alienans æquè, si sit Episcopo vel Abbate inferior, ac recipiens rem alienatam incurrunt excommunicationem, quæ non quidem vi dictæ *Extrav.* sed Trid. *Sess. 22. c. 11. de ref.* est S. Pontifici reservata. 2. Episcopi & Abbates alienantes incurrunt interdictum ingressûs in Ecclesiam, & si per 4. menses in hoc interdicto perstiterint, suspensionem ipso jure ab omni administratione & regimine Ecclesiarum ac monasteriorum. 3. Inferiores Prælati, Rectores, Administratores ultra

excommunicationem ipso facto sunt privati neficiis, quorum bona alienârunt. Excusar men ab his pœnis *consuetudo*, ubi Extrav. vel est recepta, vel abrogata: *actûs imperfectio*, alienatio sortita non sit effectum: *bona fides* nantis vel recipientis bona alienata: *ignor probabilis* ejus, qui vel nescivit talium rerum nationem esse prohibitam, vel pœnas has annexas.

TITULUS XIV.

De Precariis.

Q. 1. *Quæ sit hujus cum prioribus Tituli co xio, & quid importet?* *Resp.* ad 1. Cum alienationem rerum Ecclesiasticarum prohibi per contractus soleat deveniri, ab hoc usque Tit. XXIV. inclusivè de variis eorum speci tractatur.

Resp. ad 2. Dupliciter accipitur *Precarium* jure. *Precarium* sive *contractus Precarii* jure Ci cognitus est *tot. tit. ff. & C. de Precar.* *Precar* sive *contractus Precariarum* est à jure Canonic inventus, & à Precario plurimùm differt, ut pa sim AA. & Leur. *h. t. Q. 209.*

Q. 2. Quid sit Precarium & quid juris sit illud? *Resp.* 1. Sumptum pro *re precariò conce* est id, quod precibus petentis utendum dat tamdiu, quamdiu is, qui concessit, patitur, id est non revocat, *c. 3. h. t. L. 1. ff. eod.* pro actu ipso

quo

quo res illa conceditur, est negotium, quo aliquid gratis alteri utendum conceditur, reservata sibi facultate ad libitum revocandi. 2. Juxta plures ob *L. 14. ff. h. t.* Precarium contractus strictè dictus non est; ad essentiam tamen suam requirit *primò* consensum tam dantis, quàm accipientis, ùt patet; *deinde*, ut res tradatur, sed ad usum indeterminatum quoad modum, finem, tempus; per quod differt *à Commodato: demum*, ut quandocunque libuerit concedenti, etiam absque justâ causâ, possit revocari. *c. fin. h. t.* unde differt *à Donatione.* Revocatio illa fieri etiam potest, licèt concedens Precarium pactum adjecisset de non revocando ante certum tempus, *L. 12. ff. h. t.* quod tamen, si addatur, frustraneum non est. *L. 4. §. fin. ff. h. t.* 3. In re qualibet per *L. 3. ff. h. t.* & à quolibet, valente alteri usum rei communicare, per *L. 1. ff. h.* & cuilibet, etiam pupillo, absque Tutoris authoritate. *L. fin. §. 1. ff. h. t.* Precarium concedi potest, 4. Ab accipiente Precarium præstatur tantùm dolus, & culpa dolo proxima. *L. 8. §. 3. ff. h. t.* 5. Finitur precarium vel revocatione, vel morte ejus, cui concessum, si personæ datum fuerit, *c. fin. h. t.* vel etiam subinde morte concedentis, &c. arg. *c. 5. de rescript. in 6. L. 4. ff. locat.* 6. Competit Domino rem precariò concessam repetenti *interdictum de Precario, vel actio extraordinaria præscriptis verbis, L. 2. §. 2. L. 19. §. 1. ff. h. t.* Accipienti, dum præter usum concessa simul possessio specialiter rogata, *interdicta possessoria.*

Q. 3. Quid sit Precaria vel Precaria, quid de iis Jure Can. statutum? Resp. 1. Precaria sunt Precariæ, sumendo *pro ipso actu, quo concedunt*, sunt contractus realis b. f. quo rei Ecclesiasticæ immobilis, & ferè soli tantùm usus alicui ad Preces conceditur, vel in perpetuum, vel ad certum tempus, eo tamen pacto, ut, si ad longius tempus facta sit concessio, singulis quinquenniis renovetur. *can. 5. caus. 10. q. 2. c. 1. & seq. h.* 2. Differt hic contractus ab Emphyteusi tum per repetitas renovationes, tum quòd admittat quidem pensionem, sed per accidens solùm, quam Emphyteusis per se requirit &c. 3. Ad hoc, ut à Prælato Ecclesiæ vel alio ejus Administro Precariæ primitus concedi possint, solennitates juris ad alienationem rerum Ecclesiasticarum requisitæ debent intervenire. *c. 5. & Extrav. Ambitiosa de reb. Eccles. alien. inter Comm.* 4. Præterquam quòd hic contractus producat in constituente obligationem relinquendi usum rei usque ad tempus conventum; in accipiente obligationem, præstandi culpam levissimam, petendi renovationem &c. dat insuper actionem, (quæ dici potest cum Engel *h. n. 7. actio Precariarum*) Ecclesiæ quidem *directam* contra accipientem ejúsque hæredes ad præstandum omne, quod natura contractûs exigit; *contrariam* autem accipienti & ejus hæredibus adversus Ecclesiam, ut res usque ad tempus conventum relinquatur &c.

TITU-

TITULUS XV.

De Commodato.

Q. 1. *Commodatum quid sit, & qua ejus requisita? Resp.* ad 1. Formaliter, scil. pro ipsa rei commodatione sumptum est contractus, quo res aliqua gratis ad certum usum & tempus ea lege conceditur, ut illo finito eadem in specie restituatur.

Resp. ad 2. Requisita sunt. 1. Ut *res tradatur*; quia est contractus realis. 2. Ut *detur usûs gratiâ*; nam dominium remanet penes dantem. *L. 8. ff. h.t.* & per hoc differt *à deposito*, quod ad custodiam tantùm; *à pignore*, quod ad securitatem creditì datur; *à mutuo*, in quo ipsum dominium transfertur. 3. Ut res *gratìs* concedatur. §. 2. *Inst. quib. mod. re contrah. oblig.* differt per hoc à locato, conducto, &c. 4. Ut detur ad *certum* tempus, idque vel expressè, vel tacitè determinatum. *L. 17. §. 3. ff. h.t.* 5. Ut res sit talis, quæ in specie reddi possit. §. 2. *Inst. quib. mod. re.*

Q. 2. *Quinam commodare, & quæ res possint commodari? Resp.* ad 1. Omnis & solus commodare potest, qui contrahere. *L. 1. §. 2. & L. 2. ff. h.t.* sive sit sui, sive alieni juris; sive bonæ, sive malæ fidei; sive dominus rei, sive usumfr. tantùm habeat, aut nomine etiam alieno administret. Accipere commodatum possunt omnes, qui ex contractu naturaliter saltem possunt obligari. Schmalzgr. *h. n. 13.*

Resp. ad 2. Commodantur res mobiles & im-
mobiles. *L. 1. §. 1. ff. h. t* corporales & incor-
porales. *cit. L.* profanæ & sacræ, hæ tamen ad usu
nonnisi sacros. arg. *c. 7. & 8. de rer. permut.* pro-
priæ & alienæ, hæ scil. pro foro externo. *L. 15. §.*
seqq. ff. h. t. interdum etiam res fungibiles, *L. 3.*
fin. ff. h. t.

Q. 3. Quænam ex commodato in commodan-
tem nascatur obligatio? Resp. 1. Tenetur rem commo-
datam commodatario ad tempus usque præfixum
relinquere. *c. un. h. t. L. 17. §. 3. ff. eod.* Excip-
tur casus advenientis necessitatis propriæ, non
præviſæ. arg. *L. 3. C. de locat. & cond.* Potest
& commodans revocare commodatum, si tem-
pus sit quidem elapsum, commodatarius tamen
re, etiamsi citra suam culpam, uti non potuit. Ra-
tio, quia gratuita concessio extendi non debet
contra mentem concedentis, quod fieret. 2. Te-
netur reparare damnum per dolum aut culpam
suam latam commodatario ex re commodata pro-
veniens. *L. 18. §. 3. L. 22. ff. h. t.* 3. Tenetur ad
expensas extraordinarias & graves rei commoda-
tæ, utpote suæ, v. g. ad curandum equum, dum
absque omni commodatarii culpâ est læsus.

Q. 4. Quænam ex commodato in commodata-
rium obligatio nascatur? Resp. 1. Commodatarius tene-
tur re commodatâ ad eum præcisè usum uti, ad
quem data est. *L. 5. §. 8. ff. h. t.* si contra volun-
tatem Domini re aliter utatur, furtum committit.
§. 6. Inst. de oblig. quæ ex del. 2. Tenetur ad ex-
actissimam diligentiam regulariter, ut infra. 3.

Rem

Rem restituere finito usu integram, id est, non deterioratam. *L. 5. §. 1. L. 18. §. 1. ff. h. t.* cum omnibus fructibus & accessoriis. *L. 5. §. 9. ff. h. t.*

Resp. 2. Præterea commodatarius tenetur de dolo, quomodocunque res fuerit commodata, ut per se patet. De dolo & culpâ latâ tantùm, si in solius commodantis utilitatem, quod rarò fit, res commodetur. *L. 5. §. 10. ff. h. t.* Si in utriusque utilitatem, de culpâ latâ & levi, non tamen leviſſimâ. *L. 18. princ. v. at si utriusque. ff. h. t.* de culpâ etiam leviſſimâ tenebitur, si cedat commodatum in gratiam solius commodatarii. *c. un. h. t. L. 1. §. 4. ff. de O. & A.* De culpâ tamen meræ juridicâ commodatarium non teneri in conscientia ante sententiam judicis, nisi antecedenter se obligârit, est probabile; cùm damnum ita datum involuntarium sit, & pro casu fortuito computandum. Insuper de casu fortuito, si v. g. res commodata fulmine, naufragio, hostili incursu pereat, nullo modo tenetur commodatarius *c. un. h. t. L. 5. §. 4. L. 18. princ. ff. eod.* Casus tres in *cit. c. un.* excipiuntur; si nimirum culpa præcesſit casum: si pactum intervenit, etiam generale tantùm. *L. 9. §. 2. ff. locat. L. 79. princ. ff. de legat. 3.* Si mora in restituendo commissa. Item, si rem per nuncium à se electum remisit domino. *L. 10. & 11. ff. h. t.* Demum, si commodatarius rem sub æstimatione recepit, tum modò casum fortuitum præstare tenebitur, si res fuerit æstimata æstimatione faciente venditionem; in dubio tamen talis æstimatio non præsumitur. Engel *h. n. 10.*

Q. 5. *Ex contractu commodati qualis compet actio? Resp.* Duplex: *directa* datur commodat ejúsque hæredibus adversus commodatarium ejúsque hæredes ad rem commodatam restitue dam finito usu, integram & salvam, aut si fue perdita, ad ejus æstimationem; si deteriorata, a intersse. *L. 3. §. 1. L. 5. §. 8. L. 13. §. 1. L. 1 §. 3. ff. h. t.* Possunt & aliæ actiones commo danti competere, v. g. *actio furti*, ùt habetur *L. §. 6. ff. h. t. Actio Legis Aquiliæ*, si commodat rius rem deterioravit. *L. 18. §. 1. ff. h.* Item *Re vindicatio*, juxta *L. 9. in fin. ff. de R. V.* Com modatario & ejus hæredibus datur *actio contrari* contra commodantem & ejus hæredes, ad id quod suâ interest, re ante usum revocatâ; ad re petendas etiam expensas in rem commodatam factas; & ad damnum vitio rei commodatæ da tum reparandum. Quòd insuper commodatarius si res commodata per aliquam etiam suam culpa interiit, per compensationem debiti liquidi, quo sibi aliunde commodans est obstrictus, possit sa tisfacere, latè habet Pichler in Opere suo novo, cui Tit. *Jus Canonicum practicè explicatum. h. t. Q. 2.*

TITULUS XVI.

De Depositо.

Q. 1. *Quid & quotuplex sit depositum? Resp. 1.* Est contractus realis, quo res alicui gratis custodienda traditur, ut eadem in specie reddatur deponenti, quandocunque repetierit. Requirit ita-

itaque 1. *rei traditionem*, juxta §. 3. *Inst. quib. mod. re contrab. oblig.* 2. *Consensum utriusque*; vide tamen Schmalzgr. *h. t. n. 7.* 3. Ut *gratis & sine mercede* custodiatur, aliàs non est depositum purè tale, sed potiùs locatio, aut alius contractus innominatus. *L. 1. §. 8. & seq. ff. h. t.* 4. Ut res *custodiæ causâ* detur, per quod differt à mutuo, commodato, pignore &c.

Resp. 2. Depositum, *conventionale* scil. *& in specie* (de sequestro actum est ad *L. 2. Tit. 17.*) aliud est voluntarium seu ordinarium; aliud extraordinarium seu miserabile, ad quod cogit necessitas; aliud regulare, irregulare aliud &c.

Q. 2. Quæ res & à quibus deponi possint? Resp. ad 1. Deponi possunt res omnes, quæ custodiam recipiunt: propriæ & alienæ. *L. 1. §. 39. L. 31. §. 1. ff. h. t.* pignus & depositum. *L. 16. ff. h. t.* res mobiles & immobiles. *L. 11. ff. de peric. & comm. rei vend.* non tamen res depositarii propria apud ipsum depositarium. *L. 15. L. 31. in fin. ff. h. t.* nec quæ depositio accedunt, censentur deposita *L. 1. §. 5. ff. h. t.* cistâ tamen obsignatâ deposita singulæ res inclusæ, licèt non fuerint monstratæ depositario, depositæ censentur. *L. 1. §. 41. ff. h. t.*

Resp. ad 2. Deponere & depositum recipere possunt omnes rationis & obligationis subeundæ capaces; etiam fœminæ. *L. 26. ff. h. t.* item pupillus & Minor, etiam absque authoritate Tutoris & Curatoris, ubi tamen notanda *L. 1. §. 15. ff. h. t.* Imo & Religiosus, cujus tamen si dolo aut culpâ periret depositum, nec Prælatus & Capi-

tulum, sine quorum consensu id receptum, nec Monasterium ad restitutionem tenetur. *c. 1. h. t. reg. 76. in 6.* Schmalzgr. *h. n. 13. & 14.*

Q. 3. *Ad quid obligentur deponens & depositarius? Resp. 1.* Deponens debet depositarium servare indemnem; adeóque refundere expensas necessarias in rem depositam factas. *L. 12. pr. L. 23. ff. h. t.* & damnum dolo ac *quavis* suâ culpâ datum resarcire. arg. *L. 5. §. 5. ff. Commod.*

Resp. 2. Depositarius tenetur 1. in re depositâ eam adhibere diligentiam, quam solet in rebus suis. *c. 2.* ⁂ & *L. 32. ff. h. t.* non majorem *cit. L. 32.* neque, si foret diligentissimus in rebus propriis, obligatur diligentissimus esse in custodiendis rebus depositis. arg. *cit. L. 32. & L. 5. §. 5. ff. Commod.* neque tenetur depositarius in communi periculo, v. g. incendii &c. si nequit salvare rem propriam & alienam, præpropriâ rem depositam servare, si vel res propria sit pretiosior depositâ, vel depositum in solius deponentis commodum cedat. Vid. Franz. ad *Tit. Inst. quib. mod. re contrah. obl. à num. 25.* 2. Non licet depositario re depositâ uti sine expresso aut *tacito vel rationabiliter præsumpto consensu;* aliàs furtum committit. *L. 29. ff. h. t. §. 6. Inst. de oblig. quæ ex del.* 3. Tenetur *regulariter* depositarius præstare dolum. *L. 20. ff. h. t.* & culpam latam tantùm, quæ in contractibus æquiparatur dolo. *L. 32. ff. h. t.* imò dolus præsumptus vocatur *L. 226. ff. de V. S.* non verò culpam levem vel leviſſimam. *§. 3. Inst. quib. mod. re contrah. oblig. L. 1. §. 5. ff. de O. & A.*

multò

multò minùs casum fortuitum. *c. 2. h. t. L. 1. §. 35. ff. eod.* Casus exceptos vide in. *L. 1. §. 6. §. 8. §. 35. ff. h. t. L. 12. §. fin. ff. eod. c. fin.* & *eod. L. 1. & seq. ff. nauta, caupones &c.* latius apud Engel *h. à n. 5.* Schmalzgr. *à n. 22.* Reiffenst. *n. 25. & seq.* Leur. *Q. 226. h. t.* 4. Tenetur depositarius rem depositam reddere integram, & quidem, nisi quid excuset, statim, dum repetit deponens. *L. 1. §. 16. & 22. ff. h. t.* Leur. *Q. 229. h. t.* ait, Clericum quoad executionem à laica potestate cogi non posse ad restituendum depositum. &c.

Q. 4. Qualis competat actio ex depositio? Resp. 1. Deponenti *directa* adversus depositarium ad rem depositam recuperandam. *§. 3. Inst. quib. mod. re contrah. obl.* qualis hæc sit actio, vide apud Lauterbach. *h. n. 20.* quomodo competat contra plures depositarios, *n. 25.* quomodo contra hæredem, *n. 27.* ubi scil. *n. 29. & seq.* de objecto hujus actionis agit, quod sunt res depositæ, cum fructibus & omni causâ restituendæ &c.

Resp. 2. Depositario competit *actio depositi contraria* adversus deponentem ad indemnitatem nomine depositi ab eo consequendam, & consequenter ad omne id, quod nomine seu occasione depositi depositario abest, *cit. L. 5.*

TITULUS XVII.

De Emptione & Venditione.

Q. 1. Quid & quotuplex sit Emptio - Venditio? *Resp. 1.* Est contractus solo consensu initus

de

de re pro certo pretio tradenda. per λν *solo consensu*, differt à contractibus *realibus & verbalibus*: per verba, *de re pro certo pretio*, *à permutatione*, in qua res pro re; *à Cambio*, in quo pecunia pro pecunia; *à locatione*, in qua res datur ad usum pro pensione, adeo ut si quando interveniat pecunia, hæc non rationem pretii sed pensionis habeat.

Resp. 2. Variæ referuntur ab AA. divisiones; alia est *publica*, *alia privata*: alia *pura*, alia *conditionata*; alia *generis*, alia *speciei*; illa celebratur, dum ex pluribus ejusdem generis rebus, v. g. ex pluribus ejusdem æstimationis equis unus nullâ certâ specie, vel juxta Philosophos, nullo certo individuo designato emitur vel venditur; hæc scil. speciei, dum hic equus determinatus venditur. Alia it. venditio est *ad corpus* vel *per aversionem*, überhaupt; dum plures species aut individua per modum unius rei venduntur, vel sine expressione numeri, ponderis, mensuræ, vel expresso quidem, v. g. numero, sed demonstrativè tantùm, non taxativè: alia ad *mensuram & quantitatem*; & hæc est conditionata. *L. 35. §. 5. & 6. ff. de contrah. empt.* cùm venditio ad corpus sit pura & absoluta. Potest etiam emptio-venditio *in scriptis* celebrari. *L. 17. C. de fid. instrum.* It. alia est *naturalis*, alia *artificialis*, quæ & *negotiatio* dicitur, de qua alibi.

Q. 2. Quæ sint ad substantiam emptionis-venditionis requisita? Resp. Consensus; res seu merx certa; certum pretium; non quasi actualis mercis & pretii traditio ad hunc contractum requiratur,

uti

uti requiritur consensus; sed quòd emptio-venditio *simplex* statim perficiatur *substantialiter* consensu partium exteriùs manifestato, quo se mutuò obligant, venditor ad *tradendam* mercem, emptor ad *dandum* pretium. *Princ. Inst. h. t. L. 1. ff. de contrah. empt.* Censetur itaque statim ac de pretio & merce conventum, perfecta emptio *in ordine ad excludendam pœnitentiam*, sive sit pura emptio. *L. 8. princ. ¶. & si ff. de peric. & comm. rei vend.* sive conditionata. *L. cit. ¶. quodsi pendente.* Deinde pura emptio censetur etiam statim perfecta *quoad productionem obligationis & actionis. Pr. Inst. h.* quæ tamen actio efficax non est ex parte emptoris ante solutum pretium, nec ex parte venditoris ante traditam mercem. *L. 13. §. 8. ff. de act. empt.* Demum censetur etiam emptio pura statim perfecta *quoad periculum & commodum rei venditæ*, sic ut utrumque etiam ante traditionem ad emptorem transeat. Exceptiones vide in *§. 3. Inst. h. t. L. 8. princ. ff. de peric. & comm. rei vend. L. 30. §. 5. ff. ad L. falcid. L. 34. §. 5. & L. 35. §. 5. ff. h. t. &c.* ad Franz. *ad Inst. h. t. n. 80. & seq.* Lauterb. *ad Tit. de peric. & comm. rei vend. à num. 6.*

Q. 3. *Qualis debeat esse consensus, & quinam eum præstare possint? Resp.* Consensus debet esse liber. *L. 11. C. h. t.* limitationes vide apud Franz. *ad Inst. h. n. 18.* verus, non simulatus. *L. 55. ff. h. t.* Error reddit emptionem-venditionem nullam, si circa substantialia, id est, naturam rei & pretii versetur; si v. g. venditor intellexit majus pretium,

tium, emptor minus. *L. 9. pr. ff. h.* vel si erratum in corpore. *L. cit.* vel in materiâ, scil. totâ, vendendo æs pro auro, vitrum pro gemma. *L. §. 2. L. 14. ff. h. t.*

Resp. 2. Consensum suum in emptione-venditione præstare, id est, emere & vendere possunt omnes, qui *contrahere*, & qui specialiter non prohibentur; prohibentur autem Tutores respectu rerum pupillarium, nî faciant palam. *L. 34. ff. de contrah. empt.* olim Præsides Provinciarum per *L. 62. ff. h. t.* Illustres, *L. 3. C. de Commerc. & Mercat.* etiamnum Clerici prohibiti sunt exercere mercaturam propriè dictam. *tot. tit. ne Cler. vel Monach. sæcul. negot. se immisc.* non possunt tamen prohiberi sæculares à Magistratu aut Principe sæculari, quò minùs vendant aliquid, & præsertim bona immobilia Clericis aut Religiosis. *c. ult. de Immun. Eccles. in 6.* quia sic indirectè, imò in executione directè subjacerent Clerici jurisdictioni sæcularium, quod fieri nequit. *Bull. Cœn. & c. 10. de Constit.*

Q. 4. Quid de merce, altero emptionis constitutivo dicendum, sive quæ res emi vendive possint? Resp. 1. Vendi aut emi non possunt res spirituales ob simoniam: res sacræ in usus profanos: res Ecclesiarum immobiles & mobiles pretiosæ, secundum dicta *Tit. 10.* supra. res publicæ vel publicis usibus destinatæ: fundus dotalis, juxta *Auth. fratre me. C. ad S. C. Vellei.* res propriæ ipsius emptoris, *L. 16. ff. h.* homo liber pro servo. *§. fin. Inst. h. t.* res de se malæ, res litigiosæ. *c. fin. de seq. poss. & fruct.*

fruct. res emphyteuticæ & feudales irrequisito domino. *L. fin. C. de jure Emphyt. 2. feud. 52.* arma, equi, naves barbaris &c.

Resp. 2. Vendi possunt seqq. de quibus dubium esse poterat, scil. res aliena, imò & furtiva, emptore ignorante rem esse alienam. *L. 34. §. 3. ff. h. t.* res non existens, modò speretur futura. *L. 8. ff. h. t.* hæreditas, si jam delata sit, post mortem testatoris. *tot. tit. ff. de hæred. & act. vend.* utrùm jus accrescendi transeat vendita hæreditate ad emptorem, vide apud Franz. *Inst. h. t. n. 22.* ubi cum Fachin. Vinn. Lauterb. tenet negativam. Nomina, actiones, obligationes, debita etiam vendi possunt. *L. 17. ff. de hæred. & act. vend.* limitationes vid. apud Schmalzgr. *h. à n. 82.* Imò & officia publica sæcularia moderato pretio ex justâ causâ licitè venduntur; quia id contra jus naturale non est, juri autem positivo vel per contrariam consuetudinem ab infericribus derogari potest, vel illo supremi Principes non tenentur.

Q. 5. Quale possit aut debeat esse pretium rerum venalium? Resp. 1. Pretium consistit in pecuniâ numeratâ. *§. 2. Inst. h. t.* Si partim pecunia, partim res alia detur, pecuniâ prævalente, adhuc emptio venditio erit. *L. 6. ff. de act. empt. 2.* Pretii dominium in venditorem transfertur. *L. 11. §. 2. ff. de act. empt. 3.* Debet esse certum certitudine vel absolutâ, vel respectivâ, ad quam etiam reducitur, si conferatur æstimatio in arbitrium tertii. *L. 7. ff. h. t. 4.* Justum debet esse pretium;

quod

quod si à LL. est determinatum, dicitur *legitimum*, & consistit in indivisibili; si spectatis circumstantiis, v. g. mercium copiâ aut penuriâ venditoris impensis ac labore &c. communi hominum æstimatione est constitutum, *vulgare* nominatur, seu naturale, & quia à multis non omnino idem sentientibus est statutum, latitudinem suam habet, éstque vel *infimum*, vel *medium*, vel *summum*; ultra quod vendere non licet; adeóque nec licet in foro conscientiæ rem vendere quocunque pretio. *c. 1. h.t. L. 33. ff. ad Leg. Aquil. L. 63. ff. ad Leg. falc.* 6. Potest tamen pretium tam legitimum, quàm naturale crescere, quia res secundùm usus humanos considerata nunc majorem, nunc minorem æstimationem habet: causæ rem pluris vendendi sunt lucrum cessans, damnum emergens, rationabilis affectus domini, copia emptorum, penuria mercium, dum res venditur successivè &c. non tamen licet ob emptoris inopiam, necessitatem, utilitatem rem pluris vendere, ob plura inconvenientia; nec ob dilatam solutionem. *c. 6. & 10. de usur. propos. 41. ab Innoc. XI. damnat.* 6. Qui privatim scit pretium rei brevi minuendum, potest etiam non monito emptore eam vendere pretio currente; quia pretium currens, sive vulgare, sive legitimum sit, est justum.

Q. 6. An & quæ pacta contractui emptionis-venditionis possint adjici? Resp. Certum est, posse emptioni-venditioni arrhas & pacta adjici salvâ denominatione contractûs. *L. 7. §. 5. ff. de pact.* Et

1. qui-

1. quidem arrha, Hafft-Pfenning / Pfandt-Schilling accedit sæpius emptionibus; hæc si fuerit data in signum emptionis *perfectæ*, non licet à contractu recedere quamvis dans vellet amittere arrham, & accipiens duplicatam restituere. Ratio; non potest alterâ parte invitâ rescindi emptio-venditio, cui arrha adjecta non est. *L. 6. C. de rescend. vendit.* ergo nec potest, si arrha sit adjecta in signum emptionis *perfectæ*; si enim sit adjecta emptioni-venditioni primùm *faciendæ* aut *perficiendæ*, licebit per text. *ff. 1. Inst. h.t. L. 17. C. de fid. Instrum.* 2. Licet adjicere pactum *Legis Commissoriæ*, quo placet, ut pretio intra certum tempus non soluto res sit inempta. *L. 1. 2. 3. &c. ff. de Leg. Commiss.* Requisita, ut liceat, vid. apud Lauterb. *ad tit. ff. de Leg. Commiss.* 3. Potest etiam adjici emptioni-venditioni pactum *addictionis in diem*, quó venditori facultas conceditur, rem venditam alii meliorem conditionem offerenti addicere. *L. 7. &. 11. princ. ff. de in diem addict.* Adjicitur vel per conditionem *suspensivam. L. 2. pr. ff. de in diem addict.* vel per *resolutivam.* Requisita, ut liceat pactum hoc adjicere, vide apud Pichl. *h. t. n.* 11. 4. Licitum est pactum *de retrovendendo*, quod eò tendit, ut venditor judicio venditi obligatum habeat emptorem ad retrovendendam sibi rem, vel quandocunque, vel intra certum tempus. *c. 10. de fid. Instrum. Extrav* 1. *&* 2. *inter Comm h. t.* Debet tamen pro favore vel onere, quod ex hoc pacto alteruter contrahentium habet, vel augeri vel mi-

nui pretium rei venditæ. *c.* 10. *cit.* & *L.* 79. *ff. de contrah. empt. De jure protimiseos* & *de jure retractûs* à *Quæst.* 318. *h. t.* latè Leuren.

Q. 7. *Quænam sint obligationes venditoris? Resp.* 1. Venditor obligatur emptori interrogatus aperire vitium rei, qualecunque sit; quia emptor habet jus cognoscendi rem, quam vult emere; non rogatus tenetur aperire vitium occultum grave, & rem reddens vel omnino vel notabiliter ineptam; quia hoc non manifestato consensus deficit; si vitium non est occultum, nec rei usum impedit, non tenetur aperire, si non rogetur; imputet enim sibi emptor, quòd melius rem non inspexerit. 2. Obligatur rem venditam præcisè tradere, id est, non satisfacit præstando interesse. §. 1. *Inst. h. t. L.* 11. §. 2. *ff. de act. empt.* Pichl, *h. n.* 40. Engel *n.* 25. Schmalzgr. *n.* 125. rem autem tradere tenetur vacuam & liberam. *L.* 1. §. 1. *L.* 13. *pr. L.* 21. §. 1. *ff. de act. empt.* cum omnibus fructibus, accessionibus, pertinentiis, *L.* 13. & *pen. C. eod.* Instrumenta quoque ad rem venditam pertinentia. *L.* 48, & 52. *ff. h. t.* 3. Obligatur ad resarciendum damnum dolo suo vel culpâ latâ, aut etiam levi datum. *L.* 35. §. 4. *ff. h. t.* 4. Denique obligatur venditor emptori de evictione & ad præstandum interesse, rem non fuisse evictam. Pichl. *h. n.* 44. & 45. & Schmalzgr. *n.* 150. referunt plures casus, in quibus evictio non præstatur.

Q. 8. *Quænam sint obligationes emptoris? Resp.* 1. Tenetur hic venditori ignoranti manifestare boni-

bonitatem mercis, si plus valeat, vel vitium pretii, si v. g. moneta foret adulterina; quia pretium justum, saltem infimum, esse debet: ubi tamen sciret venditor in fundo emptoris latere thesaurum, posset hunc vulgari pretio emere, nec teneretur monere venditorem. Ratio, quia talis fundus in communi hominum æstimatione plus non valet, ac si in eo non lateret thesaurus. 2. Emptor tenetur solvere statim, dum de tempore non est conventum; & in quantitate, item etiam die ac loco statutis, ita ut de culpa etiam levi, per *L. 3. & 11. ff. de peric. & Comm. rei vend.* imò & ad usuras pretii teneatur, si post mercem sibi traditam in mora solvendi fuit. *L. 13. §. 20. ff. de action. empt.* Vid. AA. cit. supra.

Q. 9. Quæ oriatur actio ex hoc contractu? Resp. Duplex: *Actio empti* competit emptori adversus venditorem ad tradendam rem venditam, & omne id, quod ex hoc contractu debet. *L. 1. pr. & §. 1. ff. de act. empt.* Tenditori competit *actio venditi* contra emptorem ad pretium & omne id, quod sibi ex hoc contractu debetur. *L. 13. §. 19. ff. de act. empt.* 2. Datur emptori ex ædilitio edicto *actio redhibitoria*, quâ propter vitium, quo cognito rem non emisset, agit adversus venditorem ejúsque hæredes, ut venditione in totum rescissa rem recipiat, pretióque reddito omnia in integrum restituat. *L. 23. §. 7. L. 27. 29. §. 2. &c. ff. de ædil. edict.* vel *æstimatoria*, quâ emptor ejúsve hæres ob vitium, quo tanti non emisset, agit contra venditorem & illius hæredes,

ut quanto minoris rem emisset, de accepto pr
tio restituat. *L. 48. §. 5. L. 6, ff. de adil.* Schmalz
h. àn. 218. 3. Non tantùm venditori, sed etia
emptori competit remedium ex *L. 2. C. de r
scind. vendit.* ob læsionem ultra dimidium ju
pretii. Vid. eund. *àn.* 187. imò Lex secunda
locum habet in aliis similibus contractibus, v
Franz. *ad Inst. de empt. vend. n.* 112. *&* 113.

TITULUS XVIII.

De Locato & Conducto.

§. 1.

De Locato.

Q. 1. *Quid & quotuplex sit Locatio Conductio*
Resp. 1. Est contractus consensualis, q
res vel persona ad usum vel fructum pro c
mercede alteri conceditur, & ab eo accipi
Unus contractus est, qui ex parte concedentis d
citur locatio, Verleyhung/ Verdingung/ V
pachtung / ex parte recipientis conductio, V
stand/ Dingung. Hinc & qui concedit rem,
promittit vel præstat operam, vocatur locator;
qui accipit, conductor. Requisita ejus essentia
sunt consensus, res utenda vel opera præstan
locarium, certum scil. ac justum, & in locatio
operarum in pecuniâ numerata. *L. 5. §. 2. f.*
præscript. verb. in locatione rerum etiam in ali
fungibili consistens. *L. 8. & 21. C. h. t.* Diff
ab emptione - venditione, cum qua magnam h
bet affinitatem, à mutuo, deposito, pignore, co
modato &c.

Resp.

Resp. 2. Alia est locatio *rerum, sive fruendi;* quâ usus rei v. g. ædium, fundi, libri conceditur, *L. 9. pr. ff. h. t.* huc reducitur admodiatio, contractus afflictûs, socida. Alia *operarum* sive *faciendi;* hæcque vel est locatio *operarum simplicium.* ut fit in servis & ancillis; vel *operarum pragnantium,* id est talium, quibus opus aliquod producitur; & in hac locatione idem diverso modo est locator & conductor. Deinde alia est locatio *perpetua,* quæ tamen non eo ipso transit in emphyteusin, cùm id nullo jure exprimatur; alia *temporalis;* alia *expressa,* alia *tacita,* prout hujus exemplum est in *L. 13. §. 11. L. 14. ff. locat. L. 14. ff. locat. L. 16. C. eod.*

Q. 2. Quinam locare & conducere possint? *Resp.* Omnes, qui possunt contrahere, & non prohibentur; in specie etiam mutus, surdus, absens. Clerici tamen prohibentur conducere prædia laicalia, si id faciant quæstûs causâ *c. 1. ne Cler. vel Monach.* Milites & Curiales *de jure* prædia rustica. *L. 30. & 31. C. h. t.* Tutores & Curatores prædia fiscalia, rationibus nondum redditis. *L. 49. ff. h. t.* fabri, vietores, & alii artem streperam exercentes domos scholis aut Professoribus vicinas- arg. *L. un. C. de stud. liberal.* Potest etiam conductor rem sibi locatam sublocare alteri, sive pro majori, sive pro minori mercede. *L. 7. & 48. pr. ff. L. 6. C. eod.* ubi tamen notentur *L. 11. §. 5. ff. de pign. act. & L. 24. §. 1. ff. h. t.* non potest tamen *de jure* conductor invito vel insçio locatore alium sibi socium

in cubiculum á se conductum assumere. Ratio consistit in majori incommodo, quod indeloca-tori creatur.

Q. 3. *Quæ res possint locari?* *Resp.* Regulariter omnes, quæ sunt in commercio humano. *L.* 34. *§.* 1. *ff. de contrah. empt.* nec usu consumuntur, arg. *L.* 3. *§. fin. ff. commod.* sive sint mobiles; sive corporales, sive incorporales, v. g. habitatio, *§.* 5. *Inst. de usu & habit.* ususfructus. *§.* 1. *Inst. eod.* hujus tamen locatio exspirat, *dum* is, qui locavit intra tempus locationi præfixum moritur. *§.* 3. *Inst. de usufr.* Servitutes reales, non tamen separatim à fundo. *L.* 44. *ff. h. t.* Item jurisdictio, postquam hodie patrimonialis facta; non tamen qualitercunque locato prædio hæc etiam locata censetur, sed tum, quando generatim omnes pertinentiæ simul locatæ sunt. Jus patronatûs. *c.* 7. *de iur. Patr.* ubi dicitur jus Patronatûs transire ad illum, qui bona ad *firmam* tenet. Feudum à Vasallo, etiam absque consensu domini. 2. *feud.* 9. *§.* 1. proventus decimarum. *c.* 2. *h. t.* & aliorum fructuum ad sustentationem Prælati alteriúsve beneficiati pertinentium. Res ipsius Ecclesiæ, hæ tamen non ultra triennium, scil. utile; si tamen locatio fieret ultra triennium, non esset totaliter nulla, sed valeret quoad primos saltem 3. annos, si contrahentes devisibiliter sint pacti. *reg.* 37. *de R. I. in 6.* Operæ etiam & facta, modò sint honesta, & certa mercede possint æstimari. *L.* 5. *§.* 2. *ff. de præscript. verb.*

Q. 4.

Q. 4. *Quænam sint obligationes Locatoris? Resp.* 1. Locator *rerum* tenetur conductori aperire vitia rei locandæ, uti venditor rei vendendæ, alioquin ad reparandum damnum obligatur. *L.* 19. §. 1. *ff. locat.* 2. Præstare liberum rei usum *L. cit. & L.* 15. §. 8. *ff. h. t.* Hinc tenetur remittere pensionem pro tempore illo, quo conductor non potuit uti re vel operâ conductâ, si impedimentum non oriatur ex parte conductoris, sed rei conductæ; vel locatoris injustè agentis, vel tertii, quem locator potuit prohibere, quo bino casu etiam ad interesse tenebitur. Schmalzgr. *h. à n.* 51. 3. Nòn privare conductorem re locatâ ante tempus conventum, alio licet pensionem majorem offerente, *c. 1. h. t.* casus quinque excepti innuuntur *c.* 3. §. *verum & L.* 3. *C. h. t.* Potest locator non obst. *c.* 1. *h. t.* ædes v. g. uni locatas durante adhuc priori contractu alteri locare, non tamen nisi finito antecedente contractu incolendas. 4. Restituere expensas necessarias & utiles extraordinarias. *L.* 55. §. 1. *L.* 61. *pr. ff. h.* non autem utiles ordinarias, nec voluptuarias, quas tamen conductor potest tollere. Engel *h. n.* 10. 5. Remittere regular. pensionem totam, si conductor absque sua culpa nullos fructus percepit; partem, pro rata damni, dum sensit notabile damnum. *c.* 3. *h. t. L.* 15. §. 3. *ff. L.* 8. *C. h. t.* nihil, si damnum sit leve. *L.* 25. §. 6. *ff. h. t.* Exceptiones vide in *c.* 3. *h. t. L.* 25. §. 6. *cit. L.* 9. *C. de pign. act.* & apud Schmalzgr. *h. à n.* 57. 6. Demum & hic notandum, quòd successor

ceſſor *univerſalis* teneatur continuare locatione usque ad præfinitum tempus, ſi fuerit locatio *rum.* §. 1. *Inſt. & L.* 10. *C. h. t.* ſecus, ſi *operar* locatio fuerit. §. 5. *Inſt. de Societ.* It. quod ſucce ſor teneatur continuare locationem rerum no propriarum, ſed ad Eccleſiam pertinentium, u que ad ſtatutum tempus, ſi hæc debite à Præla Anteceſſore fuerit facta. arg. *L.* 8. *ff. de admin. To*

Q. 5. *Quæ ſint obligationes Conductoris?* Reſp. 1. Niſi caſus accidat minuendæ aut non ſolvendæ penſionis, tenetur eam tempore & loco conven ſolvere integram, poſt moram etiam uſuras. *L.* 32 §. 2. *ff de uſur.* 2. Damnum dolo, culpa lat aut levi datum reſarcire. *L.* 9. §. 3. *L.* 11. §. *L.* 13. §. 1. & 7. *ff. h. t.* non autem reg. datum culpâ leviſſimâ; non obſtante §. 5. *V. qui prop Inſt. h. t.* caſu, quo domus incendio conflagravit, neſcitur autem, an culpâ, an caſu fuerit exortum non conductori, ſed probabiliùs locatori probatio culpæ incumbet, ex vulgatis Juris regulis in *L.* 2. *ff. de probat. L.* 4. *C. de edend. & L* 51. *ff pro ſocio.* 3. Ante tempus præfinitum non relinquere rem conductam, aliàs nihilominus ad totius temporis penſionem tenebitur. *L.* 15. §. *ult. ff. h. t.* fieri tamen id poteſt, & merces pro rata deduci ex juſta cauſa. *L.* 13. §. 6. *L.* 28. *ff. de damn. inf.* 4. Poſt finitam locationem rem reſtituere in ſpecie. *L.* 25. *C. h. t.* quia non habet jus rem ulteriùs detinendi.

Q. 6. *Quid circa locationem & conductionem operariorum & famulorum obſervandum?* Reſp. 1.

De-

Debet his dari stipendium justum; censetur autem illud esse, quod in tali loco communiter illis datur, petiturque à communi æstimatione. 2. Possessillum, qui operas suas *indeterminatè* locavit, v. g. Medicum, famulum, & similes, si propter morbum, aliúdve impedimentum eas non potuerit præstare, totam nihilominus mercedem petere, ait Engel *h. t. à n.* 8. ex *L. qui operas.* 38. *ff. h. t. &c.* 3. Siquis pluribus suam operam locavit in solidum, potest à singulis accipere integrum stipendium, modò opera pluribus præstita sit æque utilis. Ratio, quia pro singulis seorsim distinctas suscipit obligationes à se independentes, quæ quòd eâdem inadæquatè operâ impleri possint, est per accidens; observetur tamen propositio octava ab Alex. VII. damnata. 4. Non potest famulus, aut quicunque pro mercede servit, surripere aliquid occultè de bonis Domini, etiamsi judicet, salarium suum esse minus justo. propos. 37. ab Innoc. XI. damnata.

Q. 7. Qualis actio oriatur ex hoc contractu? Resp. Cum locator & conductor habeant contra se invicem jus activum ad ea petenda, ad quæ sibi obligatos esse, dictum est, competit illis actio: Locatori *Actio Locati* adversus conductorem ad omnia, quæ ei debentur. *pr. Inst. h. t.* Contraria *Actio Conducti* similiter ad omnia, quæ ex hoc contractu illi debentur. Utraque est personalis, civilis, b. f. rei persecutoria, transiens ad hæredes.

§. 2.

De Emphyteusi.

Q. 1. *Quid & quotuplex sit Emphyteusis?* Resp. ad 1. Potest sumi vel *objectivè* pro ipsa scil. re emphyteutica; quæ si perpetua est, dicitur germanicè **Erb-Bestandt**; vel *effectivè* pro jure, quod datur emphyteutæ; vel *formaliter*, ~~quoad~~ postremo modo sumpta est contractus, quo res *immobiles* alteri quoad dominium utile retento directo conceditur sub onere certi canonis statis temporibus domino proprietatis solvendi. Est contractus *juris gentium* quoad præstandum annuum canonem pro fructu fundi & in recognitionem dominii, quia eatenus videtur esse antiquior Jure Civili: est *bonæ fidei*, quia bilateralis & est *merè consensualis*, quia necessitas scripturæ non satis probatur. Differt ab illis contractibus, venditione, locatione, usufructu, feudo, censu reservativo, ut patet consideranti.

Resp. ad 2. Alia emphyteusis est *Ecclesiastica*, quâ res ad Ecclesiam vel locum pium pertinens; alia *laica*, quâ conceditur alicui res profana sive pertinens ad laicum. Alia *temporalis*, quæ solùm datur ad certum tempus; alia *hæreditaria*, quæ ad hæredes transmitti potest; si ad quoscunque in infinitum, dicitur *perpetua*; si ad certum numerum hæredum, v. g. 3. vel 4. generationes, dicitur *non perpetua*: emphyteusis non transiens ad hæredes extraneos, sed *ad suos* tantùm, dicitur *ex pacto & providentia*, vel *familiaris & gentilitia*; quæ

quæ verò transit ad hæredes quoscunque, etiam extraneos, *hæreditaria simpliciter* nominatur.

Q. 2. Quinam concedere & quibus concedi possit emphyteusis? Resp. ad 1. omnes, qui præter dominium liberam habent rerum suarum administrationem, possunt concedere emphyteusin: in specie quilibet privatus. *L. 1. & 3. C. h. t.* Civitates *L. 1. §. 1. ff. si ager vectig.* Prælati Ecclesiarum, etiam in perpetuum, sed cum solennitatibus, dum bona Ecclesiæ utilia concedunt *c. 5. de reb. Eccles. alien. vel non.* & dum illa primitus dant in emphyteusin. *Extrav. Ambitiosæ c. fin. de feud.*

Resp. ad secundum. 1. Omnes accipere possunt, qui contrahere & contrahendo se obligare, fœminæ etiam & communitates; quia & tales obligationis capaces sunt. 2. Possunt quoque emphyteusin ad Ecclesiam reversam accipere à Prælato sui consanguinei; quia nulla reperitur Canonica Constitutio consanguineos repellens. Non tamen vel Prælatus vel alius rei emphyteuticæ dominus tenetur finitâ v. g. generatione, pro quâ concessa emphyteusis, eam dare cognatis ultimi emphyteutæ; quia nec pactum ex suppositio, nec lex obligationem ejusmodi inducens potest ostendi. 4. Advertendum & hic illud, quòd laicus ab Ecclesiâ à tributis exemptâ accipiens emphyteusin etiam ipse exemptus sit. S. Congreg. ad Episc. Senogall. die 8. Decembr. 1658. Ratio, quia aliàs indirectè saltem Ecclesia, utpote minorem accipiens canonem gravaretur, quod vetitum, præsertim per *c. fin. de immun. Eccles. in 6.*

Q. 3.

Q. 3. *Quinam succedant in emphyteusi?* Resp. 1. Respiciendum est ad instrumentum, si quod ex- ctum. 2. Si concessa est emphyteusis *pro se & l liis*, etiam filiæ de jure communi hoc nomine ad veniunt & succedunt. L. 84. 116. 201. *ff. de V. S.* non tamen filii illegitimi, si emphyteusis sit Eccle- siastica; quia ex illicito concubitu progenitos de- testatur Ecclesia. 3. Si concessa est *pro se & hæ- dibus*, quicunque hæredes, etiam extranei, succe- dunt; quia Ly *hæres* simpliciter prolatum e terminus generalis. arg. *c. 6. §. præterea. de major. & obed.* 4. Si hæres emphyteutæ ingrediatur Religionem bonorum capacem, transibit ad hanc emphyteusis. *Auth. ingressi. C. de Ss. Eccl.* sed ad vitam duntaxat Religiosi, ut habet Pich. *h. t. n.* 34.

Q. 4. *Quæ utriusque obligationes ex contractu emphyteutico nascantur? Resp.* 1. Tenetur *dominus directus* possessionem una cum dominio utili transferre in emphyteutam, & facta translatione liberum ei usum concedere. §. 3. *Inst. h. t.* 2. Nisi æstimatio rei emphyteuticæ fuerit interim aucta non augere laudemium in mutatione emphyteu- tæ. *L. fin. C. de Jure emphyt.* 3. Non augere ca- nonem meliorato etiam bono emphyteutico, nisi illud ad dominum redierit, & de novo alteri concedatur; quia tum contractus legem accipiet ex particulari conventione.

Resp. 2. Tenetur emphyteuta 1. præstare lau- demium, si noviter ad possessionem emphyteu- seos admittatur. *L. fin. C. de jure emphyt.* Pich. *h. t.*

h. t. n. 37. 2. Arbitrio boni viri re emphyteuticâ uti frui, & expensas leviores & ordinarias pro conservatione rei necessarias solvere, quin eas finitâ emphyteusi repetat. *L. 2. C. de jure emphyt.*. 3. Singulis annis solvere domino directo canonem totum, si modicus sit & in recognitionem tantùm dominii directi solvatur, etiamsi magnum in fructibus damnum sit passus, modò non ipsa res emphyteutica tota pereat. *L. 1. C. de jur. emphyt. §. 3. Inst. de loc.* 4. Jus emphyteuticum non vendere aut alio modo *alienare* proprietario irrequisito. *L. fin. C. de jur. emphy.* Schmalzgr. *à n.* 141. *h. t.*

Resp. 3. Nascitur ex contractu emphyteutico *actio emphyteuticaria personalis* utrinque directa; de qua videatur Lauterb. *in ff. ad tit. si ager vectigal. §. 12.* Emphyteutæ etiam constitutâ & tradita emphyteusi competit *utilis rei vindicatio*, et actio hæc in factum, *si ager vectigalis.*

Q. 5. Quot modis finiatur & fiat caduca empyteusis? Resp. 1. Finitur totali rei interitu. *L. 1. C. de jure emphyt.* lapsu temporis, ad quod concessa, arg. *L. 1. & fin. ff. si ager vectig.* nec censeur transacto tempore emphyteusis ex utriusque tacitumitate renovata, quia majus in emphyteusi, quàm locatione præjudicium est. Item ex culpa emphyteutæ, sive propter *commissum*; ratione cujus fit caduca. Hinc

Resp. 2. Fit caduca emphyteusis, id est, propter delictum amittitur. 1. Si habens emphyteusin laicalem per triennium; si Ecclesiasticam,

per

per biennium ex ſua culpâ nihil de canone ſolverit. *c. ult. & de locat.* niſi, quod fieri in Eccleſiaſtico tantùm poteſt, celeri ſatisfactione moram purgaverit emphyteuta. *c. cit.* vel niſi (quod procedit de utraque, in Eccleſiaſtica tamen cum ſolemnitatibus ad alienationem requiſitis) Dominus ſciens ſolutionem omiſſam receperit canonem *futuri* temporis, quia hunc recipiendo fatetur vel fateri cenſetur ſolventem verum eſſe empyteutam. Franz. ad *Inſt. h.t.* 14. ait ex *L. 8. §un. ff. de publican. & vectig.* ſi unus ex pluribus hæredibus emphyteutæ partem canonis non ſolvat, non cadere totam emphyteuſin in commiſſum. 2. Fit caduca, ſi emphyteuta culpoſè & notabiliter deterioraverit in ſubſtantia, & ita, ut fiat infructuoſior & minoris valoris. *Auth. qui rem. C. de Ss. Eccleſ.* In dubio utrùm deterioratio ſit notabilis, ſtandum eſt arbitrio Judicis. 3. Si emphyteuta rem emphyteuticam irrequiſito domino alienet. *L. fin. C. de jure emphyt.* traditio tamen facta eſſe debet, quia ante hanc non eſt perfecta & completa venditio vel alienatio. His tamen caſibus dominus directus emphyteutam invitum propriâ authoritate nequit expellere; quia nemo ſibi ipſi jus dicit.

TITULUS XIX.

De rerum permutatione.

Q. 1. *Quid ſit permutatio? Reſp.* Permutatio *generaliſſimè* ſumpta involvit omnem contra-

tractum, quo aliquid pro alio datur, etiam emptionem, venditionem, aliósque contractus reciprocos: *generaliter & latè* accepta dicit contractum, quo res una datur pro alia, abstrahendo tamen, utrùm res in specie pro alia in specie, vel genus pro genere detur; & sic differt ab emptione, venditione, mutuo, depositio, pignore, & à tribus contractibus innominatis, scil. facio, ut facias; facio ut des; do, ut facias. *specificè* accipitur pro eo contractu, in quo res in specie non fungibilis commutatur pro alia in specie non fungibili: hoc tertio modo etiam differt à contractu innominato, do, ut des. Pichl. *h. t. n.* 1. *in fine.* Proùt abstrahit permutatio (ein Tausch) à latè & specificè sumpta definitur, quòd sit contractus re & consensu constans, quo res aliqua datur ea lege, ut vicissim detur res alia.

Q. 2. *Quinam sint effectus permutationis?* *Resp.* 1. Datione facta sive re traditâ oritur obligatio, quæ est μονόπλευρος, ex parte scil. solius accipientis se tenens. Lauterb. *ad ff. h. t. n.* 21. 2. Qui ex sua parte implevit contractum, potest compellere alterum ad rem pariter tradendam per *actionem præscriptis verbis*, vel etiam potest pœnitere, & quod tradidit, repetere per *conductionem causâ datâ, causâ non secutâ.* *L.* 4. *&* 7. *C. h. t.* 3. Nulla tamen rem danti actio competit contra tertium rei datæ possessorem, dum v. g. qui eam accepit, eandem alienavit. *L.* 4. *C. h. t.* 4. Post rem datam rei vicissim dandæ, sed nondum datæ periculum pertinet ad dantem, si citra dolum vel

cul-

culpam levem accipientis pereat. Lauterb. *h.* *n. 28.* periculum autem rei, quam quis ex cau permutationis recepit, est accipientis. Lauter §. 30.

Q. 3. Quanam res permutari possint? Resp. Ab iis, qui possunt alienare, possunt permuta res omnes, corporales & incorporales, mobil & immobiles, ut neque pecunia numerata exclu datur, non obst. *L. 5. §. 1. ff. de præscript. ver* neque res pretio æstimata. Laterb. *h. §. 13.* Do bent tamen reg. res, quæ permutantur, existe in humano commercio. arg. *L. 34. §. 1. ff. de contrah. empt.* esse propriæ. *L. 1. §. 3. ff. h. t.* E non prohibitæ esse alienari, est commun. 2. Re spiritualis pro temporali nec licitè permutatur, nec validè. *c. fin. de pact. & h. t.* Potest tamen res spiritualis pro alia spirituali permutari, v. g. reliquiæ pro reliquiis, jus decimandi in hoc pro jure decimandi in alio agro. Ratio, quia hoc re lium rerum dignitati non derogat. 3. Bona Ec clesiastica immobilia & mobilia pretiosa etiam possunt cum aliis permutari, non obst. *c. 51. de reg. jur. in 6.* intervenientibus tamen solennita tibus & justâ causâ, sive ad laicos transferan tur, ùt omnes concedunt, sive ad aliam Eccle siam, uti supra ad *Tit. de reb. Eccl. non alien. Q 5. in fin.* & Pichl. *h. n. 6.* 4. Quod possint be neficia Ecclesiastica inter se permutari, dictum est ad tit. de renuntiat. & sumitur ex *c. 5. h. t. c. un. eod. in 6.* modò tamen justa adsit causa, & fiat permutatio in manu ac consensu legitimi su perio-

perioris, scil. Episcopi; it. modò fiat cum consensu collatorum, si beneficium sit collativum, patronorum, si patronatum: neque licet, si unum sit pinguius altero, excessum oblatâ pecuniâ compensare, nisi interveniat authoritas Papæ. Pichl. *h. t. à n. 8.*

TITULUS. XX.

De Feudis.

Q. *1. Quid & quotuplex sit feudum. Resp. 1.* Acceptum pro ipso contractu feudali, Lehen-Geding (dum aliàs sumitur pro re, quæ in feudum datur, & dicitur Lehen/ Lehen-Gut/ aliàs pro jure, quod nascitur ex tali contractu, Lehens-Gerechtigkeit) est *benevola* concessio rei immobilis vel ei æquivalentis quoad translationem dominii utilis sub onere fidelitatis & exhibitionis obsequii & servitii personalis. Per Ly *quoad translationem dominii* differt ab usufructu, vi cujus sola commoditas in usufructuarium transfertur: per verba, *sub onere fidelitatis & obsequii honesti*, scil. dum requiritur, exhibendi differt ab Emphyteusi &c. Feudo opponitur *allodium*, de quo *2. feud. 54.*

Resp. 2. Feudum dividitur in *proprium* sive *rectum & improprium. 2. feud. 33. & 48.* it. *2. feud. 2. §. præterea.* Proprium subdividitur in *nobile & ignobile* ratione personæ concedentis. *2. feud. 10.* Nobile aliud est *regale*, quod authoritate summi Principis concessum est cum di-

gnitate regali ; & *non regale*, quod concessum est cum dignitate, quæ regali inferior. Ab effectu feudum dividitur in *hæreditarium*, & non *hæreditarium*, sive *ex pacto & providentia*. arg. 2. *feud.* 50. *princ.* Ratione accipientis in *novum & antiquum*. 2. *feud.* 3. 18. 32. & 1. *feud.* 1. §. à forma in *ligium* & *non ligium*. 2. *feud.* 7. *Clem. pastoralis.* ℣. *rursus de sent. & re jud.* in Ex parte materiæ in Ecclesiasticum & sæculare, 7. *de Constit. c.* 6. *de for. comp.* Feudi impropria species sunt feudum *fœmineum*, *francum*, *de Camera*, *Cavena*, *feudum Guardiæ*, *Gastaldia*, *Sodata &c.*

Q. 2. *Quodnam sit feudi objectum, sive quæ res in feudum concedi possint? Resp.* 1. Objectum feudi ponit res immobilis vel naturâ vel jure talis. 2. *feud.* 1. *in fin.* sive singularis, sive sit universalis. 2. *feud.* 4. & 10. Investitus tamen de silva jus venandi non habet, quia hodie jus venandi silvæ non cohæret ; econtra integro territorio in feudum concesso transit etiam superioritas territorialis, utpote territorio regular. cohærens. 2. Non modò res allodialis in feudum conceditur, sed & feudalis subinfeudari potest sine consensu domini directi. 2. *feud.* 9. §. *si verò.* 2. *feud.* 26. §. *vasallus.* excipitur casus in *c.* 19. *de decim.* Imò potest infeudatio rei feudalis promitti in casum aperturæ, ùt habetur 1. *feud.* 3. ℣. *sed & illa.* 2. *feud.* 26. §. *moribus.* Quid de successoribus taliter promittentium dicendum, num & hi promissione hac adstringantur, vide Schmalzgr. n. 67.

n. 67. 3. Res tamen aliena in feudum non potest dari. *2. feud. 3.* Neque bona Ecclesiæ temporalia, nisi debitæ solennitates interveniant. 1. *feud. 6.* Aut nisi sint solita dari in feudum. *c. fin. h. t. & 1. feud. 11.* Multò minùs res sacræ aut spirituales, utpote exemptæ â commercio humano.

Q. 3. Quinam constituere, & qui recipere feuda possint? Resp. 1. Quilibet Dominus habens liberam rerum suarum administrationem feuda potest constituere. 1. Clerici, scil. de patrimonialibus. *2. feud. 33.* & laici, mas & fœmina, privati, plebeji. *2. feud. 3. princ. & ℣. fœminam quoque.* 2. Filiusfam. de castrensibus vel quasi, ùt patet; de peculio adventitio irregulari probatur inde, quòd etiam illius ususfr. sit filiifam. 3. Minor curatorem habens & volens de *novo* infeudare cum ejus consensu & interveniente judicis decreto. Schmalzgr. *h. n. 52.* 4. Quid Imperator possit in constituendis feudis de rebus ad Imperium immediatè spectantibus, vid. Capitulat. Josephi I. *art. 29.* & glorioſissimè regnantis Caroli VI. *art. 11.*

Resp. 2. Recipere feudum potest omnis non prohibitus. 1. Clericus sæcularis. *c. 6. & 7. de for. compet. 2. feud. 40.* Religiosus, sive ante, sive post Professionem feudum ad ipsum devolvatur, modò non exigat servitium incompatibile tale feudum. Mynsing. *centur. 5. observ. 48.* 2. Fœmina, cui Dominus feudum concedens tacitè censetur concedere, ut per substitutum servitia præstet. 3. Minor, qui in hoc Curatoris au-

thoritate non indiget. AA. in *L. 101. ff. de V.O.* 4. Infantiâ major etiam ſine authoritate Tutoris, ſic tamen, ut claudicet inſtar aliorum contractuum, nec teneatur is ad ſervitia & juramentum. *2. feud. 26.* 5. Excluduntur itaque ii ſoli, qui honeſtè in Curia domini ſtare non poſſunt, quales ſunt infames, rei læſæ Majeſtatis &c.

Q. 4. *Quomodo acquirantur feuda?* *Reſp.* Tribus potiſſimùm modis, ſcil. pacto cum inveſtitura, præſcriptione, ſucceſſione. 1. Itaque *ex pacto cum inveſtitura;* nomine pacti intelligitur hic contractus feudalis, quo dominus alicui ſe obligat ad rem ſuam jure feudi illi concedendam, ſive dein id fiat gratis, ſive pro pecunia; feudatarius autem ad fidelitatem & ſervitia; cùm autem ſine traditione dominium non transferatur, hæc comitari vel ſubſequi debet contractum feudalem, & dicitur *inveſtitura*, Belehnung/ quæ vel *propria* eſt, vel *abuſiva.* 2. *feud.* 12. per *novam* primò confertur feudum; *renovans*, ſive de veteri beneficio eſt modus feudi retinendi, arg. 2. *feud. 24.* Solennitates vel à ſtatutis locorum præſcriptæ, vel his deficientibus juris communis adhibentur, de quibus vid. paſſim Feud. non poteſt feudum antiquum ùt novum concedi ob præjudicium agnatorum aliorúmque vocatorum, licèt contra, ùt Gail. *Libr. 2. Obſ. 50.* 2. Acquiritur feudum *præſcriptione*, & quidem 30. annorum, ſi ſæculare ſit. *2. feud. 26. §. 30.* vid. Engel *h. à n. 42.* Schmalzgr. *Tit. de præſcript. n. 36.* 3. *Succeſſione*, de quâ

Q. 5.

Q. 5. Quomodo succedatur in feudis? Resp. 1. Ab intestato. *2. feud. 9. §.* nisi Dominus & agnati consentiant, & nisi feudum sit hæreditarium simpliciter. 2. Ut quis autem succedere possit requiritur, ut sit habilis ad servitia. *2. feud. 26. §. fin.* & latiùs Schmalzgr. *h. à n. 102.* & ut descendat ex sanguine primi acquirentis. *2. feud. 31.* adeóque ascendentes non succedunt. *2. feud. 50.* regulariter ob ea, quæ habet Engel *h. n. 26.* sed descendentes, & primò omnium filii, iique naturales & legitimi simul, non legitimi tantùm sive adoptivi. *2. feud. 26. §. adoptivus.* neque *de jure scripto* legitimati per subsequens matrimonium. *2. feud. 26. §. naturales.* Neque prognati ex matrimonio morganatico. *2. feud. 29.* 3. Deficientibus liberis (liberorum nomine veniunt nepotes, pronepotes in infinitum. *2. feud. 11.*) in feudo antiquo succedunt collaterales agnati proximiores, sic ut, qui est proximior ultimo possessori feudi, remotiorem excludat. *2. feud. 11.* attendi etiam debet linea proximior illi, à quo feudum pervenit ad lineam proximè *extinctam* *2. feud. 50.* notetur Ly *extinctam*; quia feudum unam semel lineam ingressum, in eadem manet, quoad hæc ipsa in ultimo possessore extincta est, vid. Pichl. *h. n. 16.* Schmalzgr. *à n. 144.* 4. Fœminæ & ex iis descendentes, etiam masculi, regular. in feudis ad successionem non admittuntur, nisi feudum sit merè hæreditarium, cum in hoc jure allodialium succedatur; vel fœmineum, in quo fœminæ deficientibus saltem masculis ad-

mittuntur, nisi conventum, ut etiam simul cum filiis succedant. 1. *feud.* 1. §. 3. 2. *feud.* 11. Semel admissa fœmina non excluditur per masculum postea natum, quia jus fœminæ jam est quæsitum. Utrùm fœmina in feudo fœminæo semel exclusa per successionem masculi semper maneat exclusa, vide Schmalzgr. *h. à. n.* 122. 3. Clerici & Religiosi in feudo succedunt, si sit simpliciter hæreditarium, vel francum, quod vel nulla requirit personalia servitia, vel talia, quæ Clericos non dedeceant, vel, quæ si dedecentia sint per alios præstari possint. 2. *feud.* 40. §. *fin.* 6. & 7. *de for. comper.* quod notat Engel *h. n.* 21.

Q. 6. *Quomodo amittatur feudum? Resp.* 1. Ex *parte rei feudalis*, scil. interitu rei feudalis; totaliter quidem, interitu totali, partialiter autem partiali. arg. *L.* 2. §. *de usufr. & quemadm.* 2. Ex *parte Domini directi*, si vel hic decedat sine hærede, vel delinquat in Vasallum delicto tali, quod si Vasallus in Dominum committeret, privatur feudo. 2. *feud.* 6. 26. 27. &c. potest tamen Dominus universitatem, v. g. castrum, cui annexa est res feudalis, alienare. Pichl. *h. n.* 26. an Dominus collectas possit Vasallo imponere, vide apud Leur. *h. q.* 418. 3. Ex *parte Vasalli* amittitur feudum, si vel directè vel indirectè in Dominum peccet, & culpa hæc *felonia* dicitur, propter quam feudum dicitur *committi* aut *caducum fieri*; vel etiam sine culpa Vasalli, dum Vasallus moritur, nullis hæredibus feudalibus relictis, aut talibus, qui succedere possint; vel dum refu-

tat

tat feudum, ùt Engel *h. n. 45.* Porro delicta, ob quæ Vasallus amittit feudum, sunt. 1. Si directè offendat Dominum graviter eum lædendo in corpore, fama, bonis. *2. feud. 6. 7. 24. 55.* vel indirectè, impudicè agendo cum uxore Domini, fornicando cum ejus filia, subditos nimis crudeliter tractando. 2. Si rem feudalem notabiliter deterioret, aut verè alienet secutâ traditione. licèt statim revocaverit pœnitentiâ ductus; quænam nomine alienationis veniant, habet Schmalzgr. *h. l. n. 162. & n. 182.* quòd feudum sine consensu domini alienatum à tertio b. f. possessore præscribi possit. 3. Si intra annum & diem, vel dum facta est mutatio in persona Domini aut Vasalli ex negligentia non petat investituram, aut non juret fidelitatem. 1. *feud. 22. pr.* vel neget servitia debitè requisitus. *2. feud. 24. §. 2. ℣. sed non est.* vel Dominum in acie periclitantem deserat, *tit. 24. cit. &c.* Utrùm feudum ob feloniam directè in Dominum commissam, ad Dominum revertatur, disputant AA. sententia probabilior est, quòd ad Dominum revertatur, & quidem perpetuò. ita ut *de jure communi* non devolvatur unquam ad agnatos. 1. *feud. 5. 2. feud. 24. 38. 55.* De Prælato feudum ex delicto amittente, vid. *2. feud. 40. §. fin.* de judicio causarum feudalium Engel *h. n. 51.*

TITULUS XXI.

De Pignoribus & aliis Cautionibus.

Q. 1. *Quid & quotuplex sit pignus? Resp.* ad 1. Pignus *causaliter* acceptum est actus, quo alteri constituitur in re aliqua jus eam sibi obligatam habendi pro securitate debiti. *L.* 1. §. 1. *ff. de pignorat. act.* Differt ab hypotheca, quòd actualiter tradatur, uti fit in mobilibus, hypotheca solùm obligetur creditori, quod in immobilibus contingit.

Resp. ad 2. Pignus (uti & hypotheca) potissimum duplex est, *expressum & tacitum*, ex qua divisione reliquæ subdivisiones omnes fluunt. *Expressum* constituitur vel expresso mutuo partium consensu, vel jussu testatoris, aut decreto judicis, immissionem in bona Rei decernentis, de quo ad *Libr.* 2. *Decretal. Tit. de eo, qui mittitur in*. Exempla *taciti*, quod ex dispositione legis favore certarum causarum & personarum introductum, referuntur in *L.* 2. *C. in quib. caus. pign. vel hypoth. tacitè contrah.* de Fisco. in *L.* 20. *C. de admin. Tut.* de pupillis & minoribus in *L.* 12. *C. de quæ potior. in pign. & c.* 5. *h. t.* de uxore. in *L.* 1. *C. commun. de legat.* de legatariis & fide commissariis. in *L.* 25. *ff. de reb. cred.* de mutuante pecuniam in refectionem ædium. in *L.* 2. *& 4. C. in quib. caus. pign.* de illatis & invectis in domum conductam.

Q. 2. *Quanam res oppignorari possint vel non possint?*

possint? Resp. 1. Oppignorari possunt res omnes, quæ in bonis debitoris sunt, & possunt alienari; etiam usufr. quatenus infert jus reale, nil enim vetat. Nomina debitorum. *L.* 13. §. 2. *ff. h. t.* quo tamen casu primus debitor à secundo creditore monitus non potest solvere primo creditori. Leur. *h. t. Q.* 449. pignus ipsum à creditore accipiente. *L.* 1. *C. si pignus pignor.* si urbes, oppida, dynastiæ in Imperio concurrentibus requisitis aliis oppignorentur, quid juris creditori competat, vel non competat. vide *Instrum. pac. art.* 5. §. *quantùm deinde.* 30.

Resp. 2. Oppignorari non possunt, quæ non sunt alienabilia, vel prohibita alienari; quia oppignoratio species est alienationis latè acceptæ, & veluti via ad venditionem; hinc 1. oppignorari nequit liber homo. *L.* 12. *C. de obl. & act.* quod tamen variè limitatur. 2. Neque jurisdictio spiritualis, aut jus patronatûs; quia hæc non continentur appellatione bonorum, nec fructus inde provenientes sunt pretio æstimabiles. vid. tamen Pirh. *h. t. n.* 12. 3. Neque vasa & supellex sacra; unde dum in casu necessitatis res sacræ laico oppignorantur, vera oppignoratio non est, illique nuda tantùm conceditur detentio. 4. Neque res feudales alteri, præterquam domino directo, vel cum ejus consensu. Leur. *h. t. Q.* 450. 5. Neque res prorsus aliena absque consensu domini; quia in oppignoratione agitur de jure reali in creditorem transferendo. 6. De vetita oppignoratione fundi dotalis, rei li-

tigiosæ, instrumentorum aratoriorum &c. vid. eund. Leur. *l. cit.*

Q. 3. Quinam possint pignus constituere? Resp. 1. Nomine proprio quilibet habens rerum suarum administrationem, *L. 18. §. fin. de pignor. act.* etiam fœmina in debito & re propria. *L. 12. C. h. t.* notetur *L. 8. pr. ff. ad S. C. Vellei.* Nomine alieno, qui vel à domino vel à lege ad hoc facultatem acceperunt: in specie minorum, pupillorum, furiosorum Tutores & Curatores. *L. 16. ff. de pignor. act.* servato tamen modo à LL. præscripto. Procuratores sive negotiorum gestores, si vel mandatum generale *cum libera*, vel speciale habuerint. *L. 10. L. 11. §. fin. ff. de pignor. act. L. 58. ff. de procur.* Prælati bona Ecclesiæ non speciali, bene tamen generali hypotheca possunt subjicere. arg. *c. 5. de reb. Eccl. alien.* 2. Accipere pignus possunt, qui contrahere & contrahendo obligari.

Q. 4. Quinam sint effectus sive jura constituti pignoris? Resp. 1. Obligatio tam debitoris, quam creditoris; ut scil. debitor pignus tradat, traditum ante solutionem non repetat, expensas à creditore factas necessarias & utiles solvat. *L. 8. & 25. ff. de pignor. act.* creditor autem pignus fideliter custodiat. *L. 25. cit.* pignore non utatur, nisi de consensu &c. *L. 23. ff. h. t.* illud soluto toto debito statim restituat. *L. 11. C. de pign. act.* cum omnibus fructibus & accessionibus. *L. 16. pr. L. 21. ff. h. t.*

Resp. 2. Alter effectus est jus in re, quo res oppi-

oppignorata vel hypothecata creditori afficitur, vi cujus eam persequi potest per *remedia possessoria*, nempe *interdictum Salvianum*, & *ne vis fiat ei*; vel per *remedia petitoria*. Lauterb. ad *ff. h. t.* §. 64. quale est *actio hypothecaria*, realis, utpote orta ex jure in re, creditori competens ad pignus à quocunque possessore repetendum. *L.* 16. §. 3. & *L.* 17. *ff. de pignor. act.* quæ in *Servianam & quasi Servianam* dividitur, notetur hic *Nov.* 4. *c.* 1. & 2. *Auth. hoc debitor. c. de pignor.* Deinde vi juris in re potest primus creditor rem sibi oppignoratam alteri oppignorare. Pirh. *h. n.* 20. Schmalzgr. *n.* 29. distrahere & vendere pignus, si debitum statuto tempore solutum non sit. *tot. tit. ff. & C. de distr. pig.* præfertur aliis creditoribus pignore destitutis & specialiter non privilegiatis. vid. Leur. *h. Q.* 478.

Resp. 3. Tertius effectus est, quòd, quatenus pignus consideratur ùt contractus, detur debitori *actio pignoratitia directa*, quæ personalis est, adversus creditorem debito soluto ad rem oppignoratam cum fructibus restituendam, quam quoque post 30. annos movere potest, dum interea pignus non reluit. Gail. *L.* 2. *Obs.* 18. *n.* 4. Creditori *actio pignoratitia contraria* datur.

Q. 5. *An & qua pacta contractui pignoratitio liceat adjicere? Resp.* Recipit hic contractus pactionem, conditionem, diem. *L.* 4. *ff. de pignor. act.* Sed *pactum Antichreticum*, quo creditori conceditur jus re oppignoratâ pro libitu utendi fruen-

fruendi in vicem usurarum, illicitum est de [illegible] Can. *c. 1. 2. & 6. de usur.* Ratio, quia debitor manet dominus pignoris, adeóque hoc ipsi debitum fructificare, & perceptio fructuum, quantum non imputantur in sortem, est usuraria. excipiuntur 3. casus, de quibus in *c. 16. de usur. c. 1. feud. c. 1. in fin. de usur.* Deinde *pactum Commissorium*, quo convenit inter partes, ut si debitum certo tempore non sit solutum, nec pignus redemptum, totum hoc cedat creditori absque spe recuperationis, pariter illicitum est. *c. 7. h. t.* Ratio, quia pignus ordinariè plus valet quam ipsum debitum, & consequenter vel sæpissime vel semper subest usura palliata.

Q. 6. Quid ratione secundæ partis rubr. præs. n. notandum de Cautionibus? Resp. 1. In genere Cautio est satisfactio, per quam adversarium securum reddimus. Lauterb. ad *tit. ff. qui satisdar. cog.* n. 2. Ratione modi, quo præstatur, alia est *fidejussoria*, & hæc dicitur in specie *satisdatio*; alia *pignoratitia*, quæ fit oblatis pignoribus; alia *juratoria*, quæ fit præstito juramento; alia *promissoria*, quæ non est nisi nuda promissio, unde & simplex cautio dicitur *L. 3. C. de V. S.* Ratione causæ efficientis alia est *conventionalis* seu *voluntaria*, alia *legalis* vel *necessaria*, cujus varias subdivisiones enumerat Vultei. *de judic. l. 2. c. 5. n. 30.* Ratione objecti cautio dividitur in eam, quæ est de *usufructu*, de qua est *c. ult. h. t. & ff. tit. 9. Lib. 7.* in eam, quæ est *legatorum*, de qua est *tit. 3. Lib. 36. ff.* & in eam, quæ est de damno infecto, de

qua

qua est *tit. 2. lib. 39. ff.* de quibus consule Civilistas.

TITULUS. XXII.

De Fidejussoribus.

Q. 1. *Quid sit fidejussio? Resp.* Fidejussio (Bürgschafft) est contractus, quo quis promittit, se soluturum id, quod alius debet, casu quo hic in solvendo deficiat, manente tamen eodem principaliter obligato. AA. comm. Olim fiebat per stipulationem de Jure Civili. *L. 8. ff. & L. 12. C. h. t.* unde & inter contractus verbales referebatur; hodie nudo etiam pacto, sponsione, nuntio; est tamen etiamnum contractus unilateralis, civilis &c. Fidejussor est, qui alienam obligationem in se suscipit, & promittit, quòd debitore principali non solvente ipse velit solvere. Differt à *constitutore*, qui tam pro se quàm pro alio promittit secundâ vice. *L. 13. ff. de constit. pecun.* à *mandatore*, qui suo nomine & periculo obligatur, & obligationem principalem præcedit, cùm fidejussor obligetur alieno nomine & obligationem principalem necessariò sequatur. *L. 16. §. 5. ff. h. t.* ab *expromissore*, qui debitum in se suscipiendo liberat debitorem principalem & solus tenetur. *L. ult. ff. ad S. C. Maced.* Quotuplex fidejussio & fidejussor sit, vide apud plerosque AA.

Q. 2. *Super quas causas cadere possit fidejussio, sive*

sive quodnam sit objectum fidejussionis? Resp. 1. Objectum ejus est omne debitum & obligatio præexistens, sive sit naturalis tantùm. *L. 13. ff. de condict. indeb.* sive civilis tantùm, modò ex se per se efficaciter agi possit, uti est obligatio ex re judicata. §. *1. Inst. h. t.* sive mixta. §. *cit.* Excipitur 1. causa dotis, ut scil. uxori non permittatur à marito ratione dotis conservandæ vel restituendæ fidejussores exigere. *L. 1, 2. ult. C. ne fidejussor. dot. dentur.* nisi maritus ex propriâ culpa ad inopiam vergat. 2. Obligationi ex delicto etiam nequit accedere fidejussor, dum agitur ad pœnam corporalem infligendam. *L. 56. & L. 70. §. fin. ff. h. t.*

Q. 3. Pro quibus personis fidejussio interponi possit? Resp. 1. In genere colligi potest ex Quæst. præced. quòd pro omnibus fidejuberi possit, qui efficaciter vel à se ipsis vel ab alio possunt obligari. Ratio, quia fidejussio cadit super omne debitum alienum.

Resp. 2. In specie 1. pro ipso fidejussore. *L. 1. §. fin. & L. 27. §. 2. & fin. ff. h. t.* 2. Pro pupillo infantiâ majore. Pirh. *h. t. n. 2.* Lauterb. *h. t. n. 20. cit. L. 127. ff. de V. S.* 3. Pro fœminis. Lauterb. *h. t. n. 21.* 4. Pro Religioso absque licentia superioris sui contrahente. Rationem dat Pirh. *h. t. n. 4.* quòd valeat talis contractus naturaliter, utpote libero consensu initus, quamdiu non irritatur à Superiore; quamvis contrarium æquè probabiliter teneat Abbas in *c. 13. de jurejur. n. 1.* & quid simile dictum sit supra ad *tit. de pact.*

Resp.

Resp. 3. Fidejuberi non potest pro debitore, qui jam debito suo præscripsit. Ratio, quia ejus obligatio prorsus est sublata. 2. Nec pro debitore jam deportato, quia deportatus pro mortuo habetur, neminique creditorum obligatur; ante tamen datus post deportationem obligatus manet. *L. 5. ff. qui satisd. cog. &c.*

Q. 4. Quinam possint esse fidejussores? Resp. Omnes, qui non prohibentur, cum fidejussio sit de genere permissorum. Prohibentur autem 1. à natura ratione destituti, ùt patet. 2. LL. pauperes, ùt ùt aliàs honestæ vitæ. *L. 5. §. 1. ff. qui satisd. cog.* vid. Leur. *h. t. Q. 492.* 3. Milites in actuali saltem expeditione constituti. *L. 31. C. de locat.* nisi in rem suam fidejubeant, v. g. pro suo procuratore. *L. 8. §. 1. ff. qui satisd. cog.* 4. Pupilli infantiâ majores sine tutoris authoritate. *L. 9. pr. ff. de auth. tut.* ob beneficium tamen restitutionis semper pro minùs idoneis habentur. 5. Minores etiam Curatorem habentes absque ejus authoritate, quia per talem fidejussionem periculo læsionis in patrimonio exponuntur. 6. Fœminæ *tot. tit. ff. & C. ad S. C. Vellei.* prohibentur fidejubere non tantùm pro personis conjunctis, *L. 3. C. ad S. C. Vell. L. 1. C. ne uxor pro marito.* sed etiam pro quolibet extraneo; adeò ut utentes S. C. Vellei. beneficio etiam in conscientiâ tutæ sint. Ratio, quia hoc exigit finis, ob quem S. C. Vellei. est factum. In quibusdam tamen casibus cessat beneficium S. C. Velleiani, v. g. si fœmina sufficienter edocta, vel juramen-

ramento per *c. 28. de jurejur.* vel etiam simpli-
ter tantùm illi renuntiavit. Ratio, quia factum
illud est principaliter in favorem mulierum. Item
in casu *L. 23. C. ad S. C. Vellei. L. 3. 13. 23.*
ff. ad S. C. Vellei. &c. 7. Clerici prohibentur
tantùm nimii esse in fidejussionibus. *c. 1. h.*
Religiosi autem privati fidejussio absque licentia
Prælati facta etiam est invalida. Ratio, quia hic
nihil proprii habet. 8. De Prælatorum fidejussio-
ne quid juris sit, vid. Schmalzgr. *h. n. 18.* Leur.
h. Q. 494. n. 4.

Q. 5. Quinam sint effectus fidejussionis? Resp.
Fidejussor obligatur ad id solvendum, pro quo
fidejussit. §. *5. Inst. L. 9. ff. h. t.* Potest se in levio-
obligare, v. g. sub conditione, dum principalis
debet absolutè: potest etiam in *certam summam*
se obligare, quo casu sibi obligatio principalis
morâ vel culpâ fuerit aucta, & exinde mora
principalis obligetur ad usuras, ad illas non tene-
bitur fidejussor. *L. 8. ff. h. t. junct. L. fin. C. eod.* non
obstante *L. 88. ff. de V. S.* Potest insuper fide-
jussor se obligare arctiùs intensivè, v. g. sub nexu
juramenti & pignoris. Lauterb. *ff. h. t. §. 15.*
non tamen extensivè, id est, non in plus rationis
rei, temporis, loci, causæ solvendum. Pirh.
h. t. n. 5. Wiestn. *n. 19. L. 8. §. 7. ff. & §. 5. Inst.*
h. t. Disputant hic AA. an si quis se ad majorem
summam obligavit, tota fidejussio corruat, an
solùm quoad excessum, ob reg. *c. 37. de Reg. Jur.*
in 6. utile per inutile non vitiatur. & L. 8. §. 7. ff.
h. t. ob verba: *quod si fuerint in duriorem cau-*
sam

sam adhibiti, placuit eos omnino non obligari. 2. secundus effectus fidejussionis est actio nata creditori ejúsque hæredibus contra fidejussorem ejúsque hæredes. *Inst. h.* §. 2.

Q. 6. *Quænam beneficia competant fidejussoribus? Resp.* Licèt possint fidejussores ante principalem debitorem conveniri, per *L.* 2. 3. 5. *C. h. t.* & quidem si plures sint, singuli in solidum. §. 4. *Inst. h. t.* habent tamen hodie. 1. *Beneficium ordinis, sive excussionis*, vi cujus non convenitur fidejussor, nisi excusso priùs principali. *Nov.* 4. *Cap.* 1. Auth. *præsente C. h. t.* sub limitationibus tamen in *cit. Nov. & aliis LL.* 2. *Beneficium divisionis*, vi cujus agit fidejussor, ut, dum confidejussores sui tempore conventionis adhuc valebant solvere, actio inter se pro virili dividatur, §. 4. *Inst. h. L.* 26. *&* 51. §. *pen. h. t.* 3. *Beneficium cedendarum actionum*, vi cujus, antequam solvat fidejussor, exigere potest à creditore, ut cedat sibi actiones *quâvis ratione* ei competentes. *L.* 13. 17. 36. *ff. h. t.* Advertendum, quòd ipso jure hæc beneficia non competant, sed tantùm ope exceptionis.

Q. 7. *Quando & quomodo cesset obligatio fidejussionis? Resp.* 1. Varie extinguitur, uti etiâm ipse contractus principalis; de quo agitur *tot. tit. Inst. quib. mod. toll. oblig.* scil. integrâ solutione debiti principalis ipso jure extinguitur fidejussoris obligatio. *L.* 139. *ff. de Reg. Jur.* Novatione. *L.* 18. *ff. de novat. L.* 60. *C. h. t.* Acceptilatione. *L.* 5. *ff. de acceptil.* Delegatione. Leur. *h.* 509. *n.* 1.

Item mutatione judicii & lapsu temporis, pro... se tantùm fidejussor obligavit. *ibid. n.* 2. & 3. ... tamen casu non ipso jure sed exceptione pacti ... tinguitur. *L.* 44. §. 1. *ff. de O. & A.* It. si fidejus... succedat debitori in bonis tanquam illius hæ... *ibid. n.* 5.

Resp. 2. Potest quandoque fidejussor se liber... à fidejussione, etiam antequam solvat aut solv... jubeatur, uti habetur *c. fin. h. t. L.* 38. §. 1. *ff. mandat.* Et casus sunt, si vel debitor principa... incipiat dilapidare bona sua; vel si præter... beneficio *ordinis* ante principalem debitorem fide... jussor est conventus & jam condemnatus, &... adhuc alios casus enumerant.

TITULUS XXIII.

De Solutionibus.

Q. 1. *Quid sit solutio? Resp. Latè* sumitur pro omni liberatione debitoris, quomodocunque fiat; adeo ut etiam comprehendat remissionem gratuitam debiti, acceptilationem, confusionem, transactionem, compensationem, novationem, delegationem: *strictè* sumpta potest definiri, quòd sit physica rei debitæ creditori facta præstatio.

Q. 2. *Quinam possint solvere, vel non possint, etsi de cætero voluntatem solvendi, & unde solvant, habeant? Resp.* 1. Ipsi debitores, modò liberam rerum suarum administrationem habeant, solvere possunt; ex hujus defectu pupilli, minores, prodigi, & similes cum effectu non solvunt absque au-

tho-

thoritate Tutoris vel Curatoris, nec faciunt transire dominium in accipientem §. 2. *Inst. quib. alien. licet.* 2. Loco debitoris procurator ipsius, vel habeat mandatum speciale vel generale cum libera. *L.* 58. *&* 87. *ff. h. t.* 3. Quicunque tertius non tantùm præsente & volente debitore, sed etiam absente, ignorante, invito. *L.* 23. *&* 53. *ff. h. t.* Quo tamen ultimo casu non habet actionem adversus debitorum taliter solvens; quia censetur donâsse.

Q. 3. *Quinam teneantur solvere? Resp. In genere* tenentur per se vel per alios solvere omnes illi, qui debent & solvere possunt, sive sint laici, sivi Clerici, sive viri, sive fœminæ. Ratio, quia exigit justitia commutativa, ut suum, sive quod ei debetur, cuique reddatur. *In specie* dum Prælatus nomine Ecclesiæ in casu necessitatis vel utilitatis mutuò accipit pecunias juxta limites potestatis & administrationis, non tantùm ipse sed & successor ejus mutuum solvere tenetur. *c.* 1. *h. t.* adeo ut in hoc casu nequidem teneatur creditor probare, credita vel data à se in utilitatem Ecclesiæ versa esse. *c.* 4. *de fidejuss.* latè Leur. *h. t.* Q. 515. *&* 516. qui *&* *seqq. Quæst.* decidit, quid dicendum de constituto in gravi & extrema necessitate; quid de debitore cum jacturâ rerum suarum majore, quàm debitum sit, solvturo; quid de debitore paupere &c. It. vid. Pichl. *h. n.* 6. quid de debitore inhabili ad solvendum, habente tamen *beneficium competentiæ* dicendum. It. *n.* 7. *de cedente bonis.*

Q. 4. *Quid ſolvendum?* *Reſp.* 1. Id ipſum in ſpecie, quod debetur, *L.* 2. §. 1. *ff. de reb. cred.* & eadem, ut liberetur debitor, in re propriâ ſolutio fieri debet. *L.* 17. 46. 78. *ff. h. t.* 2. Non requiritur, ut ſolutio fiat in eadem ſpecie in moneta, in quâ quis accepit pecunias, ſed, niſi expreſſè aliter conventum ſit, ſatisfit, in quacunque ſorte ſolvatur. *L.* 65. §. 1. *ff. de V. O.* limitationes quædam aliæ communiter in hac materia adducuntur. 3. Caſu quo valor monetæ *intrinſecus* poſt initum contractum eſt mutatus, neque ſpecialis determinata ſpecie monetæ interceſſit conventio, juxta comm. tempus contractûs inſpicitur, & ſecundùm illam æſtimationem & ſpeciem monetæ ſolutio facienda; antiquâ autem monetâ non amplius extante, ſolutio fiet in novâ, ſic tamen ut adæquetur valor antiquæ. *L.* 3. *ff. de reb. cred.* & 20. *de cenſib.* Mutato valore *extrinſeco* monetæ, neque certis de ſpecie ac numero monetæ pactionibus inter venientibus, reſpicitur tempus ſolutionis & præſens valor monetæ, ut adeo & lucrum & damnum ſit debitoris. Ita habet conſuetudo Imperii, hæcque eſt intentio Principis pecuniam mutantis, ut ſecundùm eam fiant ſolutiones. 4. Si quis errore facti vel etiam juris ſolvit, quod nec naturaliter nec civiliter debitum erat, datur huic repetitio per *condictionem indebiti.* L. 1. *& ſeq. ff. de cond. indeb.* vid. Schmalzgr. *h. t. n.* 55.

Q. 5. *Quibus rectè ſolvatur?* *Reſp.* 1. Creditori, etiam invito, ubi *L. obſignationi.* 9. *C. h. t.* ob-

ſer-

servanda. Etiam criminis postulato. *L.* 41. *&* 45. *ff. h. t.* etiam excommunicato, quia excommunicatio nullum privat suis bonis, ergo ea exigi possunt. Modò tamen creditor *habeat rerum suarum administrationem*, pupillus enim sine tutoris, minor sine curatoris, si quem habet, authoritate recipere solutionem nequit cum effectu, seu liberatione debitoris. Lauterb. latè *ad tit. de solut.* §. 13. 14. 15. 2. Rectè solvitur omnibus, qui ex Legis dispositione vel ex mandato à creditore accepto eundem repræsentant; sic tutori & curatori pro pupillo & minore, & quidem sine hujus interventu. *L.* 49. *&* 46. §. 5. *& fin. ff. de adm. tut.* procuratori vel speciale vel generale mandatum ad recipiendam solutionem habenti. *L.* 12. *pr. ff. h. t. junct. L.* 34. §. 3. *ff. eod.* famulis domesticis, filiofam. aliisque pecuniæ dandæ aut recipiendæ præpositis. *L.* 32. 49. §1. *ff. h. t.* creditori creditoris, præs. volentis. Leur. *h. t.* Q. 524. *n.* 4. *&* Q. 525. ubi: quibus solvenda debita incerta. 3. In concursu creditorum quinam aliis præferantur, habet Pichl. *h. t. à n.* 21.

Q. 6. *Quomodo solvendum? Resp.* 1. Debet solvi res tota, particularis solutio *reg.* non admittitur. *L.* 122. *pr. ff. de V. O.* Ex diversis causis existens debitor, & solvens aliquam pecuniæ summam, nec tamen exprimens, quale debitum velit expunctum, censebitur illud expunxisse, quod magis gravabat. *L.* 5. *ff. h. t.* 2. Solutio debet fieri *tempore* convento, si quod expressum;

si non, tum præsenti quidem die debetur, 14. ff. *de R. I.* non tamen statim venire debet creditor cum sacco paratus. *L.* 33. *pr. ff. de usur.* prohibetur debitor prævenire terminum solvendi præfixum, nisi aliter conventum. *L.* 70. & 91. §. *ff. h. t.* 3. Debet & solutio fieri *loco* conventionis hic determinatus, neque creditor alibi petere potest debitum. *L.* 1. & *tot. tit. ff. de eo, quod certo loc.* Si locus non sit determinatus, & debitum ortum est ex contractu gratuito, solutionem fieri sufficit in loco, ubi res tempore donationis exstitit; si ex contractu oneroso, qualitas contractûs attendi debet; si ex delicto, tenetur debitor solutionem facere in loco, in quo moratur creditor, quia hic indemnis præstandus. Pichl. h. t. *n.* 37. & 38.

Q. 7. *Quinam sint effectus solutionis?* Resp. 1. Ex parte *debitoris* immediatus est, quòd ipso jure liberetur, consequenter tollantur obligationes omnes eidem accessoriæ. *Pr. Inst. quib. mod. tol.* *L.* 95. §. 4. *ff. h. t.* ex parte *creditoris*, quòd in illum rei solutæ dominium transeat, si solvens illud habuit. *L.* 10. *C. h. t.* vid. *L.* 46. *ff. de usur.* 2. Effectus mediatus ex parte debitoris est exceptio solutionis, jus petendi quietantiam, jus repetendi chirographum à se datum creditori &c.

TITU-

TITULUS. XXIV.

De Donationibus.

Q. 1. *Quid & quotuplex sit Donatio? Resp.* Donatio est actus, quo liberalitatem erga alterum exercemus. *L. 29. ff. h. t.* Est vel *propria*, quæ definitur liberalis propriorum bonorum alteri irrevocabiliter facta concessio. Vel *impropria*, quâ aliquid in alterum ob aliquam causam aut non irrevocabiliter conferimus. Huc pertinet *donattio mortis causâ*, *donatio remuneratoria*, *sive antidoralis*, *donatio propter nuptias*, *donatio sub modo*. *De donatione mortis causâ*, quæ fit vel ex imminentis mortis motivo vel aliquando futuræ intuitu, èstque species ultimæ voluntatis, agunt interpretes ad *Pr. Inst. h. t.* Donatio *inter vivos*, quæ fit sine mentione mortis aut ejus impulsu, dum propriè sumitur, est superiùs definita; vel latiùs, est actus, quo rem licitam ex motivo nudæ liberalitatis absolutè & irrevocabiliter in alterum conferimus. *L. 1. ff. h. t. L. 82. ff. de R. I.* Fit hæc vel per *stipulationem*, quo casu competit actio ex stipulatu vel condictio certi; vel per *pactum nudum*, consensu utriusque, donatoris & donatarii sufficienter manifestato absque traditione; & hodie parit conditionem ex *L. si quis argentum. 35. C. h. t.* vel per *nudam pollicitationem*, quæ tamen ante alterius acceptationem nullam obligationem producit. Vid. Engel *h. à n. 2.* Leur. Q. 557. *h. t.*

Q. 2. *Quinam possint aut non possint donare?*
Resp. 1. *Mortis causâ* donare potest, qui testari
L. 15. *ff. de mort. caus. donat.* imo filiusfam. pu-
bes licèt ne quidem consentiente patre testari pos-
sit *de bonis adventitiis*, hujus tamen intervenient
consensu tam inter vivos, quám mortis causâ d
iis donare valet. *c. pen.* ℣. *quamvis de sepult.* in 6
L. 25. §. 1. *ff. de mort caus. donat.*

Resp. 2. Donare inter vivos merè liberaliter
possunt, qui bonorum dominium & liberam ad-
ministrationem habent, nec specialiter prohi-
bentur. *L.* 21. *C. mandati.* Ex *defectu dominii* in-
valida est donatio merè liberalis Procuratorum
item Tutorum & Curatorum de rebus pupillo-
rum & Minorennium. *L.* 22. & 46. *ad admin.*
Tut. aliquas tamen ejusm. donationes consue-
tudo excusat. *L.* 12. *ff. cit.* Ex *defectu liberæ ad-*
ministrationis invalida est donatio pupilli, mino-
ris cum limitatione, prodigi, filiifam. in bonis
adventitiis sine consensu patris. Ex *defectu*
utriusque Religiosus privatus *administrationem non*
habens invalidè donat absque superioris vel ex-
presso vel tacito consensu; prælati tamen etiam
Regularium possunt pro ratione sui monasterii
moderatas facere eleemosinas, & donationes in
pias causas, modò immobilia non alienent; ita
consuetudo & honestas suadet. Multo magis id
procedit de Episcopis & Prælatis sæcularibus,
qui quid possint vid. Schmalzgr. *h. à n.* 34. Con-
fer Pirh. *h. t.* §. 3. *n.* 8. *& seq.* & *tit. seq.* Ra-
tione *prohibitionis* donare non potest Pater filio,

quem

quem in sua potestare habet. *L.* 11. *c. h. t.* excipitur donatio ex causâ facta. *L.* 15. *C. de neg. gest.* nec miles suæ focariæ. *L.* 2. *C. de donat. int. vir. & uxor.* & ex paritate Clericus non suæ concubinæ. plura de Clericis *tit. seq.* de donatione inter conjuges ad *tit.* 20. *L.* 4. *Decretal.*

Q. 3. *Quænam donari possint vel non possint?* *Resp.* 1. Possunt donari res omnes existentes in commercio humano, sive corporales sint, sive incorporales. *L. 9. pr. L.* 17. *&* 27. *ff. h. t.* etiam alienæ, saltem ad fundandum titulum usucapionis. *T. tit. ff. pro donato.* De calicibus, reliquiis vasis sacris Ecclesiæ donatis, item de beneficiis Ecclesiasticis vid. *c.* 4. *&* 8. *h. t.* Pirh. *h. t. à n.* 17. Valere etiam donationem omnium bonorum, præsentium & futurorum, est probabile, saltem speculativè loquendo; tum quia Dominus potest de re sua liberè disponere, tum quia favere videtur. *L.* 35. *C. de donat. L.* 8. *C. de revoc. donat.* Latiùs agit desuper Franz. ad *Inst. h. t. n.* 4. ubi *& num* 5. an sub donatione omnium bonorum comprehendantur etiam nomina; *& n.* 6. an sub tali donatione contineantur etiam bona futura. Demum donatio ultra 500. Solidos, id est, ducatos eidem simul & uno moraliter actu facta *regulariter* quoad excessum est invalida, in foro scil. externo tantùm, ita ut donatum etiam quoad excessum à donatario retineri possit, donec vel à donante vel ejus hæredibus revocetur. Ratio, quia Lex 36. §. 3. *C. h. t.* irritans talem donationem non meminit fori interni. Dixi,

regn-

regu'ariter. propter *cit. L.* & *L.* 34. *cum subseq. Auth. c.* 11. *de teſtam. L.* 5. & 19. §. 1. *ff. h. t.*

Reſp. 2. Donari non poſſunt à Principe bona ſubditorum citra neceſſitatem publicam; qui eorum non eſt dominus. Nec bona Corona niſi adſit populi conſenſus, aut eorum qui populum repræſentant. Zoës *h. t. n.* 27. nec hæreditas viventis. *L.* 29. §. *fin. ff. h. t.* nec regulariter bona avita vel fideicommiſſaria. Lauterb. *h. t.* §. 30.

Q. 4. *An & quando revocari poſſit donatio? Reſp.* Donatio inter vivos ſemel ritè perfecta regulariter irrevocabilis eſt. *L.* 5. *& fin. C. de revocand. donat.* Revocari tamen poteſt donatio inter vivos purè liberalis. 1. Ob ingratitudinem donatarii, & quidem in totum. *L. ult. C. de revocat. donat.* Porro *Ingratum faciunt atrox injuria, damnum, impia dextra, fides fracta, periculum vitæ.* Si tamen donatio facta ſit Eccleſiæ, ejúsque Prælatus ſit ingratus, non revocatur. *c.* 7. *de R. I. in* 6. vid. Pichl. *h. t. n.* 13. 2. Revocari etiam poteſt donatio inofficioſa, ſaltem quoad exceſſum, ea ſcil. quæ contra officium pietatis parentum in liberos ita fit, ut hi debitâ ſibi legitimâ priventur. *L.* 2. 5. 7. *C. de inoff. donat.* 3. Siquis liberos non habens omnia ſua bona vel notabilem eorum partem donavit, & poſtea inopinatò ac præter ſpem liberos ſuſcipit, *L.* 8. *C. de revoc. donat.*

TITU-

TITULUS XXV.

De Peculio Clericorum.

Q. 1. *Quid. sit. & quotuplex peculium Clericorum*
Resp. 1. Peculium sic dictum, quasi *pusilla pecunia* seu *parvum patrimonium*, dicitur in jure Civili ea bonorum portio, quam servus vel filiusfam. à rationibus domini aut patris separatam habet. *L. 5. ff. de peculio.* hic autem sumitur pro patrimonio & bonis quibuscunque Clericorum.
Resp. 2. Peculium Clericorum est triplex, sive triplicis generis bona possunt habere Clerici. 1. *Patrimonialia*, quæ Clerici non aquirunt quâ Clerici & ex suo beneficio, sed vel hæreditate, legato, donatione, propriâ industriâ, vel alio modo, quo laici acquirunt. 2. *quasipatrimonialia*, quæ acquiruntur quidem Clericis ùt talibus, non tamen tanquam fructus beneficii, sed ùt merces pro labore Clericali, v. g. cantu, lectione Sacri &c. Huc revocantur jura stolæ, probabiliùs etiam distributiones quotidianæ. Item illa, quæ Clerici sibi de congrua sustentatione parciùs vivendo, subtrahunt, dicuntúrque *parsimonialia*. 3. *Beneficialia*, & sunt redditus sive fructus, qui ipsis competunt & obveniunt ratione beneficii, quod habent. Præter hæc dantur *Ecclesiastica purè & in specie* dicta tum mobilia tum immobilia ad cultum divinum vel immediatè deputata, ùt vasa sacra, paramenta. &c.

vel

vel mediatè, ut fundi & prædia, quæ pro Ministrorum sustentatione &c. impendenda.

Q. 2. *Quorum bonorum Clerici sint domini?* *Resp.* 1. Bonorum *patrimonialium & quasi patrimonialium.* Clericos plenos esse dominos, habet communis & certa; quia patrimonialia per assumptionem Clericatûs non amittunt; quasi patrimonialia tanquam mercedem laboris & industriæ absque alia obligatione recipiunt. 1. Bonorum, econtra *purè Ecclesiasticorum & in specie* sic dictorum, Clericos particulares non esse dominos, sed tantùm administratores, itidem communis & certa est, patetque ex intentione fidelium. 3. Bonorum *beneficialium*, saltem eorum, quæ ad honestam sustentationem sunt necessaria, Clericos esse dominos, satis inter AA. convenit, quia fructus hi à Clericis percipiuntur velut stipendium. Idem est judicium de *patrimonialibus*, quòd horum Clerici sint domini. 4. Magna est contentio inter AA. an Clerici post divisa Ecclesiæ bona, instituta beneficia, designatas singulis beneficiis certas fructuum pensiones verè sint domini redituum & bonorum beneficialium superfluorum, seu quoad partem non necessariam pro congrua (quænam ea sit, vid. apud Pichl. *h. t. n.* 4.) sustentatione. Nos cum D. Thom. 2. 2. *q.* 185. *a.* 7. *in* ⊙ & pluribus aliis affirmamus, Clericos esse dominos redituum superfluorum. Probatur ex Trid. *Sess.* 23. *c.* 1. §. *siquis autem. Sess.* 24. *c.* 12. *de ref.* 27. *cauſ.* 12. *q.* 2. *c.* 2. *de fidejuſſ.* Accedit ratio fun-

fundata in præsumptione mentis Fundatorum ac Pontificum, in factâ à Simplicio Papa anno 471. divisione bonorum, in communi persuasione ac praxi timoratorum &c.

Q. 3. *Quomodo Clerici possint expendere bona, quæ sub dominio habent? Resp.* 1. Clericus bona patrimonialia, quasi patrimonialia, & parsimonialia in quoscunque usus honestos, etiam prosanos, non secus ac laicus, licitè expendit; quia plenum illorum dominium habet, nullo modo ligatum. Imò expensa ex his ad pias causas compensare sibi potest ex beneficialibus, quamvis animum compensandi non habuerit, Schmalzgr. *h. n.* 17. & 18. 2. Bona beneficialia congruæ sustentationi superflua tenetur expendere in pauperes aliásve pias causas sub culpa ex genere suo mortali. Trid. *Sess.* 25. *c.* 1. *de reform.* Quandonam committatur culpa gravis, & qui nomine pauperum intelligantur, vid. *cit. l. n.* 22. 23. 24. 3. Provenit autem obligatio ita erogandi superflua non *ex justitia*; quia neque ex mente fundatorum, neque ex Ss. Canonibus constat, beneficiarios lege justitiæ obligari ad partem redituum suorum alteri dandam: non ex *Religione*; quia fructus beneficii non sunt propriè res sacræ: non ex *charitate* aut *misericordia* in pauperes; quia satisfaciunt Clerici expendendo superflua non præcisè in pauperes, sed alias etiam pias causas: ex solo itaque præcepto Ecclesiastico est illa obligatio. Trid. *l. cit.*

TITU-

TITULUS XXVI.

De Testamentis & Ultimis Voluntatibus.

Q. 1. *Quid & quotuplex sit testamentum?* Resp. 1. Proprie sumptum, & prout à Codicillis, legatis, donatione mortis causâ distinguitur, est ultima voluntas directam hæredis institutionem continens. Factio testamenti quoad substantiam est juris naturalis & gentium, quoad modum & solennnitates juris Civilis. Pichl. *h.t. n.4.*

Resp. 2. Testamentum aliud est *solenne & perfectum*, quod habet omnes solennitates à jure requisitas; aliud *non solenne*, dicitur etiam *privilegiatum*, quod nullas vel saltem non omnes solennitates habet, ex speciali tamen privilegio juris subsistit. Solenne dividitur in scriptum & nuncupativum. *Scriptum* est, quo testator volens latere hæredem in scripto clauso voluntatem suam ultimam declarat cum debita subscriptione & signatione; manifestatio tamen hæredis non pugnat cum testamento scripto. *Nuncupativum* sive *apertum* est, quo testator absque scripto & subsignatione testium voce tantùm hæredem coram testibus nuncupat. §. *fin. Inst. de ordin. testam.* Quamvis & hodie hæc delaratio solet scripto excipi, quin tamen desinat esse testamentum nuncupativum.

Q. 2. *Quænam sint solennitates ad testamentum requisitæ?* *Resp.* 1. Scriptum solenne sequentes exigit.

exigit. 1. Ut sit scriptum á testatore, vel ab alio ejus jussu, expresso & testatoris & hæredum nomine; si testamentum ipse testator non scripserit, subscribere idem debet, aut si nesciat scribere testem ultra præscriptum numerum adhibere. §. 3. *Inst. de test. ordin. L.* 21. *C. h. t.* 2. Ut adhibeantur 7. testes idonei, rogati, simul animo & corpore præsentes. *L.* 21. *cit.* excluditur ratione inidoneitatis fœmina. §. 6. *Inst. h. t.* & *L.* 20. §. 7. *qui testam. fac. poss.* impubes. *cit. L.* furiosus, prodigus, cœcus, mutus, surdus. *cit.* §. & *L.* hæres. §. 10. *Inst. de testam. ordin.* non tamen Legatarius. §. 11. *Inst. eod.* domesticus testatoris aut hæredis, id est, illi, quorum alter in alterius, vel qui ambo in tertii potestate sunt constituti. §. 10. *cit.* Lege jussus esse intestabilis. Pirh. *h. n.* 3. 3. Ut & suum & testatoris nomen à testibus propriâ manu subscribatur, aut loco nescientis scribere ab alio, qui tamen mentionem faciat alienæ subscriptionis; útque à singulis apponatur sigillum vel proprium vel alienum. §. 3. *Inst. de testam. ordin. L.* 21. *ff. qui test. fac. poss. L.* 21. *C. h. t.* 4. Ut totum hoc negotium peragatur uno eodémque loco & tempore, unóque contextu *LL. cit.*

Resp. 2. Testamentum nuncupativum easdem requirit solennitates, exceptâ scripturâ & signaturâ; sufficitque, si testator coram 7. testibus idoneis, rogatis, simul & eodem tempore præsentibus voluntatem suam ultimam circa hæredis institutionem, legata &c. oretenus & articulatim

tim declarat. *L. 26. C. h. t.* neque certa verb
rum forma in nominando hærede requiritur, *L.*
15. *C. h. t.* Si tamen testator non nominaret h
redem, sed se ad schedam referret, in qua dice
eum esse scriptum, non valeret testamentum *L.*
21. *ff. qui test. fac. pos. L.* 21. §. 5. *L.* 29. *C. h.*
Idem dicit Pichl. *h. n.* 27. de testamento nunc
pativo, quod quis facit ad interrogationem al
rius, præcisè dicendo *placet*, *volo*, vel annuendo
capite.

Q. 3. *Quomodo solennitates ad testamentum re
quirantur? Resp.* 1. Certum est testamentum solen
nitatibus à jure requisitis destitutum, factum ad
causas profanas, nec aliunde privilegiatum nul
lum esse in foro externo. §. 7. *in fin. Inst. quib. mod.
testam. infirm. L.* 21. *C. h. t.* Notetur casus *L.* 31.
C. de fideicom. 2. Probabilius est, pro foro inter
no valere testamentum ob defectum solennita
tum imperfectum. Ratio, quia valet tale testa
mentum de jure naturæ, de jure positivo non pro
batur sufficienter ejus irritatio pro foro interno,
ergo & de hoc valet. 3. Jus Civile requirens
7. testes ad testamentum correctum non est per
Jus Canonicum in *cap. cum esses.* 10. *h. t.* ex regula
communi tradi solitâ ad *c.* 1. *de N. O. N.* quod
utrumque jus in suo foro sit observandum, quan
do Jus Can. & Civ. discrepant circa materiam
profanam & peccatum non concernentem;
adeòque dispositio Juris Can. procedit solùm
pro territorio temporali Papæ, positumque
se soli Clerici in factione testamenti extra

terri-

territorium S. Pontificis accommodare Juri Can, nisi fortè & in horum testamentis aliud exigat consuetudo. Addit P. Engel *h. n. 14.* præsentiam Parochi & 2. vel 3. testium in *c. cum esses.* requisitam non esse de substantiâ, sed tantùm de probatione Testamenti, ubi etiam rationes ejus legi poterunt. *n.* 15. non posse de Jure Canonico, de quo solo dubium ob *c. cum tibi.* 13. *h. t.* ultimam voluntatem in alterius arbitrium conferri.

Q. 4. In quibus testamentis solennitates intervenire necesse non sit? Resp. Testamentum, quod, licèt aliquas solennitates non habeat, ex privilegio tamen & speciali Juris favore sustinetur, dicitúrque ideo *non-solenne* ac *privilegiatum*, est septuplex. 1. *Testamentum pium* sive ad *causas pias* ex motivo supernaturali factum quo nomine veniunt Ecclesiæ, Monasteria, Hospitalia, pauperes, & teste Menochio causæ publicæ. Hoc nullas in utroque foro solennitates requirit, sed tenet, modò sufficienter, quomodocunque demum, etiam per solam scripturam aut nutum, de voluntate testatoris constet. *c. 7. & 10. de Constitut. c. 11. h. t.* derogatum itaque quoad hoc est Juri Civili; cùm humanæ Legis subtilitas non debeat impedire bonum animæ ac spirituale. Valent etiam pia legata in testamento alioqui ob defectum solennitatum invalido contenta; imo & legatum ad causas profanas in testamento pio, licèt non solenni, quia accessorium sequitur principale, *nisi illi specialiter derogetur.* 2. *Testamen-*

tum militis in actuali expeditione, conflictu, procinctu ad conflictum existentis & eorum, cum simili periculo vitæ castra sequuntur; qui itidem nullas requirit solennitates, sed sufficit quomodocunque de illorum voluntate constet §. 1. *Inst. de milit. test.* Ad testamentum militis in castris quidem degentis, sed extra conflictum duo saltem testes, non tamen qualitatibus ad testes Testamentarios requisitis instructi, sunt adhibendi. *Recess. Imper. de anno 1512. tit. de testa* §. 2. Testamentum militis existentis in hybernis vel post impetratam missionem indiget solennitatibus communibus; quia nullibi privilegium aliquod tali conceditur. 3. *Testamentum parentum inter liberos, aliósque in linea rectà descendentes*; quod si sit *nuncupativum*, in utroque foro valet sine omnibus solennitatibus, modò interverint duo testes, vel alio modo constet de voluntate testatoris. *L. fin. C. famil. herciſc. Auth. quod sine. C. h. t.* si verò *scriptum*, illa *hodie* tantùm scriptura valet, quæ habet conditiones expressas in *Nov. 107. c. 1.* 4. *Testamentum Rusticorum*, quorum nomine veniunt non soli agricolæ, sed & cives, ac, juxta alios, Nobiles ruri degentes. Sunt isti ita privilegiati, ut sufficiant 5. testes, nec ubi scribere nesciverint ac non habuerint sigilla, requiratur testium subscriptio aut sigilli appositio. *L. fin. C. h. t. Recess. Imper. cit.* 5. *Testamentum tempore pestis factum*; ad quod licet jure strícto necessarii sint 7. testes, successivè saltem adhibendi, hodie tamen valet, etiam coram duobus

aut

aut tribus factum. 6. *Testamentum oblatum principi*, quod fit, dum testator vel oretenus coram Principe, illiúsve deputato suam ultimam voluntatem manifestat, vel eam libello supplici inserta Principi offert. *L. 19. C. h. t.* Nulla ad hoc solennitas requiritur, quia principis authoritas loco omnium est. 7. *Testamentum ad acta factum vel judiciale*: fit illud, quando testator ipse vel oretenus coram judice ejúsve deputatis testamentum facit, vel à se scriptum aut saltem subscriptum judici vel ejus deputato offert, petens ut ad acta referatur. Valet etiam hoc absque omni solennitate, quia acta judicialia non minùs supplent numerum & nomina testium, omnémque removent falsitatis suscipionem, quàm authoritas Principis. Perinde insuper est, sive judex competens sit, sive non; quia factio testamenti est actus jurisdictionis voluntariæ, qui coram quovis judice, & tam in, quàm extra territorium jus dicentis potest expediri.

Q. 5. *Quinam testamentum condere possint? Resp.* Omnes, qui specialiter non prohibentur. *L. 43. ff. de vulg. & pupill. substit.* Prohibentur autem *jure naturali* infans, amens, ebrius. *Jure Civili* surdus & mutus simul à nativitate. *§. 3. Inst. quib. non est permiss.* impubes. *§. 1. Inst. cit.* prodigus, cui à judice bonorum administratio interdicta. *§. 2. Inst. cit.* qui incestas nuptias scienter contraxit. *Nov. 12. c. 1.* damnatus ob carmen famosum. *L. 21. ff. qui test. fac. poss.* Reus criminis læsæ Maj. *L. 20. ff. de accusat.* deportatus aut bannitus ab Im-

peratore. *L. 8. §. 1. ff. qui test. fac. poss.* Fi
fam. extra castrense & quasi castrense, ut ne
dem de bonis adventitiis cum consensu
testari possit ad causas profanas. *Pr, Inst.*
non est permiss. potest probabilius ad causas
etiam sine consensu patris, non obst. *c.*
sepult. in 6. Prohibentur *Jure Canonico* seq.
rarius manifestus. *c. 2. de usur. in 6.* excom
catus, de quo in *c. 13. §. credentes. de hæ*
hostiliter persequitur, capit, vel pecutit S.
Cardinalem. *c. 5. de pœn. in 6.* Religiosus
emissa vota solennia vel publica. *c. 2. h.t.*
tur casus *can. si qua mulier. 9. caus. 19. q. 3.*
ricus de reditibus beneficialibus superfluis,
8. 9. h.t. probabiliùs tamen & privilegio Pon
cis & consuetudine induci potest, ut Clerici
& licitè ad causas etiam profanas de his testen
Ratio, quia omni præcepto positivo per cons
tudinem & privilegium derogari potest, cum
go Clerici domini sint bonorum superfluorum
non nisi præcepto Ecclesiæ de iis testari prohi
antur, contraria consuetudo potest introduci,
hodie in pluribus jam locis invaluit. Demum
gel *h. n. 4.* ait; testari prohibitos de jure Civ
pias causas testamentum condere posse, arg
13. §. 2. *ff. de Testam. mil.*

Q. 6. Qui possint aut debeant institui hæredes
Resp. 1. Hæredes possunt institui omnes, qui
prohibentur, Laici, Clerici, Religiosi, Com
nitates, Monasteria, Congregationes &c. *Pro*
Inst. & L. 31. ff. de hæred. instit. Prohibentur
tem

tem deportati. *L. 1. C. de hæred. Instit.* liberi perduellium. *L. 5. §. 1. C. ad Leg. Jul. Maj.* Collegia illicita, Communitates Judaicæ &c. *L. 8. C. de hæred. instit. & c. 13. §. credentes. & de hæret.* percussores & persecutores Cardinalium. *c. fin. de pan. in 6.* Ordines Religiosi bonorum temporalium incapaces. *c. 3. §. ad hæc de V. S in 6. Constit. Soc. p. 6. c. 2. §. 12.* legata tamen pia talibus Ordinibus relinqui poterunt, non obst. *§. 24. Inst. de legat.* de simpliciter indignis vid. Schmalzgr. *h. à n. 91.* Filii naturales tantùm, legitimis præsentibus, scribi duntaxat possunt hæredes in unica unciâ. *L. 2. C. de natural.* Spuriis, juxta Jus Can. talibus, alimenta quidem necessaria relinquenda sunt. *c. 5. de eo, qui dux. in matr. quam poll.* ab ipsis tamen parentibus hæredes scribi, vel iis ab intestato succedere non possunt. *Auth. licèt. C. de natural.*

Resp. 2. Potest vel unus hæres instituivel plures, qui simpliciter instituti æquis partibus succedunt. *§. 6. & seq. Inst. de hæred. inst.* ubi plura. Potest etiam vel purè vel sub conditione institui. conditio tamen impossibilis habetur pro non adjecta; ex certo tempore vel ad certum tempus nequit hæres institui. *§. 9. & 10. Inst. cit.*

Resp. 3. Hæredes instituidebent, qui & ideo hodie dicuntur *necessarii*, omnes liberi legitimi (his præmortuis nepotes) sive moriente patre sub ejns potestate constituti, sive emancipati, nisi ex causis *Nov. 115. c. 3. & 4.* adsit quæpiam, quâ nominatim filius exhæredetur. Etiam posthumi,

etiam ab ascendentibus adoptati. §. 1. *Inst. exhæred. liber.* Liberis aut nepotibus non exis-tibus à filiis instituì debent parentes, vel his de-ficientibus ascendentes alii gradu propinquio-*L. 15. ff. de inoff. test. Nov. 115. pr. c. 4.* frater fratrem vel sororem reg. ob *L. 27. C. de off. test.* nec maritus uxorem, vel contra, alium consanguineum tenetur pro hærede in-tuere. §. 1. *Inst. de hæred. instit.*

Resp. 4. Hæredes etiam necessarii in tota hæ-reditate necessariò instituendi non sunt; hoc enim nimis durum foret pro testatoribus: sufficit re-linquere illis legitimam, quæ quanta sit, ver. seq. docet: *quatuor aut infra dant natis jure tri-tem, semissem verò, fuerint si quinque*, vel non de hæreditatis aditione; ejúsve repudiatione de-antur Civilistæ.

Q. 7. Quinam esse possint & quomodo Execu-tores testamentarii? Resp. 1. Executores testamen-rum (quorum alii vocantur *Testamentarii*, quia à Testatore, alii *Legitimi*, quia à Lege seu Jure, alii *Dativi*, quia à Magistratu seu judice constituti) possunt esse non tantùm mares, sed etiam fœmi-næ. *c. 3. h. t.* non tantùm majores, sed etiàm mi-nores 25. annis, modò 17. excesserint. *c. 1. §. fin. de procurat. in 6.* non tantùm Laici, sed & Clerici, imo & Religiosi. *c. 17. & 19. h. t. c. 2. eod. in 6.* hi tamen non absque licentiâ superio-ris, ut licitè procedant. Schmalzgr. *h. n. 19.* FF. Minores nequidem cum licentia Superioris executores testamentorum esse possunt. *Clem. 1.*

§. item

§. *item quod* ✝. *cumque dicti. de V. S.* Nemo regulariter ad munus hoc *suscipiendum* cogi potest. arg. *c. 19. h. t.* Si testator ipse certum tempus non præscripsit, & hæres sive executor prævia à judice factâ monitione, saltem unâ, intra annum voluntatem ultimam non exequatur, eo elapso potestas exequendi, saltem quoad legata pia ad Episcopum devolvetur. *c. 3. h. t. Auth. hoc amplius. C. de fideicom.* ubi etiam, simúlque in *c. 6. h. t.* pœna privationis rerum sibi à defuncto relictarum unâ cum fructibus statuitur in hæredem & executorem negligentem intra tempus à jure statutum exequi voluntatem ultimam.

Resp. 2. Executor voluntatem testâtoris ultimam commutare non potest. *c. 16. de for. compet. c. 3. h. t. Clem. 2. de Relig. dom.* Trid. *Sess. 22. c. 6. de ref.* potest tamen terminum executioni à testatore præfixum prævenire. arg. *L. 12. C. de fideicom.* potest etiam, si quid in genere pauperibus legatum, ipséque sit verè pauper, partem sibi ipsi applicare; quia in hoc exequitur voluntatem defuncti, & pariter ordinem charitatis observat. Ad commutandam itaque voluntatem ultimam necessaria est authoritas superioris, quam interponere posse in relictis ad causas pias S. Pontificem, patet ex *Clem. 2. cit.* supremum Principem in relictis ad causam profanam, ex *L. 4. ff. de admin. rer. ad civit. pertin.* Episcopum absque recursu Romam commutare posse voluntates ultimas, præsente etiam justâ causâ, licèt negent Pirh. *h. n. 132. in fin. & alii.* affirmativa tamen

eſt communior & in praxi recepta ob can. p
ter hoc. 6. ℣. deinde. diſt. 32. Trid. *Seſſ. 22. c.*
de ref.

Q. 8. Quot modis infirmentur teſtamenta? R
1, Ruptione, dum perſonâ teſtatoris in eod
ſtatu juridico permanente, vitium infirmans
rectè in ipſum teſtamentum incurrit, quod
agnatione poſthumi. §. 1. ℣. *poſthumi Inſt.*
exhæred. liber. adoptione vel arrogatione. §. 1. *In*
quib. mod. teſt. infirm. junctâ *L. 10. C. de adopt*
Voluntate teſtatoris mutatâ, quæ qualis eſſe
beat, vid. Schmalzgr. *h. n. 176.* 2. Irritatio
dum ſcil. vitium teſtamentum infirmans ac re
vens directè afficit perſonam teſtatoris, quod
facto ritè teſtamento patiatur capitis diminu
nem, reg. etiam minimam. §. 4. *Inſt. quib. m*
teſt. infirm. L. 6. §. 5. & ſeq. ff. de Injuſt. rupt.
rit. teſt. non tamen irritatur teſtamentum a
legitimè factum per ſecutam Profeſſionem. R
tiones vid. apud Schmalzgr. *h. n. 183.* 3. D
ſtitutione, quando vitium ex parte hæredis
pervenit non volentis ſcil. aut non potentis a
re hæreditatem. 4. Reſciſſione, quando Jud
ad quærelam inofficioſi teſtamenti illud reſci
dit. vid. tit. *Inſt. & ff. de inoff. teſtam.*

Q. 9. Quid de aliis ſpeciebus ultimæ voluntat
ſcil. Codicillo, Fideicommiſſo, Legatis, Donati
mortis causâ dicendum? Reſp. Ad primum 1. C
dicillus eſt ultima voluntas minùs ſolennis
functi de eo, quod is poſt mortem de rebus
fieri vult *absque directa hæredis inſtitutione*;

quæ

quæ ultima verba *potiſſimùm* à Teſtamento differt. 2. Requirit præſentiam 5. teſtium; actûs unitatem; ſi Codicillus ſcriptus ſit, ſubſcriptionem teſtium. *L. fin. §. fin. C. de Codicill.* teſtis etiam fœmina hìc eſſe poteſt. *L. 20. §. 6. ff. qui teſt. fac. poſſ.* 3. Poteſt fieri vel ſcripto vel voce. *L. fin. cit.* vel teſtato, id eſt, ante aut poſt conditum teſtamentum; priori caſu per ſubſequens teſtamentum confirmatur vel revocatur; poſteriori fit in ordine ad explicandum, addendum, ſupplendum. Vel inteſtato. *§. 1. inſt. de Codicill.* Imo & ſubſidiariè, adjectâ teſtamento clauſulâ codicillari. *L. 20. §. 1. ff. qui teſt. fac. poſſ. &c.*

Reſp. ad ſecundum. 1. Subſtitutio in genere eſt unius vel plurium in locum alterius vel aliorum in ultima voluntate vocatio. Eſt alia *directa*, alia *indirecta*. *Directa* eſt, quâ ſubſtitutus hæreditatem immediatè & ſine miniſterio hæredis à teſtatore ipſo conſequitur, dicente v. g. teſtatore. *hæres meus erit Mævius, ſi verò Mævius non erit* (quia fortè non volet, aut non poterit, quod perinde eſt. *L. 4. pr. ff. de vulg. ſubſtit.*) *Cajus ſit hæres meus.* Hæc dividitur in *vulgarem*, *pupillarem*, *exemplarem*, quibus additur *reciproca & compendioſa*. 2. Subſtitutio *indirecta* eſt, quæ etiam *fideicommiſſaria* dicitur, quâ ſubſtitutus hæreditatem non immediatè conſequitur ab ipſo teſtatore, ſed mediatè, hærede iſtam, vel ejus medietatem, aut tertiam partem reſtituere rogato. 3. Si hæres gravatur ſeu obligatur à teſtatore totam hæreditatem reſtituere alteri, dicitur hæc ſubſti-

tutio indirecta *fideicommissum universale*, si pa-
tem vel potiùs rem certam. *fideicommissum parti-*
culare, quod cum *legato* hodie est exæquatum,
is, qui ita jubetur restituere, vocatur *hæres fidu-*
ciarius; cui restitutio faciendâ, *fideicommissarius*.
4. Hæres fiduciarius fideicommissario, sive hæ-
redi per fideicommissum universale substituto
non tenetur restituere omnia, sed potest sibi de-
trahere quartam partem bonorum testatoris (de-
ctam Trebellianicam à Trebellio Consule Rom.
& à S. C. sub ipso facto) quæ tempore *restitutio-*
nis faciendæ deductis funeralibus & ære alieno re-
sidua sunt. §. 5. *Inst. de fideicom. hæred.* 5. Hanc
quartam Trebellianicam hæres necessarius, v. g.
filius fideicommisso universali gravatus unà cum
legitima deducere potest. *c. Raynutius 16. h. t.*
Raynaldus 18. h. t.

Resp. ad tertium 1. Legatum *activè* est ultima
voluntas, quâ defunctus rem singularem alicui
liberaliter relinquit ab hærede præstandam, sed
quoad *possessionem*, quam propria authoritate le-
gatarius sub pœna amissionis legati nequit capere. *L. 1. §. 2. ff. quod legator. L. 5. C. de Legat.*
2. Legare omnes possunt, qui condere testamen-
tum, est certa. 3. Legari res omnes possunt,
quæ sunt in commercio. §. 4. *Inst. de Legat.* ipsa
etiam res hæredis. §. *cit.* Imo & res aliena, mo-
dò sciverit defunctus, esse alienam, *ibid.* si ne-
scivit, non valet legatum. *ibid.* & *L. 67. §. 8. de*
legat. 2. nisi personæ conjunctæ relictum. *L. 10.*
C. de Legat. aut piæ causæ, arg. *L. 38. pr. ff. de fi-*
deicom.

deicom. libert. vel purè vel ſub *conditione* legata fieri poſſunt; de conditionatis vide Wieſtn. *h.t. n. 140.* Res una pluribus legari poteſt, ubi ſi omnes acceptent, legatum inter ipſos eſt dividendum. §. 8. *Inſt. de legat.* ſi unus deficiat, & *conjunctim* res legata, collegatario conjuncto accreſcit §. 8. *cit.* plura *eod. tit.* 4. Relinqui legata poſſunt omnibus, qui poſſunt eſſe hæredes, ſed non ſolis, cum incapaces hæreditatis, legati tamen non ſint incapaces, v. g. Profeſſi S. I. & Coadjutores formati, FF. Minores &c. 5. Infirmantur legata ademptione & translatione. *Inſt. tot. tit. de adempt. & transl. legat.* 6. Si quis ultra dodrantem bonorum legaverit, hæres poteſt quartam partem bonorum tempore mortis repertorum detrahere & ſibi retinere, quod eſt beneficium *Legis Falcidiæ*, ita dictæ ab ejus authore Cajo Falcidio Trib. pleb. ipſa pars quartâ dicitur Falcidia; quæ priusquam detrahatur, deducendum eſt omne æs alienum defuncti, expenſæ funeris, & legata privilegiata. §. *fin. Inſt. de Lege Falcid.* Demum caſus, ubi ceſſet Falcidia, vide apud Civiliſtas.

Reſp. ad quartum 1. Donatio mortis causâ quid ſit, dictum eſt ſupra ad *tit. de donat.* 2. Ibid. quinam mortis causâ donare poſſint. 3, Res omnes, quæ legari, donari etiam mortis causâ poſſunt. arg. §. 1. *Inſt. de donat.* 4. Forma donationis hujus deſumitur à requiſitis, quorum plura enumerat Lauterb. *ff. de mort. cauſ. donat, &c.*

TITU-

TITULUS XXVII.

De Successionibus ab intestato.

Q. 1. *Quid sit successio ab intestato? Resp.* 1. Est hæreditatis âcquisitio extra casum ultimæ voluntatis defuncti, dum scil. defunctus decessit intestatus, quod fit, quando vel nullum condidit testamentum, vel non jure fecit, aut id, quod fecit, nullas habet vires, quia ruptum irritumve factum est &c. 2. Alia est successio *in capita*, alia *in stirpem* vel *stirpes*: *in capita* fit, dum proprio jure acquiritur hæreditas, eáque in portiones viriles, sive tot partes, quót sunt personæ & capita, æqualiter dividitur. *In stirpes*, dum unus vel plures nullâ habitâ multitudinis personarum ratione, loco & ex jure alterius, quem repræsentant, v. g. liberi parentem succedunt, ita ut, sive multi sive pauci sint, eam omnes simul accipiant portionem hæreditariam, quam acceptura esset ille, quem repræsentant. 3. Inter quos datur successio legitima, sunt in duplici classe, prout ex duplici causa successio hæc defertur, nimirum vel *jure cognationis*, juxta quod 3. sunt ordines succedentium, scil. *descendentium*, qui excludunt omnes alios, *ascendentium*, & *collateralium*: vel ex *civili aliqua ratione*, dum deficientibus tribus dictis ordinibus, patrimonium defuncti defertur conjugi superstiti jure Prætorio. 4. Modus computandi gradus in ordine ad successiones hæreditatis inter *consanguineos linea rectâ*

&

& *linea transversæ* unus idémque est, scil. *tot sunt gradus, quot sunt generationes & personæ unâ demptâ*, adeóque computatio gradum lineæ collateralis pro successionibus differt à modo computandi gradus lineæ collateralis in ordine ad matrimonium. 5, Nobis hìc potissimùm sermo est de successione in bonis allodialibus, & de jure communi.

Q. 2. Qui & quo ordine succedant ab intestato descendentes? Resp. 1. Succedunt defuncti liberi primi gradûs, naturales & legitimi simul, sine differentiâ sexûs vel statûs, etiam Clerici & Religiosi, si parentes moriantur ante Religiosum professum. *L. 56. §. 2. C. de Ep. & Cler.* & si facta professione atque ex regula non sit incapax. Succedunt liberi sive constituti tempore mortis patris sub potestate patria, sive emancipati; sine differentiâ nativitatis, sive jam nati, sive ex eodem matrimonio post mortem patris nascituri; ita ut excludant ascendentes, collaterales, descendentes sive nepotes, casu quo horum pater vivit. *Nov.* 118. *c.* 1. præmortuo patre suo nepotes, saltem si cum superstitibus patruis suis succedant, succedunt in stirpes.

Resp. 2. Extenditur successio hæc ad legitimatos per subsequens matrimonium *c. 6. qui fil. sint legit.* 2. Ad legitimatos per oblationem Curiæ, ut & hi æqualiter patri succedant cum legitimis. *Nov. 29. c.* 3. modus tamen hic legitimandi abiit in desuetudinem. 3. Ad legitimatos per rescriptum Principis, ad quod tamen tria requiruntur

ex

ex *Nov. 74. c. 1. & Nov. 89.* 4. Ad legitimos tantùm sive adoptivos, etiam præsentibus naturalibus & legitimis simul, in allodialibus sol. *L. 5. C. de legit. hæred. §. 2. Inst. L. 10. C. de adopt.* 5. Ad liberos pariatos per unionem prolium, hi enim æqualiter succedunt parentibus unionem facientibus.

Q. 3. Quinam descendentes non succedant ab intestato? Resp. Præter privignos, de quibus certum est ex *L. 3. & 7. C. comm. de succes.* quod non succedant vitrico vel novercæ, excludunter 1. liberi naturales & legitimi simul, si vel renuntiaverint juratò successioni paternæ. *c. quamvis 2. de pact. in 6.* vel si alicubi consuetudo sit, ut filiæ Nobilium in bonis *paternis* non succedant, sed dote tantùm sint contentæ. 2. A successione omni ascendentium liberi parentum reorum crominis perduellionis. *L. 5. C. ad Leg. Jul. Majest.* vide etiam *L. 1. C. de hæred. inst. L. 4. & 19. C. de hæret.* 3. A successione patris liberi *naturales tantùm*, id est, nati ex fœminâ solutâ instar concubinæ domi habita, si naturales & legitimi simul vel saltem legitima conjux adsit. *Nov. 89. c. 12.* deficientibus verò liberis & conjuge legitima, succedunt cum matre sua in sextante, in reliquis tribus unciis defuncti patris consanguinei. *Nov. cit. c.* Spurii juxta jus Civ. sumpti pro vulgo quæsitis & ex meretrice natis ab hæreditate patris penitus repelluntur, matri cum aliis legitimis succedunt. *L. 8. ff. unde cognati.* Accepti juxta Jus Can. spurii nec patri nec matri succedunt, licèt nul-

li

li extent liberi legitimi. *Auth. ex complexu C. de incest. nupt.* Imo Leges alimenta iis negabant, quarum rigorem temperavit Jus Canon. *c. 5. de eo, qui dux. in matr. quam poll.*

Q. 4. Qualiter ab intestato ascendentes succedant descendentibus? Resp. Deficientibus omnibus descendentibus succedunt ab intestato in bonis allodialibus ascendentes legitimi utriusque sexûs, avus v. g. & avia, æquis portionibus, etiamsi vel omnia vel plura bona provenerint ab uno parentum, v. g. à linea paterna *Nov. 118. c. 2.* ita tamen, ut proximior excludat semper remotiorem, v.g. mater avum; item etiam, ut ab ascendentibus excludantur collaterales omnes, exceptis fratribus germanis & sororibus defuncti, qui in capita admittuntur cum ascendentibus proximis. *Nov. cit.* Si tamen soli fratrum germanorum liberi præmortuis suis parentibus extent cum ascendentibus, de jure liberi hi neque in capita, neque in stirpes succedunt ob *eand. Nov.* quæ correcta non est per *Nov. 127. c. 1.* cùm hæc tantùm loquatur de casu, quo cum liberis germani defuncti supereſt alius germanus defuncti & respectu illorum patruus.

Q. 5. Quomodo succedant ab intestato collaterales? Resp. Si deficiant tam ascendentes quàm descendentes, succedunt consanguinei collaterales propinquiores; scil. 1. Fratres germani & sorores exclusis consanguineis & uterinis tam fratribus, quàm sororibus; si tamen ex altero prædefuncto germano fratre vel sorore liberi adsint, hi

in

in ſtirpes cum germanis defuncti ſuccedunt. 1 Si fratrum liberi *ſoli* adſint, ſuccedunt patruo in capita. *L.* 2. *§.* 2. *ff. de ſuis & legit. hæred.* excludúntque fratres unilaterales. 3. His & fratribus germanis deficientibus ſuccedunt fratres conſanguinei, vel uterini, vel, ſi adſint, utrique, & probabiliùs absque diſtinctione inter bona, utrum ea paterna, an materna ſint. 4. Deficientibus etiam his eorúmque liberis, ſuccedunt absque diſcrimine reliqui propinquiores conſanguinei, etiam probabiliùs in infinitum. vid. *Nov.* 118. *c.* 5. *Auth. ceſſante cum ſeqq. C. de legit. hæred.*

Q. 6. Quomodo ab inteſtato ſuccedant ſibi conjuges &c. Reſp. 1. Si defunctus nec aſcendentes, nec deſcendentes, nec collaterales ſanguine junctos reliquit, ſuccedit conjux ſuperſtes ſive uxor, ſive maritus, excluſo fiſco. *L. un. ff.* & *L. un. C. unde vir & uxor.* In hac tamen materia potiſſimùm pacta dotalia, conſuetudines & ſtatuta attendi debent. 2. Si & omnes conſanguinei & ipſa uxor deficiat, nec defunctus vixerit in communitate quadam legitimè inſtitutâ, devolvuntur bona ejus ad fiſcum, hoc, ærarium vel Cameram Principis. *L.* 1. *&* 4. *C. de bon. vacant.* Peregrinorum ita mortuorum bona ſunt per Epiſcopum in pias cauſas eroganda. *Auth. omnes peregrini. C. commun. de ſucceſſion.*

Q. 7. Qualiter ab inteſtato Clericis & Religioſis ſuccedatur? Reſp. 1. In bonis Clericorum patrimonialibus, induſtrialibus, parſimonialibus ſuc-

succedunt consanguinei, computatione graduum etiam hic juxta Jus Civile factâ; his deficientibus, Ecclesia, cui præfuit Clericus; aut si non habuerit beneficium, fiscus Episcopi. Engel *h. n. 21. & 22.* 2. In beneficialibus (qualia in dubio præsumuntur Clericorum bona) congruæ sustentationi superfluis de jure communi succedit Ecclesia. *c. 1. & fin. de pecul. Cler. & c. 12. de test.* nisi vel ex indulto Pontificio, vel receptâ consuetudine etiam in his bonis ex parte saltem consanguinei succedant, vel Jus spolii vigeat, quo tamen Episcopis ratione scandali parcè utendum monet Pichl. *h. n.* 18. 3. Novitiis ab intestato decedentibus monasterium non succedit. D. Kees ad *Inst. h. t. n.* 16. Professi bona, si ante professionem suam nihil de iis disposuit, nec Religio capax est successionis, ad hæredes ab intestato aliàs successuros devolvuntur; si autem est capax Religio, bona professi quocunque titulo vel tempore acquisita transeunt in monasterium non quidem jure hæreditario propriè tali, sed jure cujusdam acquisitionis naturalis & accessoriæ personæ. Auth. *ingressi.* & Auth. *si qua mulier. C. de Ss. Eccles.* vid. Schmalzgr. *h. à n. 67.* ubi plura.

TITULUS XXVIII.

De Sepulturis.

Q. 1. *Quid sit sepultura & quid de loco sepultura in genere dicendum? Resp.* Ad 1. Sepultura pro loco, in quo cadavera sepeliuntur, accepta,

hodie juxta Ss. Can. definitur, locus Religi... authoritate Episcopi deputatus ad sepultura... delium. arg. *c. 3. h. t. c. 4. de Relig. dom.* p... etiam sepultura accipi pro jure sepeliendi ... tuorum corpora. *Clem. 2. h. t.* & pro actu, ... officio, in sepeliendis humanis corporibus ... penso. *can. 105. caus. 1. q. 1.*

Resp. Ad secundum 1. Locus sepultura (... *meterium* vel *dormitorium*) solet plerumque ... pe Ecclesiam vel in aditu urbium constitui. ... hodie in ipsâ Ecclesiâ non tantùm Episcop... Presbyteri digniores, ùt olim per *can. 15. ... 18. caus.* 13. *q.* 2. verùm etiam laici sep... possunt. Pirh. *h. n.* 1. 2. Ecclesiis solùm ... rochialibus jus sepeliendi competit; ex privileg... tamen Apostolico in templis suis & coem... Ordini Prædicatorum S. Dominici & Min... S. Francisci. *Clem. 2.* ℣. *hujusmodi. Extra... hujusmodi quoque. inter Comm. h. t.* per comm... nicationem aliis quoque Religiosis Ordin... 3. Qui nec juri suo, sepulturâ in Ecclesia Regu... jam erectâ, renuntiare absque solennitatibus ... sunt. *Extrav. ambitiosæ.* 4. Posse Regulares ... cedere sepulchrum proprium familiare de licen... suorum superiorum expresse tradit Pirh. *h. t.* ... 34. 5. Quid & quomodo possit aliquid acc... occasione sepulturæ vid. *c.* 13. *h. t.* & *c. ... Simon.* quæ tamen cum *c. 42. de Simon.* com... nanda sunt.

Q. 2. In quonam loco ex his, quibus jus sep... liendi competit, quisque debeat sepeliri? Resp. 1. Pa... ter...

test sibi quilibet pubes *regulariter* eligere sepulturam, *c. 1. h. t. c. 3. & 4. eod. in 6.* etiam filiusfam. absque consensu patris. *c. 4. cit.* etiam Prælatus Regularis, tam supremus quàm inferior; etiam Novitius. Pirh. *h. n. 25.* non tamen Religiosus proprie talis, nisi vel procul à suo monasterio decedat, vel extra claustrum beneficio sit præpositus. Gloss. *in c. fin. h. t. in 6.* Deinde eligi sepultura potest extra Ecclesiam Parochialem & sepulchrum majorum in loco, in quo divina rariùs celebrantur. *c. 2. §. fin. h. t. in 6.* non obst. *c 3. h. t.* non tamen in Ecclesiis Monialium. vid. Schmalzgr. *h. n.* 18. & 19. ubi ait, nequidem à puellis educationis causâ in Monasteriis Monialium degentibus id fieri posse. Præterea, notabilis est Constitutio in *c. 1. h. t. & Clem. 3. in fin. de pœn.* quam vide. Demum, quomodo Religiosi possint funus illius, qui apud ipsos sepulturam elegit, excipere &c. consule consuetudinem & P. Engel *h. t. n. 8.* qui etiam *n. 7.* ait, nullam ad electionem sepulturæ solennitatem, neque exactam requiri probationem.

Resp. 2. Casu, quo quis nullam elegit sepulturam, elegerunt tamen ejus majores, non in parochia, sed in sepulturâ Majorum est sepeliendus. *c. 1. h. t. c. 3. eod. in 6.* Si sepulchra Majorum sint in diversis Ecclesiis, non conveniunt AA. vid. Pirh. *h. n. 4.* Schmalzgr. *n. 28.* De uxore post maritum suum defuncta statuitur in *can. 2. & 3. caus. 13. q. 2. junct. c. 3. §. mulier. h. t. in 6.* sepeliendam eam esse in sepulchro mariti,

non Majorum ſuorum, & ſi plures maritos habuit, in ultimi ſepulchro: quod de uxore dictum non tenet viciſſim de marito ob diſp. rationis. De *famulis domeſticis* Ordinum Mendicantium decedentibus intra ſepta Monaſterii vel Collegii, habetur in privilegiis à Clem. IV. FF. Minoribus, à Paulo III. Societati JESU &c, conceſſis, quòd hi absque electione ſepulturæ mortui, in Eccleſiis vel cœmeteriis Religiorum quibus ſervierunt, poſſint ſepeliri.

Reſp. 3. Qui nec elegit ſepulturam, nec habet electam à Majoribus, de jure ſepeliendus eſt in propria Parochia, ubi domicilium vel quaſi habuit. *c. 1. h. t. c. 2. eod. in 6.* etiamſi non fuiſſet ibidem mortuus, ſed in villâ v. g. modò commode ad Parochialem ſepulturam poſſit deportari. *c. 3. pr. h. t. in 6.* Si defunctus domicilium habuit in duabus Parochiis, in illa ſepelietur, in qua deceſſit, ſi extra utramque, ad quam arbitrio amicorum commodiùs poteſt deferri. *arg. c. 2. h. t. in 6.* Peregrini, vagi &c. ſepeliendi ſunt in Parochia, ubi decedunt. Pirh. *h. n. 8.* Clericus Beneficiatus decedens, non electâ à ſe vel Majoribus ſuis ſepulturâ, in Parochia ſui beneficii ſepeliendus eſt; etiamſi in alia Parochia habuerit habitationem, & in hac poſteriori deceſſerit, id contingere poſſet in magnis urbibus plures Parochias habentibus. *arg. c. 1.* ⁂ *& c. 1. in 6. h. t.*

Q. 3. Quid juris competat Parocho, ſi Parochianus alibi ſepeliatur? Reſp. 1. Si Parochianus ſepulturam ele-

elegit, vel alibi electam à Majoribus habuit, *de jure* illa Ecclesia, in quâ sepulturâ fit, quartam partem per *c. 8. h. t.* vel tertiam, prout consuetudo est, aliquando etiam mediam per *c. 1. & 2. h. t.* de omnibus bonis occasione & intuitu funeris sibi obvenientibus dare tenetur Ecclesiæ Parochiali, vel potiùs Parocho, ob onus Parochianis adhuc vivis Sacramenta administrandi &c. Vocatur pars ista Parocho obveniens *portio Canonica*, *quarta funeralium*, *mortuaria*. Parochus verò ex ipsa quartâ hac sive portione Canonica præstare *de jure* debet Episcopo novam quartam partem, arg. *c. 16. de off. Jud. Ordin.* Verùm portiones istas Canonicas tum consuetudo, tum privilegia Ordinibus Mendicantium concessa sustulerunt. Videatur etiam *Reiffenst. h. n. 38.* & Pichl. *h. n. 4.* ubi posterior affirmat, Ecclesiam Parochialem jure prætendere, ut exequiæ & officia funebria apud se celebrentur, si Parochianus alibi elegit sepulturam; prior negat; optimè attenditur consuetudo.

Resp. 2. Decidituri n *c. 5. 6. 10. fin. h. t.* quòd Parochus agere possit ad restitutionem cadaveris contra eum, qui illius Parochianum, non electâ à se aut Majoribus suis sepulturâ, extra Ecclesiam Parochialem sepelivit; & viciſſim, quòd alii habentes ex privilegio jus sepeliendi eodem modo agere possint contra Parochum violenter rapientem funus illius, qui alibi sepulturam vel à se vel à Majoribus electam habebat. Neutrum in praxi factâ jam corporis humatione tentandum propter scandalum &c.

Q. 4. *Quinam repellantur à ſepulturâ ſacrâ, aut quam indigni? Reſp.* 1. Judæi, pagani, Turc. *can. 28. de Conſecr.* quò ſpectant infantes fidel. ſine baptiſmo mortui. Reiffenſt. *h. n.* 77. Vid. etiam *c. 12. h. t. can. fin. cauſ. 24. q. 2.* Item no. torie & nominatim interdicti, niſi dederint ſign. pœnitentiæ. *c. 28. de ſent. excom. c. 20. eod. in 6.* uſurarii manifeſti, niſi pœnituerint, & vel reſti. tuerint, vel idoneè de reſtitutione caverint. *c. de uſur.* raptores & incendiarii. *c. 2. & 5. de raptor.* Religioſi proprietarii. *c. 2. & 4. de ſæ. Monach.* omittentes confeſſionem annuam & communionem paſchalem. *c. omnis utriusque ex. de pœnit. & remiſſ.* conf. Engel *h. n.* 20. decima Eccleſiæ injuſtè detinentes. *c. 19. de decim.* ma. ledici ſive blasphemi. *c. 2. de maled.* & omnes in notorio peccato mortali decedentes. *can. 16. cauſ. 13. q. 2.* ſuicidæ, qui ſe ipſos *ſponte* occiderunt. *can. 12. cauſ. 23. q. 5.* in dubio benignius præ. ſumitur; neque is privatur ſepulturâ Eccleſiaſti. câ qui ſe lethaliter vulneravit, aliquamdiu ta. men ſupervixit & pœnituit. Schmalzgr. *h. n.* 14. Item privantur ſepulturâ Eccleſiaſticâ, qui in tor. neamentis & haſtiludiis occiduntur. *c. 1. & ſq. de torneam.* qui occumbunt in duello, etiam pri. vato, ex condicto certo loco & tempore inſti. tuto; & hi, qui in duello vel torneamentis oc. cumbunt, etiamſi pœnitentes moriantur. Trid. *Seſſ. 25. c. 19. de ref.* cum Conſtit. Gregor. XIII. *Ad tollendam.* Clem. VIII. *Illius vices.*

Reſp. 2. Quid dicendum, ſi defacto aliquis ex

ex ejusmodi indignis in loco sacro sepultus fuerit, videantur AA. in *c. 12. h. t. & c. 7. de Consecr. Eccles.* It. de illo. quam culpam & pœnam incurrant scienter sepelientes indignum. *Clem. 1. h. t.* Schmalzgr. *h. n. 53. cum seq.* Agit etiam hic Leur. *à Quæst. 802.* de actione funeraria, qui videatur.

TITULUS XXIX.

De Parochiis & alienis Parochianis.

Q. 1. *Quid sit Parochia, & quæ ad illam constituendam requirantur? Resp.* ad 1. *Parochia* sive *Paræcia hodie & strictè* loquendo est certa alicujus Diœcesis Ecclesia, quæ populum certis limitibus distinctum habet, & Presbyterum sive Rectorem, à quo Sacramenta, Verbum DEI, aliáque spiritualia ex officio eidem administrentur. Sumitur etiam Parochia pro ipso territorio & districtu, quo hujusm. populus alicui Ecclesiæ deputatus continetur. Parochia & beneficium curatum non sunt idem; cùm hoc latiùs pateat, quàm illa. *Parochiani* autem dicuntur, qui hoc modo certæ Ecclesiæ subjecti sunt, sive dein verum, sive tantùm quasidomicilium habeant: Imò potest etiam quis respectu duarum Parochiarum proprius esse Parochianus.

Resp. ad 2. Requiruntur ad constituendam Parochiam seqq. 1. Locus certis limitibus constitutus, qui limites à sola potestate Ecclesiastica

ſtica determinari poſſunt, juxta antiquiſſimam Eccleſiæ praxin, & quidem ab Epiſcopo p Trid. *Seſſ: 24. de ref. c.* 13. vid. Engel *h. n.* 3. ex Trid. *Seſſ. 21. c. 4. de ref.* varia notat circa n varum Parochiarum conſtitutiones. Neque *certi ſint* limites Parochiarum aut diœceſium præſcriptioni ſunt obnoxii. *can. 4. & ſeq. ca* 16. *q. 3. c. 4. h. t.* 2. Requiruntur popul certæ Eccleſiæ itidem ab Epiſcopo depūtatus nomine populi venit pluralitas aliqua hominum ad decem ſaltem familias aſcendens. 3. Presbyter ſeu Rector certus & unicus, poteſtate inſtructus adminiſtrandi populo Sacramenta, præſ. Pœnitentiæ, aliáque ſpiritualia. *can. 41. cauſ. 7. q. 1 cap. 15. de præb.*

Q. 2. *Quæ jura competant Eccleſiæ Parochiali? Reſp. 1.* Fons baptiſmalis. 2. Forum pœnitentiale; ubi notetur *c. 12. de pœnit. & remiſſ.* 3. Diſpenſatio Euchariſtiæ. vid. *Clem. 1. de pœnit.* 4. Solennizatio & benedictio nuptiarum, de qua Trid. *Seſſ. 24. c. 1. de ref. matr.* 5. Adminiſtratio extremæ Unctionis, de qua ad *tit. 15. L. 1. Decret.* 6. Obligatio ex parte populi audiendi miſſam & verbum divinum in Parochiâ propriâ; ubi tamen notentur privilegia Regularium & conſuetudo. 7. Jus ſepulturæ, decimarum &c. &c. Præterea licèt illa ordinariè reperiantur in Eccleſiis Parochialibus, & ubi reperiuntur, ſigna ſunt, Eccleſias eſſe Parochiales; præcisè tamen ex his juribus non probatur, Eccleſiam eſſe Parochialem, ſicut nec ex adverſo ex defectu horum je-

rium

rium reprobatur; unde *naturalia* Parochiæ sunt prædicta jura, non *essentialia*, de quib. in priori *Resp.*

Quæ hìc Quæri possent de officio Parochi, partim ex sparsim dictis potest colligi, partim videri in Trid. *Sess. 24. de ref. c. 4. Sess. 25. c. 1. de ref.* Demum *h. n. 21.* addit Engel, jurisdictionem in foro externo nullam Parocho competere; posse autem jurisdictionem fori interni non in propriâ tantùm Parochiâ, sed etiam in alienâ erga suos subditos (modo id fiat privâtim & absque disturbio) exercere.

TITULUS. XXX.

De Decimis, Primitiis, & Oblationibus.

Q. 1. *Quid & quotuplices sint decimæ? Resp. 1.* Decimæ scil. Ecclesiasticæ *objectivè* sumptæ sunt de jure decima pars fructuum & lucrorum justè acquisitorum Ecclesiæ Ministris solvenda, in recognitionem universalis & supremi dominii Deo debita. *Formaliter* sunt jus vel facultas exigendi decimam istam partem. 2. Decimæ Ecclesiasticæ aliæ sunt *strictè Ecclesiasticæ* vel *spirituales*, quæ scil. statum suum primævum retinent, & Ministris Ecclesiæ solvuntur tanquam stipendia ob spirituales eorum functiones; aliæ *temporales*, *minùs strictè Ecclesiasticæ*, quæ quidem ad sustentandos Ecclesiæ Ministros primitus fuerunt

institutæ, dein tamen authoritate legitima laic in feudum &c. obvenerunt. Si jus decim vel decimæ etiam quoad proprietatem in l cos transferantur, titulo spirituali penitus tincto, quod potest solus Papa, dicuntur cimæ *merè laicales & sæcularizatæ*. 3. Aliæ *reales* seu *prædiales*, ex fructibus fundorum di solitæ; aliæ *personales*, quæ solvuntur ex cro, hominis industriâ quæsito. Reales subd viduntur in *Majores*, & *Minores* sive *minut* item in decimas *Novalium*, quæ petuntur terris noviter coli cœptis, & in *veteres* seu *a quas*.

Q. 2. *Quo jure debeantur decimæ?* Resp. 1. D cimæ spectatæ *materialiter* pro necessaria Mi strorum Ecclesiæ sustentatione ipsis adhuc hod debentur non tantùm jure divino. *Matth.* 10. 1. *Cor.* 9. *v.* 7. 11. 17. *&c.* sed etiam natural quia recta ratio dictat, laborantibus in alior gratiam stipendium justum solvendum. Summ *formaliter* non nisi jure Ecclesiastico debitæ sunt Ratio, quia partem decimam nec jus natur nec jus divinum N. L. determinavit.

Q. 3. *Cuinam debeantur decimæ?* Resp. 1. Olim diœcesibus nondum in Parochias divisis pertine bant cujusque diœcesis decimæ ad Clerum ejusd dem diœceseos, quæ ab Episcopo colligebantu & dein cum proportione in Clericos distribue bantur. *can.* 1. & 3. *caus.* 17. *q.* 7. hodie ab vendæ sunt de *jure communi* Parocho proprio qui super earundem perceptione habet fundatam in

jn jure intentionem contra quemcunque, etiam Episcopum. *c. 29. 30. h. t. c. fin. de restit. spol. in 6.* Casus, in quibus debeantur etiamnum integræ Episcopo, recenset Schmalzgr. *h. n. 27.*

Resp. 2. In specie. Decimæ *personales* debentur Parocho illi, qui Sacramenta alicui ex obligatione administrat. *c. fin. de Paroch. c. 20. h. t.* decimæ *prædiales* illi Parocho, in cujus districtu sita sunt prædia, vel intra cujus fines pascuntur animalia, ex quorum fœtura dantur. *c. 4. 13. 16. h. t.*

Resp. 3. Decimæ *Novalium impropriè* dictorum, si præcisè scil. mutetur facies soli, & fiat ex agro, v. g. vinea, pertinent ad eum, qui priùs perceperat decimas ex fructibus certæ speciei vel ex fructibus de certis fundis. *c. 4. 30. h. t. c. 31. de privil.* Si verò fundus, qui priùs nunquam tulit fructus decimabiles, nunc verò variatus decimabiles producat, loquendum est uti de decimis Novalium propriè dictorum in *Resp. seq.* per *L. ult. ff. de term. mot.* & est comm. AA. *in c. 4. h. t.*

Resp. 4. Decimæ *Novalium propriè dictorum* (dum locus scil. vel terra ad culturam redigitur, de qua non extat memoria, nec sulcus aut indicium, quòd fuerit aliquando culta) præstandæ sunt de jure comm. Parocho vel Ecclesiæ Parochiali, intra cujus fines exurgunt. *c. 13. & 29. h. t.* Si in loco ad nullam Parochiam pertinere exurgant, Episcopo loci *c. 13. cit.* Imo de eod. jure comm. debentur Parocho tales decimæ, licèt

alius

alius in ejus Parochia percipiat decimas [illegible] quas, vel ex privilegio, vel præscriptione, [illegible] *& 29. h.t.* Neque aliud dicendum, etiamsi [illegible] sona Ecclesiastica sit, quæ percipiat decimas [illegible] tiquas. *c. 31. de privil. c. 25. h.t.* non enim [illegible] ret, quid ad rem faciat, sive antiquus decim[illegible] sit laicus, sive Clericus. textus *c. 27. h.t.* [illegible] ligi debet de casu, de quo loquitur. Not[illegible] interim *c. 29. h.t.* in verbis: *nisi rationabilis [illegible] sa ostendatur*, conf. Engel *h. t. n. 12.* Pichl. [illegible] *à n. 25.*

Q. 4. *Quibusnam aliis possit competere* jus [illegible] *mandi? Resp.* 1. Præter Parochum, cui de [illegible] comm. competit, possunt habere jus decim[illegible] alii Clerici, non Parochi, & aliæ Eccles[illegible] culares & Regulares; idque 1. Collatione [illegible] unione beneficii Curati. *c. 30. h.t.* de qua [illegible] ne etiam ab Episcopis fieri, & parte decim[illegible] Ecclesiis aliis applicari permissa, vid. Trid. [illegible] *7. c. 5. 6. 7. de ref. & c. c. 13. h.t.* 2. Ex privi[illegible] gio Apostolico. 3. Donatione laicorum [illegible] habentium alicubi jus decimandi, *c. 7. de [illegible] quæ à Præl.* 4. Consuetudine. *c. 18. & 20. h.t.* 5. Præscriptione, *c. 29. & 31. h.t.* ad quam [illegible] currat contra Parochum aut Ecclesiam Paroch[illegible] lem, ait Pichl. *h. n.* 11. requiri 40. annos cum [illegible] tulo, absque titulo tempus immemoriale. *c. [illegible] de præscript. in 6.* quia præscribenti jus [illegible] 6. Permutatione, si decimæ unius Ecclesiæ [illegible] decimis alterius permutentur. *c. 6. de rer. perm.* [illegible] 7. Transactione. *c. 2. & 8. de transact.* & [illegible] arbi-

arbitros compromissarios. *c. 7. de his, quæ fiunt à Præl. c. 1. de arbitr.*

Resp. 2. Laici sunt 1. capaces decimarum merè laicalium, quæ titulo merè profano instar tributi à Dominis temporalibus subinde prædiis subditorum imponuntur & exiguntur, deque iis pro libitu possunt disponere, ut patet. 2. Ante Concil. Lateran. celebratum anno 1179. poterat non tantùm à S. Pontifice sed etiam ab Episcopis concedi laicis in feudum vel emphyteusin jus decimandi *utile*, id est, jus percipiendi decimam partem fructuum absque respectu ad officium spirituale. *c. 7. de his, quæ fiunt à Præl. c. 13. h. t.* per dictum Conc. hæc potestas Episcopis est adempta. *can. 1. caus. 16. q. 7. c 7. de præscript. c. 17. & 31. h. t.* potest tamen S. Pontifex adhuc hodie ita separare decimas Ecclesiæ à titulo spirituali, ut fiant quasi laicales, & laicis in perpetuum velut alia bona concedantur &c. 3. Juris decimandi *primarii & directi*, sive decimarum spiritualium & non legitimâ authoritate abstractarum à titulo spirituali sunt omnino incapaces laici. Ratio, quia jus hoc est spirituale, & Clericis competit propter ministerium spirituale; adeóque & neque primarium & directum, neque utile jus decimandi laici possunt præscribere. Ratio, quia non possunt possidere *can. 13. & 15. caus. 10. q. 1. c. 15. 17. 19. h. t. c. 7. de præscript.* 4. Quòd laici defacto in multis locis possideant decimas, in eáque possessione defendantur, non provenit ex præscriptione,

sed

sed ex præsumptione legitimæ concessionis privilegii. arg. *c. 1. de præscript. in 6. c. 2. V. S.* Vid. Engel *h. t. à n. 25. usque ad n. 4*

Q. 5. Quinam ad decimas solvendas obligentur? Resp. 1. Decimas *personales*, ubi adhuc sunt usu, solvere tenentur omnes & soli baptizati, in spiritualibus alicui Parocho subjecti abesse nentur Sacramenta recipere. *c. 20. 23. 21.* Decimas *prædiales* solvere tenentur omnes, intra fines Parochiæ alicujus prædium, fundum &c. titulo non spirituali possident, *c. 4. 6. h. t.* Item qui prædium vel fundum antea decimis defacto obtinent; cujuscunque status, ordinis, conditionis sint, nisi legitime iis dandis fuerint exempti. *c. 24. h. t.* Ratio est, quia res transit cum suo onere, *L. 20. ff. de aq. et domin.* Vide Pichl. *h. n. 15.* ubi, quomodo Clerici non Parochi & Religiosi obligati sint de re comm. citra privilegium emptionis ad solvendas decimas prædiales. & *n. 16.* ubi, si Dominus locavit prædium decimabile colono hac pacto, ut conductor seu colonus omnes fructus percipiat, solutâ certâ pensione quotannis, conductorem solum teneri ad decimas, uti emphyteuta tenetur. *c. 8. h. t.* Si verò tam dominus, quam colonus fructuum partem aliquotam percipiat, utrumque pro rata teneri ad decimas. *c. 24. & 8. h. t.* Huc spectat casus, quem cum aliis refert Engel *h. t. n. 16.* nimir. quòd, si Titius prædium suum vendidit Cajo, illúdque tradidit, decimas prioribus annis à Titio non solutæ, possint a Cajo

Cajo exigi. arg. *L. 7. ff. de publican. L. 36. ff. de jure fisci.*

Q. 6. *An & quomodo possit immunitas obtineri à solvendis decimis? Resp.* ad 1. Aff. Ratio, quia obligatio solvendi decimas, prout singulas personas respicit, non est juris naturalis aut divini, sed positivi Ecclesiastici tantùm.

Resp. ad secundum 1. Obtineri potest immunitas hæc à decimis per *privilegium* non quidem à Principe sæculari. per *c. 25. h. t.* nec ab Episcopo aliisque Prælatis Ecclesiasticis, utpote non valentibus in Lege superioris dispensare, sed à S. Pontifice concessum: patet ex privilegiis Religiosorum. Privilegium hujusmodi est quidem strictæ interpretationis, quia juri communi derogat, & cedit in præjudicium tertii; non tamen recedendum est à propria significatione verborum; adeoque concessum terminis generalibus intelligi debet etiam de decimis Novalium, arg. *c.* 12. *h. t.* & de prædiis postea acquirendis. *c. 22. de privil.* ita Pichl. *h. n.* 19. licèt *n. 26.* consentiat nobiscum quoad ea, quæ dicta sunt *h t. Q 3. §. 4.* Potest insuper privilegium hoc semel concessum denuo amitti, ùt patet ex *c. 9. c. 8. c. 6. h. t. & c.* 15. *de privil.* 4. Obtineri potest immunitas à decimis per *consuetudinem*, etiam à laicis introductam, modò aliunde habeant congruam sustentationem Ministri Ecclesiæ. *c. 32. in fin. h. t.* 3. Per *præscriptionem. c.* 18. *h. t. c.* 1. *de præscript. in 6.* itidem à laicis, quia jus immunitatis est quid temporale. Vide Engel *h. à n. 47.* ubi explicat

plicat *L. cum notissimi. 7. §. fin. C. de præscript. 30. annor. & num. seq.* plura de præscriptione decimarum habet. 4. Per *transactionem & amicabilem compositionem*; quomodo tamen ea procedat, habet Schmalzgr. *h. n. 65.* Pichl. n. Demum allegans immunitatem, eam probare debet. *c. 24. h. t.*

Q. 7. *Quomodo solvendæ sint decimæ?* Resp. In *prædialibus* nulla fit expensarum deductio, *c. 4. 8. &c. h. t.* secus in *personalibus. c. 21. h.* 2. Quomodo numeratio manipulorum, messurarum, animalium facienda, vide Pichl. n. 32. 3. Solvendæ sunt decimæ, decimatore non exigente, quia dies interpellat pro homine. 4. Nec Parochus nec alius decimator decimas sibi non solutas per vim invitis potest exquere. Ratio, quia decimæ, antequam solvantur, adhuc verè sunt in bonis & dominio Parochiani, ergo propriâ authoritate occupandæ non sunt. 5. Spectato jure communi in agro solvendæ sunt decimæ, quia hic solutio maximè sincerè fieri potest; neque, seclusâ consuetudine, necessariò deferuntur decimæ à fidelibus in horrea decimatorum; quia jura hanc obligationem, maximè propriis solventium sumptibus faciendam non exprimunt.

Q. 8. *Quis Judex sit in causis decimarum, & quæ pœnæ defraudantium decimas?* Resp. ad primum 1. Si agitur in *petitorio*, quicunque sit reus conventus, spectat cognitio causæ decimalis, & decisio privativè ad judicem Ecclesiasticum. *c. 15. 25. & seq.*

seq. h. t. 2. Si agatur in *possessorio*, reus tamen conventus sit *Clericus*, judex iterum privativè competens erit Ecclesiasticus. *c. 2. 4. 12. de for. comp.* 3. Si agatur in *possessorio*, & reus conventus sit laicus, quæstio tamen super possessione admixtam habeat quæstionem juris, iterum solus judex Ecclesiasticus erit competens; quia causa haec non temporalis, sed spiritualis est; dum autem nulla involvitur quæstio proprietatis, erit *mixti fori*, prout praxis habet.

Resp. ad secundum. Defraudantes in decimis præter reatum peccati mortalis & obligationem restitutionis incurrunt excommunicationem, si sint laici, & injustè exigant, usurpent, occupent decimas. *Bull. Cœnæ can. 17.* vel si Religiosi, & alios à solutione decimarum retrahant. *Clem. 3. §. 1. de pœn.* aut ipsi injustè acceptent decimas, aut non solvant debitas, quo casu si beneficiati sint, nec moniti intra 2. menses satisfecerint, suspensi sunt ab officiis, administrationibus, & beneficiis. *Clem. 1. h. t.* Item renuentes solvere decimas privandi sunt sepulturâ Ecclesiasticâ. *c. 19. h. t.*

Q. 9. Quid de Primitiis & Oblationibus, de quibus est secunda rubricæ pars, dicendum? Resp. ad primum. 1. *Primitiæ* sunt primi fructus, qui Dei beneficio ex agris, vineis, hortis producuntur; *Primogenita* sunt primi partus animalium. *Exod.* 23. ℣. 13. & 15. *Num.* 18. ℣. 12. *Deut.* 16. ℣. 2. 2. Debentur tantùm semel, & quidem in gratitudinem Deo debitam pro novis fructibus, unde

patet differentia à decimis. 3. In L. V. d
bantur primitiæ & Primogenita jure divino;
L. N. ex præcepto tantùm Eccleſiaſtico. *can.*
diſt. 32. can. 65. cauſ. 16. q. 1. hodie contra
conſuetudine paſſim ſunt ſublatæ. Engel *h. t.*
62. &c.

Reſp. ad ſecundum 1. Oblatio propriè &
ùt hujus loci accepta eſt donum, quod fideles
bonis propriis & licitis ad altare Deo & Eccl
offerunt. 2. Ad illas faciendas *per ſe* nulla eſt
ligatio. Ratio, quia ex ſe ſunt donum gra
tum, neque lex adeſt præceptiva: per acci
deberi poſſunt promiſſione aut voto, donatio
conſuetudine, præſcriptione, indigentiâ Eccl
vel Miniſtrorum ejus. 3. *Niſi aliud conſtet
mente offerentium*, oblationes ſive fiant ad
re, ſive ad piam imaginem, ſive Parochus,
alius celebret, ad Parochum ſpectant. *c. 11.*
præſcript. c. 9. de his, quæ fiunt à Præl. ſalt
men oblationes in Eccleſiis Regularium ex
vilegio in Corpore Juris clauſo ad Regulares
Deo ſervientes pertinent. *c. 1. de ſtat. Monach.*
c. 16. de exceſſ. Præl. ex quibus cc. etiam pro
tur, poſſe Religioſos, niſi Conſtitutiones
rum obſtent, vel conſuetudo, habere in
cleſiis truncos, capſulas, menſas ad oblation
fidelium recipiendas. &c.

TITU.

TITULUS XXXI.

De Regularibus & Transeuntibus ad Religionem.

Q. 1. *Quid sit Religio &c? Resp.* 1. Religio pro statu Religioso accepta est *modus stabilis in communi vivendi ab Ecclesia approbatus, in quo fideles editis votis substantialibus paupertatis, castitatis, & obedientiæ, ad Evangelicam Christianæ vitæ & charitatis perfectionem tendunt.* Itaque *Religiosi* sive *Regulares* dicuntur illi, qui prædictis votis in communitate juxta regulam ab Ecclesia approbatam adstringuntur. 2. Quoad substantiam institutus est status Religiosus à Christo, ut patet ex illis textibus Evangelii, quibus homines ad consilia Evangelica est cohortatus. *Matth. 19. ℣.* 21. ad paupertatem. ℣. 12. ad castitatem. *Matth.* 16. ℣. 24. ad obedientiam; quoad peculiarem & determinatum modum vivendi debet originem suam Ecclesiæ. Schmalzgr. *h. n. 3.* ejus approbatio olim fieri poterat etiam ab Episcopis, hodie non nisi à S. Pontifice. *c. fin. de Relig. dom. c. un. eod. in 6.* 3. Status Religiosus essentialiter est unicus, & omnes Religiosi Ordines non nisi numero differunt, quia in substantialibus conveniunt; accidentaliter tamen ob speciales fines, media, & regulas est multiplex: sic ratione *finis* tria sunt genera Religiosorum, scil. eorum, qui *vitam contemplativam*; eorum, qui *activam*; eorum, qui *mixtam ex utraque* profitentur. Ra-

tione *mediorum* seu *Regularum* Religio divi
præcipuè in 4. Ordines, scil. S. Basilii, S. A
gustini, S. Benedicti, S. Francisci, quorum reg
las alii *plerique* Ordines cum aliqua tamen mu
tione sunt amplexi; regulam à cæteris distinct
& peculiares Constitutiones habent Carthusi
Minimi S. Francisci de Paula, Societatis JES

Q. 2. *Quæ sint requisita ad substantiam st
Religiosi? Resp.* 1. Ut serventur tria consilia Evan
gelica, paupertatis, castitatis, obedientiæ. *
in fin. de stat. monach.* 2. Ut hæc 3. Consilia v
to perpetuo firmentur. D. Th. 2. 2. *q.* 186. *a*
6. non tamen requiritur, ut sint vota ista sole
nia, sed sufficit esse simplicia, quibus se alig
in perpetuum Religioni, non autem Religio
se obligat, quin possit illum justis de causis d
mittere. Constit. Gregorii XIII. *Ascendente*
Ut hæc vota fiant in Religione in vim veræ R
gionis à Sede Apostolica approbata, ut supra
4. Ut is, qui hæc vota emisit, vivat sub jurisd
ctione aut potestate speciali alicujus superio
ad servandas certas regulas compellere potens

Q. 3. *Quinam teneantur & qui possint ingre
Religionem? Resp.* ad 1. Nemo tenetur ingredi Re
ligionem, nisi ejus ingrediendæ votum emiser
Ratio, quia status Religiosus est consilii, non pr
cepti. conf. Trid. *Sess.* 15. *de Regular. c.* 19. &
Engel. *h. n.* 22. ubi is, ad quid teneatur vovens
ingredi Religionem, si in uno monasterio non
suscipiatur.

Resp. ad secundum. Generaliter loquendo pot
sunt

sunt ingredi Religionem omnes Christiani, qui jure non prohibentur. Prohibentur autem sic, ut invalidè emittant Professionem 1. Minor 16. annis. Trid. *Sess. 25. c. 15. de Regular.* nec supplet hic malitia vel potiùs prudentia defectum ætatis, quia hoc nullibi à jure statuitur. In Societate JESU anni 17. requiruntur ad emittenda post Novitiatum vota Scholasticorum; ad Professionem 4. votorum 25. completi. 2. Qui non per integrum & continuum annum in Novitiatu & probatione fuit. Trid. *l. cit.* 3. Conjux post matrimonium consummatum absque consensu alterius &c. *c. 3. de convers. conjug.* 4. Metu gravi injusto ad Professionem coactus. *c. 1. h. t.* 5. Episcopus confirmatus vel consecratus absque licentia Papæ. *c. 18. h. t.* 6. Laborans impedimento substantiali.

Prohibentur sic, ut illicitè ingrediantur & suscipiantur. 1. Servus tam propriè dictus, quàm adscriptitius vel originarius, de quo vid. can. *fin. caus. 17. q. 2.* 2. Ratiociniis sive rationibus reddendis obnoxius, ære alieno gravatus, vitiatus corpore &c. de quibus in Libr. primo. 3. Habens parentes in gravi vel extrema necessitate constitutos, quos juvandi, si in sæculo maneret, probabiliùs & propinqua spes affulgeret; extra hunc casum de honestate quidem requirendi parentes, non verò, si reluctentur, attendendi sunt. *Luc. 9. & 14. Matth. 8.*

Q. 4. *An & quomodo præmittendus annus probationis Professioni? Resp. 1.* In omni Religione

simpliciter necessarius est annus Novitiatûs *valorem* subsecutæ Professionis. Trid. *Sess. 25. c. de Regular.* exceptiones aliquas refert Schmalz *b. n. 47.* Societas JESU biennium etiam in quirit, ut si quis absque dispensatione Præ- siti Generalis admissus fuisset ante illud com- tum ad vota Religiosa, hæc forent invalida. Non tamen necessariò transigitur in Monaste- *c. 17. h. t. c. fin. qui Cler. vel vov.* nec in hâc Religioso. *c. 3. h. t. in 6.* 3. Interim annus tot ætatis tum probationis debet esse integer & momento ad momentum completus. Trid. *25. & 15. de Regular.* & continuus, seu non in- ruptus. *l. cit.* interrumpitur autem per dimis- nem statûs perfectam, etiam minimam, qualis set, si Novitius dimisso habitu vel ad horam è Mo- nasterio egrederetur.

Q. 5. Quæ privilegia & jura Novitiis compet- Resp. 1. In favorabilibus comprehenduntur no- mine Religiosorum, gaudent privilegiis canon & fori, aliisque suæ Religionis. *c. 21. §. quam- de sent. excomm. in 6.* 2. Ad præcepta & statu- per se & directè non tenentur, multò minus ad vota, quia ad ea se necdum obligârunt, tenentur tamen de honestate & decentia. *c. 8. de stat. Mo- nach.* Imò subjiciuntur jurisdictioni spiritua- quasi Episcopali sui Prælati Regularis, si is excep- ptus est, tam in foro in-quàm externo. Pirh. *n. 69.* 3. Possunt, si voluerint, aut Religionem si- bi non conveniri crediderint, liberè & licitè ab- que aliâ causâ, & superiorum licentiâ non requi-

ta

tâ ad sæculum redire. *c. 23. h.t. c. 1. eod. in 6.* nec tenentur per se ad refusionem sumptuum in sui sustentationem à Monasterio factorum *c. 23. cit. & c. 2. eod. in 6.* 4. Durante probatione retinere possunt, si quod habuerunt, beneficium Ecclesiasticum, modò constituant Vicarium. *c. 4. h.t. in 6.* 5. Conc. Trid. *Sess. 25. c. 16. de Regular.* statuit, ut impositerum *nulla renuntiatio aut obligatio, etiam cum juramento, & in favorem cujuscunque causæ pia valeat, nisi cum licentia Episcopi vel ejus Vicarii* (hoc consuetudo immutâsse videtur) *fiat intra 2. menses proximos ante Professionem.* Ibidem tamen Trid. excipit Societatis JESU Novitios volentes disponere; nec universim comprehenduntur actus illi & contractus, quibus bona & jura Novitiorum non notabiliter minuuntur. Quid observandum in renuntiatione beneficii, quod in sæculo habuit Novitius; vid Schmalzgr. *h.n. 124. & n. 129.* ubi putat, non esse irritas donationes ante ingressum Novitiatûs, etiam intuitu ingressûs factas, aliis æquè vel etiam magis probabiliter contrarium tenentibus, ex mente Trid. 6. Si Monasterium sit capax bonorum, illâque vel bona vel jura Monasterio conveniant. Novitio de illis non disponente, omnia per Professionem ad Monasterium transeunt Auth. *si qua mulier.* & Auth. *ingressi. C. de Ss. Eccles.*

Q. 6. *Quid sit Professio, & qua circa eam notanda?* *Resp.* 1. Accepta *strictè* est contractus sacer ultro citróque obligatorius, quo quis per emissionem votorum paupertatis, castitatis &

obedientiæ Deo & Religioni approbatæ [illegible]
dit, & Religio viciſſim talem traditionem [illegible]
ptat cum onere ipſum voventem perpetuò [illegible]
nendi, alendi, & tanquam filium tractandi.
Alia eſt Profeſſio *expreſſa*, quæ verbis, ſcriptis [illegible]
utrisque ſimul fit; alia *tacita*, quæ hodie [illegible]
perrara eſt. 3. Quâ formâ Profeſſio [illegible]
debeat, quisque Novitios poſſit ad Profeſ-
nem admittere, conſulenda ſunt ſingularum [illegible]
ligionum inſtituta. 4. Intra quinquennium [illegible]
teſt Profeſſus coram ſuperiore ſuo & Ordinario
reclamare adverſus Profeſſionem ſuam, illamque
arguere nullitatis. Trid. *Seſſ. 25. c. 19. de Reg.*
quod ipſum etiam conceditur Religioni. [illegible]
h. n. 154. poſt quinquennium non auditur ul-
plius volens reclamare, niſi ſit impedimentum
perpetuum, vel temporale adhuc durans, [illegible]
quod invalida erat Profeſſio. Imò ignorans [illegible]
intra quinquennium reclamare impedito non [illegible]
negatur remedium extraordinarium reſtitutionis
in integrum. Ita praxis habet. Neque tenetur [illegible]
validè Profeſſus, ſi nullitatem Profeſſionis [illegible]
quit probare, eam ratificare in foro conſcientiæ,
ſed poteſt etiam, ſcandalo ſecluſo, recedere. [illegible]
Varii ſunt effectus Profeſſionis validæ. Schmal-
gr. *h. n. 206.* recenſet undecim, inter quos prin-
cipuus, quod obliget ad ſervanda perpetuò vota
ſubſtantialia, & manendum in Religione, in qua
ne mutuo quidem Religioſi & Religionis con-
ſenſu diſſolvi hoc vinculum poſſit. &c. Potest
tamen S. Pontifex ex juſtâ & legitimâ cauſâ [illegible]

ſpen-

spensare, solvendo vinculum per Professionem inductum, sic ut, qui hactenus fuit Religiosus, non amplius sit, nec porro votis adstringatur. Sumitur ex *Matth. 16. c. unde vot. in 6.* Talis tamen dispensatio non fit hoc ipso, dum Religiosus ad Episcopatum promovetur. Pirh. *h. n. 145.*

Q. 7. *An Professo nunquam licitum sit recedere à Religione, vel Religioni Professum ejicere?* *Resp. 1.* Licitum est utriusque sexûs Religiosis transire ad Religionem strictiorem, modò transitus non fiat temerè vel leviter, petatur ad hoc licentia superioris, & literæ dimissoriæ fiátque sine infamia Religionis deserendæ. *c. 18. h.t. can. 3. caus. 19. q. 3.* Ad Religionem laxiorem transitus de jure permissus non est. *c. 10. h.t.* Si tamen justa causa v. g. infirmitatis subsit, potest fieri cum licentiâ superioris Regularis & Capituli, si Monasterium sit exemptum; si non sit exemptum, accedente consensu Episcopi. Quid in hac parte possit Præpositus Generalis Societ. JESU, vid. Constit. Greg. XIII. *Cùm aliàs.* Pauli III. *Licèt debitum.* S. Pii V. *Æquum reputamus.* Quid interdictum sit Religiosis etiam licitè transeuntibus à Religione Mendicantium ad non Mendicantem, vid. Clem. 1. *h. t.* Trid. *Sess. 14. c. 11. de ref.* Transiens tenetur in alio Monasterio subire Novitiatum, quia hic ad valorem Professionis requiritur. Bona, quæ ita transiens vel tempore Novitiatûs in secundo Monasterio vel post factam Professionem acquirit, indistinctè adju-

dicat Schmalzgr. *h. n. 242.* Monasterio po
rioris Religionis.

Resp. 2. Religiosus Professus, casu quo est
corrigibilis & Religioni intolerabilis, etiam
vitus ex Religione expelli potest. *c. 10. de mat.*
obed. c fin. de stat. Monach. hodie tamen præ
incorrigibilitatem in crimine gravi & publ
requiritur prævia trina correctio, monitio, pu
tio, ac præterea incarceratio unius anni in je
nio & pœnitentiâ, juxta Decret. S. Congr
Card. jussu Urbani VIII. edit. *de Regular. ap*
& eject. Non liberatur ejectus à votis substa
tialibus Religionis; quia non cessat esse Religio
sus: liberatur tamen à cæteris observantiis re
gularibus; quia hæ illos tantùm afficiunt, qui
vivunt sub regula. Præterea obligatur ejectus
gestare habitum (nisi & illo in pœnam privatus
sit) à paritate Religiosi ad Episcopatum assum
pti; & se disponere per emendationem, ut iterùm
suscipiatur. Schmalzgr. *h. n. 252. & n. 254.*
ubi, quòd Religio plenè emendatum teneatur
denuo recipere ex *c. 16. h. t. & n. 263.* ait, de
jur. comm. bona ejecti (à fortiori, fugitivi &
apostatæ) Monasterio, à quo ejectus, acquir
à *n. 266.* agit de fugitivis & apostatis. Lege
h. t. à Q. 869.

TITU-

TITULUS XXXII.

De Conversione Conjugatorum.

Id est, de transeuntibus ad Religionem post matrimonium contractum.

Q. 1. *An & quomodo liceat ante consummationem matrimonii sponsis de praesenti ingredi Religionem? Resp.* 1. A *jure* concessum est sponsis de praesenti bimestre, intra quod matrimonium consummare non tenentur, sed pars una alterâ etiam invitâ Religionem poterit inire. AA. ex *c. 7. h. t.* potest hoc tempus à judice vel restringi vel prorogari. Pirh. *h. n. 52.* 2. Si bimestri transacto matrimonium nondum sit consummatum, licet adhuc transire ad Religionem, quantumcunque tempus fuerit elapsum. Schmalzgr. *h. n. 8. ex cit. c.* 3. Si sponsa de Religione cogitans intra bimestre per vim aut metum fuerit cognita, probabiliùs adhuc poterit per se loquendo Religionem ingredi. Ratio quia sponsus ex delicto non debet sentire commodum, nec sponsa per injuriam sibi illatam jure suo privari.

Q. 2. *An & quomodo liceat conjugibus matrimonio consummato ingredi Religionem? Resp.* 1. Per se patet, licere, si uterque mutuo consensu ingrediatur. 2. Unus etiam conjugum Religionem poterit ingredi, si alter consentiat, & si sit juvenis, & ipse ingrediatur, vel, si senex & de incontinentiâ non suspectus, votum saltem continentiæ

in

in sæculo emittat. *c.* 1. *4. 9. 13. 18. h. t.* invalida erit Professio, si consensus sit extortus metu gravi vi. *c. 17. h. t.* vel dolo. arg. *c. 16. h. t.* vel ficta tùm præsumptus ex merâ conjugis alterius tur turnitate. Pirh. *h. n. 26.* tenebiturque talis Pro fessus, si revocetur à manente in sæculo, red & reddere debitum, non tamen poterit pec *c. 3. & 12. h. t.* Valida quidem erit Profes si conjux altero consentiente, sed illo non quente, aut non emittente pro ratione peric votum castitatis fuerit in Religionem ingres interim tamen illicita erit Professio. *c. 9.* 3. Si alter conjugum committat adulterium, nocens poterit ingredi Religionem. *c. 21.* *27. q. 2. c. 15. cum duob. seq. h. t.* 4. Si alter cidat in hæresin vel apostasiam. *c. 21. h. t. &* *de divort.* 5. Quæ hic de ingredientibus reli ligionem dicta sunt, eadem ferè tenent in reci piente S. Ordines.

Q. 3. An matrimonium dissolvatur per ingres sum in Religionem? Resp. 1. Non quidem per solum ingressum in Novitiatum, nec per vota sim plicia, licèt Religiosum constituant, sed per so lam Professionem solennem in Religione approbatâ dirimitur matrimonium etiam quoad vinculum, si tantùm fuerit ratum. *c. 2. 7. 14.* Trid. *Sess. 24. can. 6. de Sacr. matrim.* 2. Pri vilegium hoc dirimendi matrimonium ratum non habent Ordines Sacri suscepti. *cit. text. & Extrav. Antiquæ. Joan. XII. de vot.* 3. Juxta Pirh. *n. 45.* probabiliùs matrimonium ratum solvitur

per

per Professionem jure solum Ecclesiastico, quia nec jure naturali, nec immediatè jure divino positivo solvi probatur.

TITULUS XXXIII.

De Conversione infidelium.

Q. Un. *Quid de conversis ad fidem h. t. statuatur?*

Resp. 1. Si conjux infidelis strictè talis, scil. non baptizatus baptismum suscipiat & ita ad fidem convertatur, altero in infidelitate remanente, potest factus fidelis infideli parte dimissâ, licèt matrimonium inter illos fuerit consummatum nubere alteri fideli. *c. 7. de divort.* non tamen per ipsum statim baptismum, sed dum actu ad secundas nuptias transitur, prius matrimonium dissolvitur. *c. 8. de divort.* & si talis infidelis plures habuerit uxores, cæteris dimissis primam solam, si & ipsa convertatur, retinere debet. arg. *cit. c. 8.* modò non fuerit matrimonium inter ipsos de jure naturæ nullum. Item, si conjugum unus convertitur ad fidem, sive is pater, sive mater sit, altero nolente converti, proles communis assignanda est converso, si doli nondum est capax. *c. fin. h. t.*

Resp. 2. Statuitur impedimentum dirimens, ut, si infidelis & fidelis in mortem conjugis sunt machinati, ut conjuge hoc sublato inter se contrahant matrimonium, hoc sit nullum, licèt infidelis convertatur ad fidem. *c. 1. h. t.*

TITU-

TITULUS XXXIV.

De Voto, & Voti Redemptione.

Q. 1. *Quid & quotuplex sit Votum?* Resp. Votum est deliberata promissio Dei facta de meliori bono. Comm. Differt à *propos.* quia in proposito deest promissio & animus vi talis actûs obligandi. In dubio, an votum factum, an solum propositum, contra votum præsumitur. *c. 65. de R. I. in 6.*

Resp. ad secundum 1. Aliud est *personale*, quod personæ voventis actio; aliud *reale*, quo res voventis; aliud *mixtum*, quo res & actio Deo promittitur. 2. Aliud *reservatum* S. Pontifici ad dispensationem, qualia quinque sunt. Extr. *Etsi Dominici. fin. de pœn. & remiss. inter Com.* aliud *non reservatum*. 3. Aliud *purum*, aliud *conditionale*. 4. Et præcipuè aliud *solenne*, quod ùt tale acceptatur ab Ecclesia; & sunt hæc votum castitâtis, quod majoribus Ordinibus annexum, & votum Professionis Religiosæ. Aliud *simplex*, scil. illud omne, quod talem solennitatem annexam non habet. Vide *L. 4. Decret. tit.*

Q. 2. Quæ sint requisita ad valorem voti? Resp. Requiritur promissio *vera*, si enim facta sit sine animo se *obligandi*, non tenet votum; patet. 2. Promissio debet esse cum *advertentia rationis plenâ*, quanta requiritur ad peccatum mortaliter. Si dubitetur, an adfuerit sufficiens deliberatio, alii cum Pichl. *h. t. n. 3.* judicent

tale votum non obligare, conformiter dictis in Q. *priori*, alii cum Engel *h. t. n. 5.* tenent contrarium. 3. Debet promissio esse *libera*; unde metu gravi injustè incusso emissum votum solenne aut (juxta multos) Religiosum constituens est nullum, saltem de jure Ecclesiastico. *c. 1. de his, quæ vi,* & votum factum ex errore, qui versetur circa rei *substantiam*, vel circumstantiam redundantem in substantiam, vel circa motivum formale principale, itidem nullum est; quia omnem suam vim habet à voluntate & intentione voventis. 4. Debet promissio *DEO* fieri: facta sanctis non est propriè votum, nisi in honorem Sancti ad DEum ipsum immediatè dirigatur. Ratio, quia votum est cultus latriæ soli DEO debitus. 5. Debet esse res, quæ promittitur, *possibilis*; hinc nullum est votum, nunquam peccandi venialiter. *honesta*; unde non sufficit res tam de se quàm respectivè indifferens ad finem; & *quidem de meliori bono*, hoc est, de eo, quod omnibus spectatis melius est, quàm oppositum; hinc si quis voveat inire matrimonium ad vitandam consuetudinem peccandi, potest non obstante hoc voto per se loquendo vel Religionem ingredi, vel amplecti continentiam, quia hoc absolutè melius est.

Q. 3. *Quæ sit obligatio voti? Resp.* in genere 1. Licitum esse vovere, patet ex pluribus Scripturæ textibus, præsertim *Num. 30. ℣. 3. Deut. 23. ℣. 21. Eccles. 5. ℣. 3. & 4.* Interim ad vovendum nulla est obligatio; post votum tamen factum

ne-

necessariò illud impletur. Utrumque suade-
tio, & habetur *c. 6. h. t.* 2. In specie. Obli-
tio implendi votum est vel gratis vel levis, p
ùt aut mens voventis est; cùm vovens se et
possit obligare sub levi, licèt materia gravis
ùt Illsung *de vot. n. 101.* aut, si mentem
non expressit, prout materia est. Pichl. *h. t.*
3. Votum *personale* tantùm obligat vovent
nec tenetur vovens, nec potest per alium
implere. Engel *h. t. n.* 15. ubi etiam *Rdet*
h. t. Votum *reale* potest impleri per alium;
nihil interest, an vovens, an alius ejus nom
de ipsius substantiâ eleemosynam expendat
xum est bonis voventis, adeóque & oblig
voti hujus ad hæredes transit, *c. 18. de cens.*
tamen priùs est solvendum, quàm soluta fu
quæ defunctus debebat ex justitia. Ratio,
debetur ex bonis defuncti, quæ non sun
deducto ære alieno. Votum *mixtum* transi
hæredes, quatenus est reale, si illa realitas
rari potest; utì & dicitur, quòd si materia
sit dividua, possitque quoad unam partem
ri, ad id teneatur vovens. vid. tamen Engel
n. 14. 4. Si pro nullo determinato tempore
tum emissum, implendum illud est, quam
mùm viri prudentis arbitrio commodè fieri
test. arg. *Deut. 23. ℣. 21. Eccles. 5. ℣. 3.* Si
vel tempus præfixum, implendum est intra
tempus; quod si hoc omittat vovens, pecca
contra votum; non tamen ideo liberatur ab
executione, sed postea tenetur implere, sine

tem

tentione vel naturâ voti res promissa certo tempori fuerit affixa. Schmalzgr. *h. t. n.* 58.

Q. 4. *Qualiter obligatio voti tollatur ? Resp.* In genere, dupliciter. 1. Nullius authoritate interveniente, idque vel mutatione materiæ voto promissæ, si illa fiat impossibilis de facto aut de jure; vel desitione conditionis, à qua pendebat; etiamsi ipse vovens malitiosè eventum conditionis impediret; quia scil. nec hoc casu impleta est conditio. 2. Interveniente authoritate humana; scil. *irritatione*, quâ obligatio voti tollitur ab eo cujus potestati subjecta est voluntas voventis, vel voti materia, sic ut votum ab ejus consensu dependeat. *Commutatione*, quâ non quidem omnino tollitur obligatio voti, sed in locum materiæ voto permissæ alia substituitur; si pio operi, quod voto promissum est, substituatur pecunia in eleemosynam danda, dicitur propriè *redemptio* voti. *Dispensatione*, quâ *nomine* DEI ab habente potestatem penitus remittitur obligatio voti; quòd dispensatio non fiat proprio nomine, differt ab irritatione.

Q. 5. *Quæ vota & à quibus irritari possint ? Resp.* 1. Omnia vota *impuberum* simpliciter & directè irritari possunt à patre, in hujus defectu ab Avo paterno; vel si in horum defectu impubes Tutorem, aut matrem saltem habeat, ab his ejus vota possunt irritari. *can.* 2. *caus.* 20. *q.* 2. Ratio est judicii imbecillitas in ea ætate. Ampliationes hujus responsion. vid. apud Laym. *L.* 4. *T.* 4. *c.* 7. *n.* 10. *V. amplia secundò.* Puberum

vota irritari nequeunt, quamvis hi sint etiam
sub potestate patria, nisi quatenus obsunt di
næ & gubernationi familiæ. arg. *cit. can.* &
jam habent discretionem & maturitatem
sufficientem ad vovendum. 2. Maritus no
test omnia uxoris vota irritare, sed illa tan
quæ usui matrimonii, rectæ prolium educ
domesticæ gubernationi & administrationi
liæ præjudicium afferre possunt. Ratio,
nullo jure probatur potestas marito conc
omnes omnino actiones uxoris suæ: qua
de uxore procedunt. Engel *h. n.* 23. *in fin.*
latus sive superior Religiosus, quo nom
quidem Sub-Prior aut Minister, Abb
men venit, potest *omnia* Religiosorum sib
torum vota irritare, exceptis, quæ ex instit
gionis fiunt, & voto strictioris Religionis
Superior tamen Novitiorum non potest
vota directè & simpliciter irritare, sed solu
spendere; quæ demum emissâ Profess
dispositione juris censentur commutari
Religionis.

Q. 6. *Quinam possint commutare vota &*
modo? *Resp.* 1. Potest unusquisque propri
thoritate commutare votum suum in id,
manifestè est melius. *c.* 3. *de jurejur.* Utrùm
voluntate voventis votum in evidenter
commutari possit, dubitant AA. negatum
munius, ob periculum, ne sæpe minus bo
præ majori aut æquali exhibeatur. 2. Ub
commutatio in minus bonum, certum est, re
auth

authoritatem Superioris vel habentis privilegium Pontificium, quale varii Regulares, & dispensandi & consequenter commutandi vota, §. reservatis exceptis, habent; insuper & justam causam requiri certum est, de qua Schmalzgr. *h n.* 100. 3. Licet etiam post commutationem voti vovenți redire ad votum prius; quia, cum commutatio facta fuerit in ejus favorem, renuntiare huic potest. 4. Votum tamen factum in favorem tertii, ab eóque acceptatum nequit commutari absque ejus consensu; quia per acceptionem jus illi fuit acquisitum.

Q. 7. *Quis dispensare possit in votis? Resp.* 1. Potest in omnibus Pontifex. coll. ex *c.* 16. *Matth.* Episcopi, aliique Prælati jurisdictionem quasi Episcopalem obtinentes, & quidem potestate ordinaria à S. Pontifice sibi communicata in non reservatis *c.* 1. *&* 7. *h. t.* uti & Religiosi Mendicantes ex potestate delegata. Pater ex privilegiis ab Innoc. VIII. Eugen. IV. Martino V. Paulo III. concessis. 2. Dantur tamen casus, in quibus Episcopi etiam in reservatis possunt dispensare. Schmalzgr. *h. n.* 110. quod Reiffenstuel *h. t. n.* 40. pariter ad Religiosos Mendicantes extendit, posse & istos & hos in votis, quæ similia sunt reservatis, dispensare, adeóque hæc reservata non esse, certum est juxta omnes. 3. Præter potestatem in dispensante requiritur causa justa, fundata in pietate, utilitate, & necessitate. Sanch. *Libr.* 4. *Moral. c.* 45. *à n.* 26.

TITULUS. XXXV.

De Statu Monachorum & Canonicorum Regularium.

Q. 1. *Ad quid vi voti paupertatis obligetur Religiosus? Resp.* Postquam actum est in priori titulo de votis, in hoc de iis in tractâtur, ad quid nimir. Religiosi, qui hic mine *Monachorum & Regularium* veniunt, tu suo, id est, in *stabili sua vivendi ratione* torum teneantur; ac 1. quidem in gener *voto paupertatis* Religiosi omnes solennit fessi obligantur, ne quid proprium habeat aliquo tanquam proprio utantur. Trid. *c. 2. de Regular. c. 2. 4. 6. h. t.* 2. In quòd Religiosi proprii nihil habere possint, tur non ex alio, quàm ex ordinatione Eccl *text. cit.* quæ afficit solos Religiosos in ri, Communitates enim (exceptis PP. Min de Observantiâ, PP. Capuc. Domibus Prof S. J.) sunt capaces bonorum temporalium mobilium quàm immobilium. Trid. *l. cit. c.* 3. Quòd Religiosi in particulari nihil proprii bere possint, intelligitur circa res temporales externas, *bona fortunæ* dictas, quia jus eligen & præsentandi, titulum beneficii &c. acquir & retinere possunt; neque per Professionem *ipso* honori ac famæ renuntiatur. 4. Scholast Soc. JESU, etsi veri Religiosi pauperes sint, tinent tamen ad aliquod adhuc tempus dominium

rerum

rerum ſuarum, non tamen liberum earum ſuum ita quidem, ut vel *invalide*, ùt putant Mol. Leſſ. Haun. &c. vel *ſaltem illicitè*, ùt volunt Suar. Sanch. Laym. Schmalzgr, absque ſuperiorum voluntate de iis diſponant. Vid. Bull. Greg. XIII. *Quantò fructuoſius. & Aſcendente.* Quòd nulli Religioſi poſt emiſſa vota re tanquam propriâ uti valeat, intelligitur, eos peccare vel graviter vel leviter pro ratione materiæ, ſi quid accipiant, donent, abſumant absque ſuperioris licentiâ vel *expreſsâ*, vel *tacitâ*, ita omnes. Imò ad vitandum peccatum proprietatis juxta Schmalzgr. *h. n.* 28. ſufficit licentia ſuperioris præſumpta, etiam dum poteſt commodè adiri ſuperior, modò præſumi poſſit non eſſe abſolutè invitus. arg. *L.* 46. §. 7. *de furt.* & quia talis diſpoſito non fit nomine proprio. Idem *n.* 14. *h.t. & ſeq.* decidit, licitum eſſe Religioſis habere peculium & præſtationes annuas de licentia ſuperioris, modò & iſtud & iſtæ ſint revocabiles ad nutum, & ſuperioribus conſignentur. 6. Pœnæ Religioſi proprietarii exprimuntur in *c.* 1. & 6. *h. t. Trid. Seſſ.* 25. *de Regul.* expulſio tamen è monaſterio *c.* 6. *h.t.* ſtatuta non amplius obtinet.

Q. 2. *Ad quid obligetur Religioſus vi voti Caſtitatis? Reſp.* 1. Religioſi per hoc votum obligantur abſtinere ab omni delectatione venerea tam internâ quàm externa, tam intra, quàm extra matrimonium; ita ut Religioſus contra caſtitatem peccans duo committat peccata, luxuriæ ſcil. & Sacrilegii. 2. Ex defectu advertentiæ &

deliberationis potest quidem peccatum ve
contra castitatem committi, non tamen ob
tatem materiæ. Rationes Schmalzgr. *h. n.* 42.
tandum hic venit *c.* 6. *h. t.* ratione dispens
de qua cit. Auctor plura *à n.* 47.

Q. 3. *Ad quid vi voti Obedientia Relig
obligetur? Resp.* 1. Ad omnia præstanda qu
perior præcipit, si justa, honesta, & Reg
aut Instituto sint conformia. Laym. *L.* 4. *T*
c. 9. *n.* 1. adeóque si superior tam mediatus q
immediatus præcipiat talia, quæ vel direct
indirectè, ex- aut implicitè in Regula contin
tur, obediendum est, non tamen si ultra le
lam quid præcipiat; quia ad hoc Religios
votum obedientiæ se non obligare voluit,
obligavit. 2. Tenetur Religiosus ex voto
dientiæ ad servandas regulas & Constitutio
quæ sub peccato ex intentione fundatoris
gant; non tamen peccabit *per se loquendo* g
ter Religiosus, qui ex consuetudine transg
tur regulas aut sub nullâ culpâ, aut tantum
levi obligantes. Ratio, quia talis non int
transgredi obligationem sub gravi. 3. Viol
voti obedientiæ plures continet malitias, pr
tim transcendentales, sed hæc tractant TT. in
de peccat.

Q. 4. *Quænam alia circa Regulares utr
sexûs de jure comm. statuta sint? Resp.* 1. Soc
privilegiis subjecti sunt Episcopo, *c.* 2. *h. t.* n
sunt pro pretio recipiendi. *c.* 1. *h. t.* de Capit
Provincialibus Regularium, de visitationibus
mo-

modo visitandi agit *c.* 6. *& fin. h. t.* de Monialium visitationibus *Clem.* 2. *h. t.* Trid. *Sess.* 25. *c.* 9. *de Regular.*

Resp. 2. Circa clausuram Monialium & egressum illarum ex Monasteriis statuta sunt seqq. 1. Omnes & solæ Moniales Professæ tenentur tam stricte ad clausuram, ut extra monasterii sui septa ipsis non liceat sine gravi causâ & licentiâ egredi. 2. Causa gravis est morbus talis, ut non possit Monialis cum reliquis absque gravi periculo seu scandalo commorari; it. incendium, incursio hostium; coloniæ aliò ducendæ &c. 3. Licentiam concedit Episcopus potestate ordinariâ, si Moniales ipsi subjectæ sint; delegatâ, si sint exemptæ: ejus loco Vicarius Generalis. Requirenda & obtinenda est hæc licentia semper, nisi causa sit manifesta & periculum tam urgens, ut moram non patiatur; quia hoc casu necessitas non habet legem. 4. Moniales clausuram violantes, iisque cooperantes incurrunt ipso jure excommunicationem reservatam; per sententiam declaratoriam privationem dignitatum, Administrationum, officiorum superioritatem habentium. Habentur hæc *c. un. h. t. in* 6. Trid. *Sess.* 25. *c.* 5. *de Regular.* Constit. Pii V. *Pastoralis & Decori.* 5. Quoad ingressum aliarum personarum in Monasteria Monialium absolutè statuitur *c. un. h. t. in* 6. ne *ulli* personæ ad ea monasteria accessus pateat absque justa causa (quæ in necessitate consistit) & absque licentiâ, & quidem, út Trid. addidit *Sess.* 25. *c.* 5. *de Regular.* in scri-

ptis obtenta. Exceptiones, & limitationes apud Schmalzgr. *à n.* 112. *h. t.*

TITULUS XXXVI.

De Religiosis Domibus, ut Episcopo subjectæ.

Q. 1. *Quanam dicantur in præsenti domus religiosæ? Resp.* Nomine *domûs Religiosæ* quâ hic agitur, postquam in superioribus de professione & statu Religiosorum tractatum, in genere locus divino culti vel aliis piis authoritate Episcopi destinatus, *c.* 4. *h. t.* cus ille sit consecratus, dicitur *domus sacra*; mus authoritate tantùm Episcopi erecta, men consecrata, in specie vocatur *domus sa*; si nec authoritas Episcopi intervenerit consecratio, propriè *domus pia* appellatur. *h. t. n.* 1. ubi pariter, quod in dubio, num riatas Ecclesiastica intervenerit, id ex possit colligi. *Ibidem* quædam habet Oratoriis privatis.

Q. 2. *An & cui Episcopo sint subjecta Monasteria, aliáque loca pia? Resp.* 1. Episcopi diœcesani subsunt *de jure* nasteria, Ecclesiæ, & loca pia, *si hac Episcopi sint erecta*, ita ut, si quæ exemp prætendant, probatio ipsis incumbat, *c.* 3. 4. *h. t.* 2. Ecclesia vel Monasterium alterius ceseos Ecclesiæ vel Monasterio unitum, sub-

subjectum Episcopo, cui priùs subjiciebatur. *c. 2. h.t.* 3. Dum dubitatur, in cujus Episcopi diœcesi Ecclesia sita, adeóque cui subjecta, & à quo consecranda, dicendum, subjectam esse & consecrandam ab Episcopo, qui priùs in incolas illius loci jura Episcopalia exercuit, quàm ea ædificaretur. *c. 1. h t.*

Q. 3. *Quid juris competat Episcopo ratione subjectionis locorum Religiosorum? Resp.* 1. Episcopus in locis Religiosis *sibi subjectis* & non exemptis habet jurisdictionem etiam contentiosam & exactionem jurium Episcopalium, uti omnes ex *c. 9. h.t.* quòd capitulum benè notandum. 2. Potest Episcopus visitare ejusm. loca Religiosa (etiam exempta, sed hæc authoritate Apostolicâ) & rationes exigere administrationis, nisi tamen sint sub immediatâ protectione Regum, aut aliter in fundatione cautum. Trid. *Sess. 22. c. 8. & 9. de ref.* neque subsunt Episcopi visitationi pia loca Ordinum militarium, aut aliorum Religiosorum *Clem. 2. §. 2. h. t.* 3. Quomodo curandum sit Episcopo, ut piæ defunctorum voluntates mandentur executioni, quídque hac in re possit Episcopus, desumitur ex *Clem. 2. h. t.* & Trid. *Sess. 25 c. 8. de ref.*

Q. 4. *Quanam requirantur, ut novum Monasterium possit erigi? Resp.* Recensentur seq. à Pichl. *h. n. 3.* 1. Consensus Episcopi. Trid. *Sess. 25. c. 3. de Regular.* & fortè S. Pontificis ob *c. un. h. t. in 6. c. un. de excess. Pral. in 6.* Constit. Urbani VIII. 1624. Constit. *Instauranda.* Innoc. X.

1652. quæ tamen de consensu Pontificis dicti in nostris partibus non tenent. 2. Consensus Parochi vel Capituli, quod inibi curam animarum exercet. 3. Principis & incolarum. 4. Religiosorum in vicinia, scil. hodie ad 140. canas habitantium, &c. de quibus alii. 5. Requiritur ut saltem 12. Religiosi possint ex reditibus sibi assignatis vel ex eleemosynis competenter vivere. 6. Quid Episcopo in erectione novi monasterii Monialium observandum, habet Schmalzgr. n. 38. *h. t.* Engel *h. t. n.* 5. qui & *n.* 4. refert Bullas Clem. VIII. & Gregor. XV. in hac materia editas.

Q. 5. Quid possit Episcopus circa mutationem statûs locorum Religiosorum? Resp. 1. Loca propriè sacra & Religiosa, Ecclesiasticâ authoritate constituta, absque eâdem authoritate profanis usibus nequeunt destinari. *c.* 4. *&* 5. *h. t.* 2. Ecclesiæ regulares, non possunt ullius Prælati *Pontificii* inferioris authoritate mutari in sæculares, nec Monasteria in Collegia Clericorum sæcularium, nisi casu quo reperiri non possint Religiosi, quibus illa reformentur, & restauretur collapsa disciplina. *c.* 5. *h. t.* confer Schmalzgr. *h. t. n.* 26.

TITULUS. XXXVII.

De Capellis Monachorum & aliorum Religiosorum.

Q. 1. *Nomine Capellæ quid veniat? Resp.* Varia in jure significationes habet, subinde enim signi-

significat altare in templo exstructum, nonnunquam Oratorium vel sacram ædiculam à templo separatam; interdum omnem Ecclesiam etiam Parochialem per se & seorsim existentem, modò non sit Collegiata; hic intelligitur nomine Capellæ Ecclesia Parochialis unita seu incorporata Monasterio sive Ecclesiæ Regulari.

Q. 2. *Quis, à quo, & qualiter præficiendus sit Ecclesiæ Parochiali, seu habenti populum cum annexâ cura animarum, dum talis Ecclesia Monasterio est unita? Resp.* 1. Dum Ecclesia Parochialis unita est Monasterio *jure non pleno*, id est, tantùm quoad percipiendas decimas aliósque reditus, præficiendus est illi ab Ordinario, de consilio tamen & consensu Religiosorum, Sacerdos sæcularis. Habentur hæc & alia *c. 1. h. t. c. 31. de præb.* 2. Dum Ecclesia Parochialis unita est Monasterio *jure pleno*, ita nimirum, ut Religiosi non tantùm decimas aliósque fructus temporales talis Ecclesiæ percipiant, sed etiam prælatus Regularis principalis Rector & Parochus sit, hodie is non prohibetur ibi constituere Vicarium Regularem, examinandum tamen & approbandum ab Episcopo, & visitationi Episcopali quoad Parochialia subjectum Trid. *Sess. 7. c. 7. de ref.* 3. Dum Ecclesia est unita Monasterio *jure pleniſſimo*, sive quoad omnia, ita ut etiam populus sit exemptus à jurisdictione Episcopi, Episcopus diœcesanus nihil habet in eâ juris quoad institutionem, destitutionem, visitationem, sed Prælatus loco Episcopi est. *c. 21. de privil.* Trid. *Sess. 25. c. 11.*

de

de Regular. 4. Quomodo *de jure* (de consue-tudine sæpe quid aliud obtinet) Religiosi in Pa-rochiis viventes debeant habere socium, dicitur in *c. 3. & 4. h.t. c. 2. de statu Monach.*

TITULUS XXXVIII.

De Jure Patronatûs.

Q. 1. Quid & quotuplex sit jus Patronatûs? *Resp.* ad 1. *Est jus sive facultas nominandi aut præsentandi*, quæ duo ferè in hac materia conveniunt, *Clericum instituendum ad Ecclesiam vel beneficium vacans.* Vel juxta alios, *est jus honorificum, onerosum, & utile competens alicui Ecclesiæ, quam de Ordinarii consensu fundavit, construxit, aut dotavit ipse, vel is, unde causam accepit.* Utraque definitio latiùs explicabitur infra. Illud hîc notandum, quòd jus Patronatûs neque merè temporale sit, neque omnino spirituale, sed spirituali annexum antecedenter. *c. 16. h.t.*

Resp. ad secundum 1. Aliud est Ecclesiasticum, aliud sæculare, aliud mixtum. *Ecclesiasticum est*, quod Collegio Ecclesiastico aut personæ Ecclesiasticæ ratione Ecclesiæ, dignitatis, vel beneficii competit, vel quod ex bonis Ecclesiasticis ad fundandam, construendam, aut dotandam Ecclesiam applicatis est comparatum. *Laicale* vel *sæculare* est, quod vel ex bonis patrimonialibus, vel ex alio *titulo* sæculari competit; qui titulus jus Patronatûs Ecclesiasticum à laico distinguit, non possessor. In dubio attenditur, num deferatur

jure

jure successionis hæreditariæ, & tum præsumitur laicale arg. *c.* 1. *de præb.* neque nihil hoc in casu facit persona possidens. Schmalzgr. *h. n.* 9. Potest ex laicali jure Patron. Ecclesiasticum fieri, & contra. *c. un. h. t. in* 6. *Mixtum* est, quod partim ratione Ecclesiæ, partim ratione patrimonii competit. 2. Aliud est *hæreditarium*, scil. ad hæredes quoscunque transiens; aliud *familiare* sive *gentilitium*, quod ad eos tantùm hæredes transit, qui ex familiâ certâ v. g. fundatoris vel à fundatore nominatâ descendunt. 3. Aliud est *reale* sive *accessorium*, quod annexum est rei alicui temporali, v. g. castro, prædio, adeòque in quemcunque rei talis possessorem, sive Ecclesiasticum sive sæcularem, modò sit capax feudi, transit. Aliud *personale* sive *principale*, quod adhæret personæ v. g. fundatoris & hæredum independenter à re aliqua temporali. In dubio censetur personale. Engel. *h. n.* 23. *not.* 5.

Q. 2. *Quænam sint differentiæ inter Jus Patronatûs Ecclesiasticum & laicale? Resp.* Præcipuæ sunt seqq. 1. Patronus Ecclesiasticus habet semestre, laicus quadrimestre ad præsentandum. *c. un.* §. *verùm. h t. in* 6. incipit utrique currere à die vel horâ vacationis cognitæ, éstque dein continuum. *c.* 5. *de conceff. præb.* 2. Ecclesiasticus variare nequit, sic ut plures successivè possit præsentare; quod autem simul possit, inde probatur, quia simultanea præsentatio Patrono Ecclesiastico nullibi reperitur prohibita. Laicus econtra præsentare potest plures tam simul quàm successivè modò, priùs id faciat, quàm

unius

unius ex pluribus à se præsentatis secuta sit insti-
tio, & modó non excludat priùs præsentatum. c.
24. 29. *h. t.* 3. Pontifex, nisi clarè exprimat, non
censetur derogare juri Patronatûs sæculari, sed
men Ecclesiastico. *c.* 28. *h. t.* 4. Laicus præsen-
do indignum pro illa vice probabiliùs non priv
tur jure præsentandi, sed tamen Ecclesiasticus. c.
de suppl. negl. Præl. c. 4. *de off. Jud. Ord.* 5. Dum
beneficium Curatum est juris Patronatûs Eccles
stici, debet observari forma à Trid. *Sess.* 24. c. 18
de ref. præscripta, & juxta §. *si verò. ibid.* insti
concursus, non vero necessariò in beneficio Cu
to juris Patronatûs laicalis.

Q. 3. *Quinam sint capaces juris Patronatûs?* *Resp.* In genere omnes *Christiani*; in specie, de quibus dubium videri poterat, sunt capaces jure Patronatûs 1. *laici*, qui per privilegium universale ad hoc sunt habilitati. *c. fin. de concess. præb.* 7. *h. t.* etiamsi illegitimi sint, spurii, vel irregulares, excommunicati; quia nec hi reperiuntur excepti. 2. *Minores & pupilli*, qui intra annos impubertatis etiamnum constituti, modò usum rationis habeant, absque tutoris authoritate valide præsentant. arg. *tot. tit. de desponſ. impub. &c. fin. de jud. in* 6. 3. *Fœminæ. c.* 7. *h. t. c. fin. de conc. præb.* Si tamen jus patronatûs annexum sit bonis marito in dotem datis, hic, non fœmina, præsentabit. Ratio, quia non tantùm fructus rerum dotalium, sed fictione juris ipsum etiam dominium Civile penes maritum est quoad omnes effectus jure non exceptos. arg. *L.* 9. *C. de R. V.*

ergo

ergo. 4. Etiam *possessor* b. f. juris præsentandi validè & licitè præsentat. *c.* 19. *h. t.* etiam motâ jam lite super proprietate juris Patronatûs. *c.* 2. *ut lit. pend.* & licèt postea succumbat, præsentatus ab illo & institutus in suo beneficio debet sustineri. *c.* 19. *cit.* 5. Competere præterea potest jus præsentandi *Collegiis & Capitulis*, quibus si *ùt universis* seu *per modum unius corporis* competit, invalidè præsentant singuli aut plures, sic ut vel unus non vocatus agere de contemptu possit. arg. *c.* 28. 36. 42. *de elect.* vid. Pichl. *h. n.* 7.

Q. 4. *Quibus modis acquiratur jus Patronatûs?* *Resp.* 1. Originaliter acquiritur 3. modis, ùt Gloss. in *can.* 26. *caus.* 16. *q.* 7. ait: *Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus*; non quasi verò unus conjunctivè deberet Ecclesiam fundare, construere, & dotare ad hoc, ut jus patronatûs acquirat, sed sufficit, quòd unus det fundum in eum finem, ut Ecclesia ædificetur; alter propriis sumptibus cum consensu Ordinarii eam ædificet, vel penitus destructam restituat; tertius dotet, id est, sufficientes in sustentationem Ministrorum reditus assignet. *c.* 3. & 25. *h. t.* Trid. *Sess.* 14. *c.* 12. & præcipuè. *Sess.* 25. *c.* 9. *de ref.* hócque casu tres erunt patroni, de quibus latiùs Schmalzgr. *h. à n.* 35. Neque requiritur, ut qui fundat, construit, aut dotat Ecclesiam, expressè sibi jus Patronatûs reservet, sed tantùm, ut actu contrario non remittat; quia Ecclesia ipso jure id in remunerationem indulget, per *c.* 41. *de testib.* Quarumcunque tamen Ecclesiarum fundatione, ædificatione, dota-

tatione non acquiritur jus Patronatûs plenum & quoad omnes effectus, nam si sit *Ecclesia Collegiata* vel *Conventualis*, acquiritur solùm quoad honorem & similes effectus, non quoad jus nominandi aut præsentandi Prælatum ad talem Ecclesiam vacantem, nisi specialiter hoc sit obtentum per indultum Pontificium. *c. 25. h. t.* Nec potest fundator *laicus* sine consensu Pontificis in limine fundationis reservare sibi suisque successoribus jus hoc coëligendi *Prælatum c. 51. de elect.* licet tamen jus præstandi assensum electioni Prælati sibi intimatæ. arg. *c. 25. cit.* quæ Patroni approbatio modò post electionem communem de jure communi petenda est & præstanda; quia tum modò intelligitur facta esse electio. *c. 42. & ib. de elect.*

Resp. 2. Acquiritur præterea jus Patronatûs ex speciali concessione S. Pontificis; quod exprema ejus in Ecclesiasticis potestate detumum. 3. Præscriptione, qualis ea esse debeat, vide apud Reiffenst. *h. àn.* 12.

Q. 5. *Quæ jura competant Patronis respectu Ecclesiarum, quarum sunt patroni? Resp.* Comprehenduntur *seq. vers. Patrono debetur honos, onus, emolumentum, præsentet, præsit, defendat, alatur egenus.* In specie 1. Competit *Patrono honos*, qui consistit in digniore sede præ aliis laicis (domino territoriali excepto) in Ecclesia, & honorario loco in Processionibus, suscipienda pace & thurificatione, oblatione palmarum & candelarum. *c. 26. caus. 16. q. 7. c. 25. h. t.* quòd aliqui velint

Re-

Rectorem Ecclesiæ indigere veniâ, dum Patronum vult convenire in judicio, caret fundamento & est Ecclesiis præjudicioſum. 2. *Onus* incumbens Patrono est cura & defensio Ecclesiæ, ne hæc à potentioribus opprimatur. *c. 60. cauſ. 16. q. 1.* ne dos aliáve ejus bona malè alienentur aut malè impendantur. *c. 31. & ſeq. cauſ. 16. q. 7.* éſtque *plerumque* Patronus etiam Advocatus Ecclesiæ. *c. 23. h. t.* Interim tamen vi curæ ſuæ & defensionis nequit patronus laicus ullam exercere jurisdictionem de jure comm. aut bonorum Ecclesiasticorum administrationem. *c.* 18. 23. 25. *cauſ.* 16. *q.* 7. *c.* 12. *de pœn. c. 4. h. t.* Trid. *Seſſ. 24. c. 3. de ref. & Seſſ. 25. c. 9. ibid.* Ecclesiasticus tamen rationes de administratione in temporalibus tum à beneficiato, tum ab aliis Administratoribus petere potest. *c. 7. h. t. c. 3. §. in Eccleſiis de privil.* Correctum est *c.* 51. *de appell.* per Trid. *Seſſ. 24. c.* 18. *de ref.* 3. Si Patronus ad inopiam vergat, illud *emolumenti* ei competit, quòd ab Ecclesiâ Patronatâ alimenta ei sint subministranda, & quidem abundantiùs quàm aliis pauperibus. text. & AA. in *c. 25. h. t. c. 29. & 30. cauſ.* 16. *q. 7.* Census quoque, si quos sibi reservavit cum consensu Episcopi in limine fundationis, percipere potest. *c. 23. h. t.* non verò post fundationem jam factam novis gravare Ecclesiam. *c. 7. & ſeq. de Cenſ.* arg. *L. 4. C. de donat.* Ratio, quia tum Ecclesiæ jam est jus quæsitum. 4. Competit præcipuè Patrono *jus præſentandi*, sive *præſentatio*, de quâ

*Q. 6. Quid de jure præsentandi & ipsa ac-
præsentatione dicendum? Resp. 6.* Præsentatio est e-
hibitio personæ idoneæ ad Ecclesiam vel bene-
cium vacans Episcopo, vel alteri, ad quem
stitutio pertinet, legitimè facta; hæc si sit ac-
ptata, jus ad rem tribuit, ùt commun. neque
sui valorem requirit præsentiam patroni; arg. c.
de his, quæ à Præl. c. fin. de concess. præb. ne-
præsentati; quia ex nullo textu hæc præsentia
ligitur. Est tamen præsentatio ita necessaria,
collatio beneficii patronati vel contradicente
ignorante Patrono ab *Episcopo* facta fuerit
collatio illa sit invalida. *c. 8. h. t.* quod aliàs
jicitur. *c. 14. & 29. h. t.* Ratio, quia caret Episco-
pus potestate ejusmodi Ecclesias vel beneficia
berè conferendi. 2. Qui præsentatur, debet
se dignus, id est, qualitatibus in beneficiato re-
quisitis instructus, indignus enim, it. laicus, ille-
gitimus, excommunicatus invalidè præsentatur
arg. *c. 15. h.* neque se ipsum quis validè præsen-
tat. *c. 26. h. t. c. fin. de Inst.* quia inter dantem
accipientem debet esse distinctio. Casus, in qua-
bus patronus consequi beneficium sui patronatus
possit, recenset Schmalzgr. *h. n. 170.* Filium
men suum, aliàs dignum, pater præsentare po-
test. Idem ex *c. 15. h. t. & à n. 178.* plura habe-
de præsentatione consanguineorum à fundatore
reservata. 3. Illicitè præsentatur minùs dignus
relicto digniore, saltem si beneficium sit cura-
tum. Trid. *Sess. 24. c. 1. ℣. itaque. c. 18. ℣. pro-
rò. de ref.* Multi judicant, satisfacere Patronum
lai-

laicum, modò dignum præsentet, idque probant ex Trid. *Sess. 24. c. 18. ℣. quod si.* quòd satisfaciat pro foro externo, certum est. 4. Si unus idemque patronus præsentet plures, dignior ab Episcopo est instituendus. *c. 24 h. t.* Trid. *l. cit.* valida tamen foret institutio minùs digni. *c. 29. h. t.* si plures à patrono præsentati sunt paris meriti, non quidem extraneum à præsentatis distinctum instituere potest Episcopus; quia præsentati habent aliquod jus; locus tamen est gratificationi inter præsentatos. *c. 3. h. t. c. 24. eod.* 5. Si plures sint patroni, & diversi diversos præsentent, sic tamen, ut votis pares sint, nullius præsentatio tenet, neque Episcopus tenebitur aliquem instituere, saltem si nullus sit dignior. Pirh. *h. n.* 100. ex *c. 3. h. t.* 6. De tempore præsentationi præfixo, & an aut quomodo variare possit Patronus, dictum est supra *h. t. Q.* 2.

Q. 7. Quibus modis jus Patronatûs semel legitimè acquisitum in alios transferatur? Resp. 1. Successione hæreditariâ, & quidem in hæredes fundatorum quoscunque, nisi familiare sit, aut aliquis eorum sit hæres in re aliquâ certâ; quo casu ad hunc non transit jus Patron. si res, in quâ succedit, illud non habeat annexum. *c. 1. & 3. h. t. Clem. 2. eod.* Schmalzgr. *h. à n. 123. usque ad n.* 145. 2. *Donatione. c. 8. ⁂ & c. un. pr. h. t. in 6.* ubi habetur, quòd Patronus laicus irrequisito Episcopo jus Patronatûs, sive reale fuerit, sive personale, donare possit. plura Schmalzgr. *à n. 146. h. t.* 3. *Venditione* rei, v. g. castri, cui

jus Patronatûs accessoriè annexum. *c. 13.* ju
Gloss. ℣. *emptorum.* & *c. 7. h. t.* non tamen
strum pluris vendi potest; quia jus Patron
annexum; nec de eo fieri debet specialis
ventio, aut mentio *conjunctivè*; cæteroquin
mitteretur simonia. *c. 7. cit.* 4. *Permut*
ùt habetur *c. 40. caus.* 16. *q. 7.* & quidem
accessoriè permutari potest cum re quacun
temporali, ùt dictum de venditione; *per*
cum alia re aut jure duntaxat spirituali, inter
niente tamen consensu Episcopi, saltem si
feratur in laicum vel Clericum privatum, F
h. t. n. 79. hinc cum immunitate ab obligat
solvendi decimas nequit permutari; quia
immunitas est quid merè temporale; sed
cum jure decimas percipiendi, quia laicus
hujus est incapax. 5. *Locatione prædii*, an
annexum jus Patronatûs, in conductorem
tem si locatio fiat ad longum tempus; quia
conductor pro possessore habetur. *L. 1. §. 3.*
de superficieb. vid. *c. 7. h. t.* 6. *Emphyteusi*
ne etiam & *infeudatione* castri, cui annexum
Patron. *c. 7.* & *13. h. t.* non tamen *oppignora*
ne seu *hypothecatione* castri transfertur in credi
rem. *c. 18. de sent. & re jud.* 7. *Præscriptione*
quâ vid. Wiestn. *h. n.* 173. Schmalzgr. *n.* 146.

Q. 8. *Quomodo probandum, & cui jus Patro*
natûs? Resp. ad primum. 1. Si dubium sit, pro
bari debere hoc jus, patet. Ratio, quia in dub
præsumuntur potius beneficia Ecclesiastica collat
tiva

tiva esse, quàm patronata. 2. Modus probandi jus Patronatûs à Trid. *Sess. 25. c. 9. de ref.* præscribitur duplex, unus observandus privatis, alter Magistratui & Communitatibus. vid. Trid. & Schmalzgr. *à n. 234.* ad *n. 244.*

Resp. ad secundum. Judici, cui probari debet, est Judex Ecclesiasticus, qui solus est competens ad cognoscendas causas juris Patronatûs, si sit quæstio juris & non meri facti. *c. 3. de jud.* Ratio, quia jus Patronatûs vel spirituale est vel spirituali annexum, ergo.

Q. 9. Quibus modis amittatur jus Patronatûs?

Resp. Amittitur vel potiùs extinguitur jus Patronatûs *sine delicto* Patroni 1. *Voluntariâ cessione*, eâque vel expressâ vel tacitâ. *c. un. h. t. in 6.* 2. *Unione* Ecclesiæ vel beneficii cum alia Ecclesia liberâ, consentiente patrono & sibi jus Patronatûs non reservante. *c. 8. de Constit.* 3. *Non usu positivo* per longum tempus; sic enim præscriptio privativa inducitur. 4. *Destructione* Ecclesiæ totali aut *dotis interitu.* 5. *Extinctâ omnino familiâ* fundatoris, dum pro illâ *tantùm* jus Patronatûs erat reservatum. 6. *Suppressione* vel *ablatione Papa*, nec tamen is solet, nec licitè potest auferre jus Patronatûs. latè Pirh. *h. t. n.* 133. Deinde *ex delicto* amittitur jus Patronatûs *per cædem* aut *mutilationem* Rectoris vel Clerici in Ecclesia patronatâ à patrono factam. *c. 12. §. sacri. de pœn.* per *venditionem* aut *translationem Simoniacam* juris Patronatûs. *c. 6. h. t.* Trid. *Sess. 25. c. 9. §. nec dictum jus de ref.* per *perceptionem illicitam*

citam fructuum beneficii aut bonorum istius [illegible] merariam usurpationem. Tid. *l. cit.* ℣. *patr[illegible] autem.* demum per *crimen læsæ Majestatis*, al[illegible] similia delicta, de quibus vid. Engel, Wiest. V[illegible] & alii.

TITULUS XXXIX.

De Censibus, Exactionibus, & Procurationibus.

Q. 1. *Quid de Censibus dicendum? Resp.* C[illegible] duplex sit potestas Episcopi juxta *c. 14. [illegible] offic. Ord.* alia, quæ dicitur *Lex Jurisdictionis*, [illegible] consistit in *dando*, ùt in datione Ordinum, [illegible] neficiorum, dispensationum &c. alia, quæ [illegible] citur *Lex diœcesana*, & consistit in *accipiendo* [illegible] in accipiendis per Episcopum pensionibus &c. inde de iis hîc agitur. Et 1. quidem *Census* [illegible] accipitur, prout videre est apud Leur. *h. t. Q.* [illegible] & Schmalzgr. *h. t. n 1.* hodie loco est onus [illegible] vel quælibet pensio annua, quæ ex reditibus Ecclesiæ, Monasterii, Beneficii ex justa causa solvitur Episcopo vel authoritate illius aliis. *c. 2. [illegible] penult. h. t. c. 6. de Relig. dom.* éstque vel *antiquus*, qui fuit impositus tempore fundationis aut consecrationis Ecclesiæ, vel *novus*, qui modò post fundationem aut consecrationem Ecclesiis imponitur. Uterque vel *temporalis*, vel *perpetuus*. 2. Dictum jam est superiùs ad *Tit. 12. huj. Libri* in genere, posse Papam censum vel pensionem,

etiam

etiam perpetuam, ipsi beneficio imponere. *c. 2. de prab. in 6.* estque id intelligendum tam de novo censu quàm antiquo. Porro in specie, antiquum pariter potest constituere Episcopus tam in propriam quàm in patroni aut alterius utilitatem. *c. 23. de jure Patron. c. 16. & 21. h. t.* It. patronus cum consensu Episcopi. *c. 23. cit.* novum *perpetuum* nequit constituere Episcopus aut alius Papâ inferior. *c. 7. h. t.* excipitur casus, quo Episcopus cum consensu Capituli eximit aliquam Ecclesiam à sua jurisdictione. *c. 6. de Relig. dom.* & quando nova pensio non obvenit Episcopo; sed Ecclesiæ pauperi, aut tenui beneficio. *c. 9. de his, quæ fiunt à Pral.* addunt alii, quando Episcopus imponit pensionem alumnaticam pro Seminario fundando, quod Trid. *Sess. 23. c. 18. de ref.* vult erigi in quacunque diœcesi, cui aliunde non est provisum. 3. Ex sola præstatione annuâ censûs facta Episcopo ab aliquâ Ecclesia vel Monasterio non satis colligitur aut probatur ejus subjectio. Ratio, quia ex aliis justis causis deberi potest, ut patet ex *c. 8. de privil. c. 35. de jure Patron.* 4. In qua monetâ solvendus sit census, videri debent dicta ad *Tit. de solution.*

Q. 2. *Quid juris circa exactiones? Resp. Exactionum* nomine in genere veniunt contributiones & collectæ pecuniariæ, quæ aliquando à Prælatis Ecclesiasticis, aliquando à Magistratu sæculari imperantur; quæ si statis temporibus pendantur, v. g. singulis annis, dicuntur *ordinariæ*, si ex justâ superveniente causâ, *extraordinariæ:*

In ſpecie Jure Canonico cognitæ ſunt ſeq
Portio Canonica, eáque vel *Epiſcopalis*, & eſt
ta penſio, quæ debetur Epiſcopo ex legati
lictis piis locis in ſua diœceſi; vel *Parochialis*
Parocho aut Eccleſiæ Parochiali debetur
quæ obveniunt ratione funeris alteri Eccleſiæ
quâ Parochianus ejus ſepelitur. Neutra amp
in uſu eſt; de utraque tamen agit Schmalzg
Epiſcopali *Tit. 26. à n. 222.* de Parochiali
28. à n. 83. 2. *Quarta decimarum*, quæ
rocho de jure communi pendi debet Epiſco
c. 16. de off. Ordin. c. 19. de Cenſib. c. 13.
que ad imitationem Legis Veteris, in qua po
lus Levitis ſolvebat decimas, Levitæ verò
decimis decimam partem dabant Sacerdoti
2. Esdræ 10. ℣. 37. nec hæc amplius in uſu
agit tamen de illa Leur. *Libr. 1. Decretal. Q.*
n. 2. & in for. benef. part. 1. Q. 480.
3. *Cathedraticum* ita dictum, quia Epiſcopo
ſignum ſubjectionis, & honorem cathedræ
præeſt, ſolvitur; appellatur alio nomine
daticum, quia in Synodo ſingulis annis celebra
ab omnibus ad eam vocatis conſuevit præſtari
Engel ait *h. t. n. 5.* hodie in Capitulis rura
ipſis Decanis Cathedraticum ſolvi ad Epiſcopu
transmittendum. Solvi debent hoc nomine
ſolidi de jure communi *c. 16. de off. Ordin.*
betur Cathedraticum ab omnibus Eccleſiis,
pellis, beneficiis, Parochiis ſæcularibus,
cit. non tamen à Monaſteriis & Eccleſiis Reg
laribus, etiamſi aliàs non exemptis. *can. 1.*

10.

10. q. 3. Totaliter, ſtante ſubjectione, nequit tolli per conſuetudinem aut præſcriptionem. arg. *L. 6. C. de præſcript. 30. vel 40. annor.* 4. *Subſidium charitativum* eſt penſio moderata propter manifeſtam & juſtam cauſam ab Epiſcopo ex reditibus Eccleſiaſticis cum charitate poſtulata. *c. 6. h. t.* ſi tamen negetur, compelli poſſunt ad ſolvendum ii, quia negant; quia eſt charitas præcepta. Non tantùm Pontifex ab omnibus Clericis & Eccleſiis totius Eccleſiæ Catholicæ, ſed etiam Epiſcopus, & Capitulum ſede vacante poſſunt per totam ſuam diœceſim ab omnibus *Clericis* beneficiatis, etiam Canonicis, ultra congruam ſuſtentationem reditus habentibus, ſubſidium charitativum exigere. *c. 16. de off. Ord. c. 6. h. t.* exempti tamen ſunt iterum ab hoc ſubſidio Regulares, & Monaſteria, aliàs etiam non exempta. *can. 8. cauſ. 10. q. 3. can. 34. cauſ. 16. q. 1.* niſi præſint beneficiis & Eccleſiis ſæcularibus; & de his intelligitur *Clem. un. de exceſſib. Præl.* Liberi etiam ſunt Laici à præſtando ſubſidio charitativo, ùt colligitur ex *c. 16. cit.* & habet generalis conſuetudo. Interim Epiſcopi, qui ſimul Principes Imperii ſunt, Tributa, ſteuras, & collectas illas ſubditis imponere poſſunt, quas æquitas, jus & LL. Imperii permittunt. Sed de Tributis vid. P. Söll. *in Tract. de Trib. à n. 13. à n. 75. & n. 330.*

Q. 3. *Quid nomine Procurationum veniat? Reſp.* Procurationes hic ſumuntur pro neceſſariis ſumptibus & impenſis, quibus Epiſcopi, vel alii illorum

rum loco, actualiter visitantes diœcesin vel
clesias indigent pro sustentatione compet
arg. *c. 23. h. t.* Trid. *Sess. 24. c. 3. de reform.*
Primitus per *c. 1. & 2. h. t. in 6.* victualia
debeant in naturâ, hodie per Trid. *cit.* licet
iam eorum loco pecunias accipere. plura
3. Omnes Ecclesiæ tam sæculares, quàm Reg
res, quæ & quando visitantur, procuration
præstare debent. Trid. *l. cit. c.* 14. & 23.
non tamen Oratoria privata. *c. fin. h. t.* nec
clesiæ vel per privilegium, vel per consuetudi
exemptæ, *c. 17. h. t.* vid. Pichl. *h. t. n.* 10.

TITULUS XL.

De Consecratione Ecclesiæ vel altaris.

Q. 1. *Quid de consecratione Ecclesiæ sentiendum?*
Resp. Prævie. Postquam actum est de
ribus Cleri, agitur ferè usque ad calcem pr
sentis Libri de iis, quæ ad Ecclesias ipsas per
nent. 2, Ecclesiæ nomine *hic* venit ædes sacra,
qua fideles ad rem divinam audiendam & per
pienda Sacramenta congregantur, quæ profect
ædes meritò apud nos Catholicos consecrantur,
id est, DEO dedicantur à legitimo Ministro, de
bitâ materiâ & forma interveniente cum inten
tione Canonicâ, dum ex L. V. constat, loca il
populi Hebraici, in quibus præfigurativa tantum
sua sacrificia offerebant, Domino fuisse conse
crata. Differt consecratio à *benedictione*, quod

bene-

benedictio fiat per aspersionem aquæ benedictæ tantùm & per certas preces, adhæreátque pavimento, quod aspergitur; consecrationis verò *materia* sit Chrisma, quo inunguntur parietes, *forma* consistat in solenni verborum pronuntiatione, quibus consecrans utitur. 3. Extra locum vel ab Episcopo consecratum, vel *benedictum*, vel saltem ad publicum DEI cultum deputatum *regular.* divina non licet celebrare. *can.* 1. 11. 12. 15. *de Consecr. dist.* 1. excipitur casus necessitatis, *can.* 12. *cit.* vel dum Episcopus v. g. iter faciens vult celebrare. *c. fin. de privil. in 6.* vel dum privilegium, aut à S. Pontifice aut ab *Episcopo*, concessum est celebrandi super altari portatili in loco non sacro. Schmalzgr. *h. à n.* 8. 4. Ecclesiæ consecratio fieri debet ab Episcopo eóque proprio. *c.* 1. *de Relig. dom. c.* 2. *h. t.* neque ab eo alteri non Episcopo v. Sacerdoti simplici committi potest. Ratio, quia est actus Ordinis Episcopalis; prout est benedictio. Ita omnes. 5. Ecclesia non debet consecrari ab Episcopo, nisi fuerit sufficienter dotata, aut priùs non consecrata; vel non iterum execrata, id est, si non amiserit consecrationem; quod quo pacto fiat, vid. Pichl. *h. t. n.* 4. *can.* 26. assertio probatur ex *can.* 26. *caus.* 16. *q.* 7.

Q. 2. *Quid sit de altaris consecratione? Resp.* 1. Nomine *altaris* venit lapis ad sacrificandum ordinatus & consecratus. Aliud est *fixum* sive *immobile*, quod scil. certo loco tanquam basi affixum, ita ut superior mensa & inferior basis simul

mul componant universum altare, ipsâ corp
ctură principaliter constituente altaris fixi
stantiam. Barbos. in *c. 1. h. t. n. 2.* Aliud p
tile, mobile, vel, ùt in *c. ult. de privil. in 6.*
citur *viaticum*, est, quod moveri & de loc
locum transferri potest. 2. Utrumque debe
se lapideum, *can. 31. de consecr. dist. 1.* & po
tile quidem tantæ saltem capacitatis, ut c
calicem & patenam. *Comm.* 3. Utrumque
erari debet ad hoc, ut desuper sacrificium p
possit. Ita habetur de fixo *can 19. de co*
dist. 1. & *c. 1. h. t.* de portatili *can. 30. dist.*
& ex usu antiquissimo in Lege naturæ, scrip
& in Lege gratiæ. Et quidem de jure ab Episco
can. 25. de consecr. dist. 1. ex *solo* privilegio P
tificio committi potest, & commissa est facu
tas consecrandi altaria non Episcopis; ùt pa
ex privileg. Ordin. de qubus Schmalzgr. *h. t.*
4. Ad *valorem* consecrationis altaris necessa
non est, imponi reliquias Ss. quia ex nullo
tale præceptum generale erui potest. 5. Ex
cratur altare, id est, amittit consecrationem,
de novo sit consecrandum, dum enormiter
ditur aut frangitur. *c. 1. 3. 6. h. t.* juxta aliqu
dum sepulchrum, sive locus reliquiarum, &
vocatur, lapidis sigillum tollitur, aperitur, fra
tur. Item dum altaris fixi mensa seu lapis supe
removetur à basi. *c. 19. de consecr. dist. 1.* non
men Ecclesia iteratò est consecranda, dum alter
fuit execratum, aut contra. Ratio, quia
consecratio alteri non est accessoria. *c. 1. h. t.*

Q. 3. Calices, patenæ & paramenta Sacerdotalia qualiter consecrentur, & quid de campanis? Resp. 1. Calices & patenæ etiam cum inunctione consecrari debent, & quidem ab Episcopo vel ab aliis privilegium habentibus. *Comm.* Debent esse de auro vel argento, vel ob causam paupertatis ex stanno. *can. 44. & 45. de consecr. dist. 1.* Amittitur consecratio calicis & patenæ per amissionem formæ & usûs; non amittitur, si diuturnitate temporis deauratio est absumpta; si verò de novo calix deauretur, sufficit aliquibus eum ablui aquâ benedictâ, alii judicant, de novo esse consecrandum.

Resp. 2. Benedici debent paramenta & vestes Sacræ ad sacrificium Missæ pertinentes. *can. 9. dist. 23 can. 39. 40. 42. de consecr. dist. 1.* Non tantùm Episcopi, sed etiam Abbates & superiores Mendicantium benedicere possunt paramenta hujusmodi, in quibus Chrisma non intervenit. *Declar. Cardin.* apud Gallemart ad Trid. *Sess. 23. c. 10. de ref. n. 1.* etiam pro aliis Ecclesiis, ùt praxis habet. Amittunt consecrationem paramenta, dum ita franguntur, ut non sint apta âd usum, ad quem destinabantur, vel quando non ampliùs retinent formam priorem. Engel *h. n. 8.*

Resp. 3. Campanæ Ecclesiarum rectè benedicuntur & chrismate unguntur, ùt probat Engel *n. 7. h. t.* Schmalzgr. *n. 55.* Fit hæc benedictio vel ab Episcopo, vel etiam ab Abbatibus Pontificalia exercentibus. La Croix *Libr. 6. p. 2. 406.* ubi etiam ait, praxin multorum locorum habere,

ut

ut ab Episcopo aliis, quin adeo Superioribus [illegible] dinum Mendicantium benedictio campanarum committatur. Addendum, quòd & cœmeteria soleant & debeant vel consecrari vel benedici. Rationes affert Engel ad *tit. de sepult. n. 1.*

Q. 4. Quid sit notandum de reconciliatione Ecclesiæ? Resp. 1. Violari sive *pollui* Ecclesia dicitur, dum manente ejus formâ materiali, adeóque [illegible] consecratione accidit in eâ aliquid, quod à sanctitate loci maxime alienum est. 2. Actiones, quibus pollui censetur Ecclesia, sunt homicidium vel sanguinis humani ex *vulnere* & per injuriam graviter peccaminosam in ipsa Ecclesiâ factum copiosa & notoria effusio; fornicatio, aliave voluntaria & illicita humani seminis emissio, ac copula carnalis, præsertim illicita, in Ecclesia & notoriè habita; sepultura hominis excommunicati vitandi, aut non baptizati. Sola hæc delicta sunt, per quæ Ecclesia polluitur, quia in odiosis extensio non est facienda. Interim eadem de cœmeterio procedunt, quo tamen polluto non censetur polluta Ecclesia, quamvis viciſſim. *c. an. de cons. in 6.* 3. Effectus Ecclesiæ ita violatæ est, quòd absque peccato mortali in eâ nequeant peragi Sacra aut officia divina, neque in illa vel cœmeterio sepeliri mortuus ante reconciliationem vel Episcopi dispensationem; si violatio fiat durante missâ, ait Schmalzgr. *h. n. 65.* si ante consecrationem, missam cœptam esse abrumpendam, secus, si post consecrationem. 4. *Reconciliatio* consistit in aspersione aquæ cum vino cinere & sale benedicto

dicto ab Episcopo, si Ecclesia fuit aliquando consecrata; qui & per se loquendo tum solus reconciliare eam potest. *c. 9. h. t.* per privilegium alii non Episcopi, uti Superiores Minorum & Societ. Si Ecclesia fuerit solùm benedicta aut deputata tantùm ad publicum cultum divinum, reconciliatur per aspersionem aquæ lustralis, & non exspectatâ Episcopi licentiâ, à quolibet simplici Sacerdote. *c. fin. h. t.* per solam tamen subsequentem Missæ celebrationem Ecclesia non reconciliatur. Ratio, quia *c. 4. & 9. h. t.* præscribitur forma & modus Ecclesiam reconciliandi, nullibi tamen fit mentio reconciliationis per celebrationem Missæ.

TITULUS. XLI.

De Celebratione Missarum, & Sacramento Eucharistiæ, & Divinis Officiis.

Q. 1. *Quid sit Eucharistia, quæ ejus materia, quæ forma &c.? Resp.* 1. Eucharistia est Sacramentum Corporis & sanguinis Christi sub speciebus panis & vini ad spiritualem animarum refectionem divinitus institutum. Ita Cathol. omnes. explicántque hanc definitionem TT. 2. Materia hujus Sacramenti est panis triticeus & vinum de vite. *Florent. in Decret. Eug.* & *traditio* perpetua Ecclesiæ tum Latinæ tum Græcæ. Panis iste convenientiùs ex mente Ecclesiæ Latinæ debet esse

esse azymus, quàm ex Græcæ fermentatus. Ratio petitur ex *D. Thom. in 4. dist. 2. q. 2. a. 2.* quæ desumpta est ex *Matth. 26. & Marc.* 14. Vinum autem ob sacram significationem vi præcepti pauxillum aquæ debet admisceri. Flor. *in Decret.* Trid. *Sess. 22. c. 7.* 3. Forma consecrationis ad valorem Sacramenti necessaria & sufficiens est: *Hoc est Corpus meum: Hic est sanguis meus*; quia his verbis usus est Christus *Matth. 26. Marc.* 14. *Luc. 22.* 4. In Augustissimo Eucharistiæ Sacramento verè, realiter, ac substantialiter præsens est corpus & sanguis Christi. Patet ex promissione Christi Joan. *6. caro mea* &c. NB. verè, *est cibus*, *& sanguis meus verè*, NB. verè, *est potus*, ergo non *figuratè*. Patet ex institutione: *Hoc est Corpus meum*, ergo non figura Corporis. Patet ex PP. quorum plures videri est apud Bellarm. 5. Minister hujus Sacramenti *quoad confectionem* est solus Sacerdos; quia Christus solis Sacerdotibus hanc potestatem contulit *Luc. 22.* solus etiam Sacerdos ex officio & ordinarius dispensator est hujus Sacramenti *c. 28. de consecr. dist. 2.* Trid. *Sess. 22. c. 8. de Sacr. Miss.* Notetur *c. omnis utriusque sexûs*, 12. *de pœnit. & remiss.* & vid. Moralist. qui agere solent de *subjecto* Eucharistiæ. de dispositione tam corporis quàm animæ requisitâ ad hujus Sacramenti susceptionem &c.

Q. 2. An Missa sit sacrificium, qua & quali obligatio sacrificandi? Resp. ad primum. Affirm. Missa est verum & propriè dictum Sacrificium, sive

sive in Missa offertur Deo verè & propriè Sacrificium, èstque idem numero sacrificium crucis quoad substantiam rei oblatæ & principalem offerentem. Desumitur 1. ex eo, quòd Christus in ultimâ Cœnâ primus panem & vinum consecrando sacrificavit, ut impleretur figura *Gen.* 14. *v.* 18. *Melchisedech Rex Salem protulit*, hoc est, obtulit *panem & vinum;* additur namque causa: *erat enim Sacerdos Altissimi*, & vaticinium *Ps.* 109. *Tu es Sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedech*, ita sentiunt Ss. PP. apud Bellarm. præcepit autem Christus, ut & Apostoli illud facerent: *Hoc facite* ergo. 2. Desumitur ex antiquissimis Liturgiis, ex CC. Nicæno primo, Lateran. sub Innoc. III. Flor. Trid. 3. Ex PP. antiquissimis Cyrillo, Ambrosio, Cypriano, Augustino &c. 4. Ex ipsa ratione, alias enim defacto nusquam sacrificium esset in Ecclesia Christi; deficeret inter actus Religionis perfectissimus; deterior esset conditio Ecclesiæ Christi, quàm ulla unquam alia Religio, quæ nunquam fuit sacrificio destituta. Effectus hujus sacrificii recensent Schmalzgr. *h. n.* 24. ex Trid. *Sess.* 22. *can.* 3. *de Sacrif. Miss.*

Resp. ad secundum 1. Probabilius est, Sacerdotem simplicem mortaliter peccaturum, nisi aliquoties in anno, puta 3. vel 4. in festis præsertim solennioribus sacrificium offerret. D. Thom. in 3. *p. q.* 82. *art.* 10. & desumitur ex *Luc.* 22. *hoc facite in meam commemorationem.* Trid. *Sess.* 22. *c.* 1. *de Sacrif. Miss.* Beneficiati Curati, sive Parochi obligantur vel per se vel per alium omni-

bus illis diebus ſacrificare, quibus plebs illis ſub-
dita tenetur audire Miſſam; quia hoc tum mu-
nus paſtorale exigit, tum reditus & oblationes
quas accipiunt; imò ex quadam decentiâ & con-
ſuetudine, ſi non ex præcepto, ùt putant Sotus
& Azor, ſemel atque iterum in ſeptimana. Be-
neficiati non Curati toties, quoties vi fundationis
exigitur; qui tamen hoc caſu non poſſunt accipere
ſtipendium pro ſuâ Miſſa, alii licitè regulariter.
Colligitur ex 1. *Cor.* 9. Qualiter obligatus ſit
Parochus offerre Miſſam pro ſuis Parochianis,
habet Reiffenſt. *h. à n.* 22.

Reſp. ad ſecundum 2. Uno eodémque die hodie
non licet plures Miſſas celebrare. *c.* 12. *h. t.* ex-
ciditur ſolennitas Natalis Domini, ubi 3. Miſſa
legi poſſunt. *c.* 3. *h. t.* & in caſu, quo ab aliqui-
bus binari poteſt. Nec licet de jure communi
celebrare ante ortum ſolis, nec poſt meridiem,
niſi neceſſitas, diſpenſatio Epiſcopi, ſpeciale pri-
vilegium, conſuetudo legitima aliud permittat.
De loco, ubi celebrare liceat, dictum eſt ſupra,
& videri poteſt Pichl. *h. t. n.* 4. An & qualiter
& à quo numerus Miſſarum ad minorem nume-
rum reduci poſſit, habet *h. t.* Leur. Q. 977. &
Schmalzgr. *h. à n.* 137.

Q. 3. *Quinam obligentur ad officium divinum
& quomodo?* *Reſp.* 1. Ad officium divinum, quo
nomine venit *Breviarium* ſive *Horæ Canonicæ*,
indies recitandum tenentur omnes Clerici in ma-
joribus conſtituti, licèt ſint ſuſpenſi, depoſiti, aut
de-

degradati. *c. 1. & 9. h. t.* Religiosi (idem est de Monialibus) ad chorum professi, licèt fortè ex causâ à choro sint absentes; vi generalis consuetudinis Ordinum. Beneficiati, etiam tenue beneficium habentes. Latiùs Schmalzgr. *h. à n.* 51. 2. Præter reatum gravem, quem incurrunt omnes, qui vel semel breviarium omittunt sine causâ, aut notabilem ejus partem, si *beneficiatus* post 6. menses ab obtento beneficio tali modo horas omiserit, *non facit fructos suos*, & tenetur ad eorum restitutionem faciendam in fabricam vel pauperes pro ratâ temporis & officii omissi. *Concil. Later. sub Leon. X. Sess. 9. § statuimus.* Pius V. in Bulla: *Ex proximo.* Alex. VII. *in prop.* 20. *damn.* Beneficiatus tamen Curatus non tenebitur ad restituendos omnes fructus diei, quo omissum Breviarium, correspondentes, sed illos tantùm, qui correspondent Breviario. Engel *h. n.* 23. 3. Modus recitandi Breviarium præscribitur in *c. 9. h. t.* plura Engel *à n. 27. h. t.* 4. Causæ excusantes à recitatione Breviarii sunt, *oblivio & incogitantia naturalis. Infirmitas gravis*, si absque magna difficultate vel periculo corporis recitari non possit; in dubio de sufficiente morbi gravitate standum est judicio Confessarii, vel prudentis & probi Medici. *Repentina & necessaria occupatio* vel ex officio vel charitate suscepta. *Dispensatio* vel Pontificis, vel impropria Episcopi, aut Superioris Regularis. *Impotentia recitandi*, ùt cœcitas, defectus Breviarii, inculpabiliter amissi, si aliud haberi nequit. Qui

tamen non potest totum officium legere, tenetur ad partem. Innoc. XI. *in damn. propos.* 54.

TITULUS XLII.

De Baptismo & ejus effectu.

Q. 1. *Quid sit Baptismus, quæ ejus necessaria materia & forma? Resp.* 1. Baptismus verus scil. & proprius *fluminis* (de Baptismo enim sanguinis, quod est Martyrium, & *flaminis*, sive voto, quæ est contritio perfecta, nihil hic attinet dicere) est *Sacramentum regenerationis per lavacrum aquæ in verbo vitæ.* Ita Comm. ex Catech. Rom. Pii V. *Joan.* 3. *v.* 2. *Ephes.* 3. *v.* 26. Ita institutus ante Christi mortem, ut indicatur c. 2. *de consecr. dist.* 4. & coll. *Joan.* 4. *Act.* 19. 2. *De facto* necessarius est vel in re vel voto susceptus non tantùm necessitate præcepti, sed etiam medii. Ita cum Ecclesia Trid. *Sess.* 7. *can.* 6. ex verbis Christi *Joan.* 3. *v.* 4. 3. *Materia* Baptismi remota est omnis & sola aquæ naturalis, ut patet ex perpetua traditione & prâxi Ecclesiæ, definitione Conc. Lateran. Flor. Trid. *Sess.* 7. *can.* 2. de *Bapt.* ipsisque Christi verbis *Joan.* 3. *Materia proxima* est ablutio per aquam, juxta illud *Eph.* 5. *v.* 26. *mundans lavacro aquæ.* 4. *Forma* Baptismi in Ecclesia latina est: *Ego te Baptizo in nomine Patris & Filii & Spiritûs sancti.* desumitur ex Matth. 28. *v.* 19. quæ quidem explicita trium Personarum invocatio ad valorem est necessaria, coll. ex Act. 19. *v.* 2. Tradit. PP. ex quibus Ambros.

brol. *L. variar. QQ. q. 2.* ait: *Si quis dicat*, ego *te baptizo in Christo JESU, & non dicat in nomine Patris & Filii & Spiritûs sancti, sicut dominus instituit, non est verus Baptismus.* Canoni *à quodam Judæo. 24. dist. 4. de consecr.* opponuntur *can. 28. & 81. ead. dist.* 5. Validè confertur Baptismus à quovis homine, etiam non baptizato. *can. à quodam Judæo cit.* licitè, extra casum necessitatis, à Parocho proprio. Commun. 5. Subjectum baptismi capax est omnis & solus homo viator, sive contraxerit originale, sive non. *Matth. 28. v. 19.* &c. In specie, quinam possint aut debeant baptizari, vid. Leur. *h. t. Q.* 180.

Q. 2. Quinam sint effectus Baptismi? Resp. Seqq. *primus*, gratia sanctificans cum habitibus fidei, spei & charitatis, & deletio omnimoda peccati originalis in parvulis & perpetuò amentibus, in adultis etiam peccatorum actualium omnium, modò hi de actualibus habeant saltem attritionem. *c. 3. h. t. c. 1. & Clem. un. de summ. Trin.* Trid. *Sess. 5. in Decret. de pecc. orig. secundus*, remissio totius pœnæ temporalis & æternæ. Trid. *Sess. 6. c. 14. tertius*, character indelebilis, ob quem Baptismus sine lecrilegio nequit reiterari. Trid. *Sess. 9. de Bapt. can. 12.*

TITULUS XLIII.

De Presbytero non baptizato.

QUn. *An & qualiter Baptismus fluminis sit necessarius ad alia Sacramenta suscipienda & administranda ? Resp.* Dictum est in *priori Tit.* necessarium esse ad salutem consequendam Baptismum vel fluminis vel flaminis ; dicendum est hic 1. Baptismum fluminis absolutè necessarium esse ita ut Baptismus flaminis non sufficiat, ad omnia alia Sacramenta validè recipienda, utpote janua ad cætera. ex *c. 1. & 3. h. t.* comm. Cathol. atque siquis ordinatus est Presbyter non baptizatus, de novo baptizari & ordinari debet, cæteroqui manet laicus. *Idem.* 2. Dicendum, à Presbytero non baptizato baptismo fluminis invalidè administrari Sacramenta illa omnia & actus ab Ordine verè suscepto dependentes, quales sunt consecratio Eucharistiæ, absolutio à peccatis &c. Ratio, quia in his Ecclesia supplere non potest. 3. Sacramentum tamen Confirmationis non prærequiritur in Ordinando ad valorem Ordinis, requiritur tamen de præcepto, ùt patet ex Decreto Trid. *Sess. 23. c. 4. de ref.* quale illud & quomodo obligans præceptum sit, vide apud Schmalzgr. *h. n. 9.*

TITU-

TITULUS XLIV.

De Custodia Eucharistiæ, Chrismatis, & aliorum Sacramentorum.

QUn. *Quidnam præcipiatur vel prohibeatur duobus capitulis hoc titulo contentis? Resp.* 1. In *cap.* 1. *h. t.* præcipitur, ut Sacrosancta Eucharistia & S. Olea, aliáque Sacramenta, seu potiùs Sacramentalia decenter & sub fideli custodia in Ecclesiis asserventur. Ex quo etiam cap. uti & ex D. Clem. *L.* 8. *Const. Apostol. c.* 13. & recepto à tempore Concil. Nicæni in Ecclesia more probatur, rectè Eucharistiam in Ecclesiis asservari. Causas, ob quas olim in Ecclesiis asservata sit Eucharistia recenset Schmalzgr. *h. t. n.* 6. súntque inter præcipuas, ut petentibus præsertim infirmis ministrari possit; ut fideles semper habeant Christum præsentem sibi etiam quoad humanitatem, ad implendam ipsius promissionem *Matth.* 28. *v.* 20. ut publicè adorari, in altari exponi, & in processionibus possit circumferri. Porro Ecclesiæ, in quibus asservari solet & debet Eucharistia, sunt solæ Parochiales, Cathedrales, & Regulares; in Monasteriis tamen Monialium non est asservanda intra chorum vel septa, sed in Ecclesia. Trid. *Sess.* 25. *de Regular. c.* 10. Item asservari debet in tabernaculo mundo ac in pyxide deaurata cum lumine perpetuo; clavis autem tabernaculi in Ecclesiis Parochialibus privativè à Parocho asservari debet, juxta S. Congreg. Conc.

in Asculana. 25. *Jun.* 1689. in non Parochialibus ab earum Rectore, nunquàm à Monialibus laicis. Gloss. in *can. fin. caus.* 24. *q.* 1.

Resp. 2. In *cap. 2. h. t.* præcipitur, ut oratoria vasa, corporalia, pallæ altaris & vestimenta Ministrorum munda & nitida sint. Prohibetur insuper, ne suppellectilia profana tam Clericorum quàm laicorum extra casum necessitatis in Ecclesis reponantur.

TITULUS XLV.

De Reliquiis & Veneratione Sanctorum.

QUn. *Nomine reliquiarum Sanctorum quæ veniant, & quid de Sanctis eorúmque reliquiis in præs. tit. statutum?* *Resp.* ad primum. Nomine reliquiarum veniunt Sanctorum corpora, vel eorum partes, ossa, cineres, vestes, vela, panni, instrumenta martyrii aut mortificationis &c.

Resp. ad secundum 1. Prohibetur, nequis non Canonizatus à S. Pontifice (ad quem solum spectat canonizatio aut beatificatio. AA. ad *c.* 1. *h. t.*) cultu publico colatur pro Sancto, privatus enim non censetur prohibitus *c.* 1. *h. t.* 2. Ne reliquiæ antiquæ ostendantur extra capsam, vel exponantur venales. *c.* 2. *h. t.* non tamen vetitum est, eas vendere ratione materiæ, ex qua conficiuntur, vel cui commiscentur contusæ aut etiam ratione expensarum in iis conficiendis aut deportan-

randis factarum, uti & ratione capsarum &c. Pirch. *h. t. n. 10.* 3. Ne noviter inventæ exponantur cultui publico, nisi approbatæ à S. Pontifice; sufficit tamen approbatio Episcopi, si vel cum reliquiis inveniatur instrumentum authenticum aut scriptura, vel si aliunde constet, eas esse Sancti antiquitus approbati, *cit. cap.* & Trid. *Sess.* 25. *in Decret. de invocatione, & veneratione & reliquiis Sanctorum, & sacris imaginib.* Ex quo etiam Trid. *l. cit.* & 3. *Reg.* 18. 4. *Reg.* 2. & 4. *Gen.* 18. *Josuæ* 5. *Joan.* 12. *Luc.* 12. probatur, Sanctos non quidem cultu *Latriæ*, qui soli Deo debetur, sed *duliæ* tanquam amicos Dei & intercessores honorandos. Item ex *c.* 19. *Gen.* ℣. 32. *Zachar.* 1. *Tob.* 12. *Apoc.* 4. & 8. 2. *Mach.* 15. eos invocandos. Demum ex *cit.* Trid. *Act.* 5. ℣. 15. *Act.* 19. ℣. 11. & 12. *&c.* probatur, rectè coli Sanctorum corpora & reliquias. Quid sit circa ritum canonizandi Sanctos, vid. Schmalzgr. *h. t.* §. 1.

TITULUS XLVI.

De Observatione Jejuniorum.

Q. 1. *Quid sit jejunium, & in quo illud consistat?* *Resp.* 1. Jejunium in genere est abstinentia à cibis vel parsimonia victûs in quantitate & qualitate. Est vel *naturale*, scil. abstinentia ab omni cibo & potu in stomachum transmisso, quale servari debet à media nocte usque ad Missiæ celebrationem & sumptionem Eucharistiæ; vel *Ecclesiasticum*,

sticum, quod secundùm formam ab Ecclesia p... scriptam instituitur, & definitur, quòd sit ab... nentia à carnibus, & subtractio prandii, ac p... cœnam cujuslibet cibi usque ad diem sequen... Dum Ecclesia solam abstinentiam à carnibus p... cipit, uti diebus Veneris & ex consuetudine S... bus Sabbathinis, excepto die natali Dominii... jusmodi diem incidente, *Abstinentia* dicitur; cu... præter abstinentiam à carnibus prohibet simul a... teram de die refectionem, vocatur *Jejunium*.

Resp. 2. Jejunium requirit tria 1. *abstinentiam ciborum certi generis*, non etiam potûs simpliciter talis: præcipuè exigit abstinentiam à carnibus *can. 6. dist. 4. can.* 10. *dist.* 3. *de Consecr.* & alia quæ sementinam carnis orginem habent, ubi lac, butyrum, ova. *can. fin. v. par autem est*: *dist.* 4. quæ tamen in nostra Germaniâ permittuntur; de lardo porcino, pinguedine anserum &c. contrarium sentit Laym. præsertim propter periculum, ne ad alia v. g. farcimina, juscula carnium &c. licentia hæc cum scandalo & detrimento jejunii Ecclesiastici extendatur. Quorundam animalium esus, uti sunt testudo, fiber, lutra, rana, limaces, ubique est concessus. Disputant hic AA. an habens simpliciter facultatem edendi carnes die jejunii, censeatur totaliter liber ab obligatione jejunii, ita ut possit etiam sæpius edere. Tria quæ circa materiam hanc sunt sententiæ, sunt omnes probabiles. 2. Requirit jejunium *refectionem unicam*, integram tamen & plenam, cujus brevi interruptione, vel modicissimi cibi sumptione

tione jejunium non solvitur, proùt *h. n.* 12. & 13. exemplificat Wiestner. 3. Utista refectio unica *cœna* sit, non prandium; quæ tamen hodie tempore prandii sumitur, ita comm. consuetudine receptum: quâ pariter inductum est, ut liceat præter unam integram refectionem adhibere vesperi *collatiunculam*, quæ quoad qualitatem & multo magis quoad quantitatem valdè moderata esse debet: ubi iterum optimè attenditur consuetudo.

Q. 2 *Quinam teneantur ad jejunium, & qui ab eo excusentur? Resp.* ad primum. 1. Ad abstinentiam à carnibus tenentur diebus Veneris & Sabbatinis omnes & soli illi Christani, qui septimum ætatis annum compleverunt. Ratio, quia præceptis Ecclesiasticis non ligantur, nisi ratione præditi, quales non præsumuntur parvuli ante septimum annum.

Resp. ad primum. 2. Ad jejunium, id est, ad unam tantùm refectionem tenentur diebus jejunii strictè sumpti omnes Christiani, qui compleverunt 21. annum, non priùs, etiamsi robusti sint. Ita comm. sensus AA. & ipsius Ecclesiæ. Tenentur autem usque ad sexagesimum annum; quia ætas talium jam solet esse infirma; alii tamen judicant, certum pro senibus tempus quo deobligentur à jejunio, statutum non esse.

Resp. ad secundum. Causæ excusantes à jejunio sunt 1. *ætas*, secundùm dicta. 2. Corporis *infirmitas*. 3. *Paupertas*, qualis est eorum, qui habere non possunt, quod eis ad unicam congruam

gruam refectionem sufficiat. 4. *Labor corporalis*, ubi tamen notandæ propositiones damnatæ ab *Alex. VII.* 30. sic habet: *Omnes officiales in Rep. corporaliter laborant, sunt excusati ab obligatione jejunii, nec debent se certificare, an labor sit compatibilis cum jejunio.* & 31. *Excusantur absolute à præcepto jejunii omnes illi, qui iter agunt, equitando, utcunque iter agant, etiamsi iter necessarium non sit, & etiamsi iter unius diei conficiant.* 5. Peccatum sive opus præstantius & Deo gratius incompatibile cum jejunio. 6. *Dispensatio.* dum justa causa alia non est evidens, sed dubia; est autem dispensatio petenda à superiore, qui respectu regularium est superior localis, respectu sæcularium Episcopus, vel eo absente, aut, juxta mentem etiam præsente Parochus, juxta cujusque dioecesis consuetudinem.

TITULUS XLVII.

De Purificatione post partum.

QUn. *An & quanto tempore puerperis abstinendum ab ingressu templi &c.? Resp.* 1. In L. V. præceptum quidem divinum erat *Levit.* 12. quod arcebantur fœminæ ab ingressu templi per 40. dies, si masculum; per 80. si fœmellam peperissent; hodie tamen illud utpote *ceremoniale* habitum est, ut mulieri, si velit & possit, statim post partum templum liceat ingredi, nec peccet si secluso contemptu se negligat purificari. c. xii. h. t.

t. *Mortiferum* interim non est præceptum purificationis, cum Leges ceremoniales tantùm *typicæ* (non *religiosæ*, qualis est lex purificationis post partum, lex decimarum) sint mortiferæ: hinc honestè adhuc observatur in Lege gratiæ, & consuetudo videtur habere, ut & abstineant mulieres per aliquot hebdomadas ab ingressu Ecclesiæ; & illam dein præviâ benedictione &c. introducantur. 2. Ubi consuetudo contrarium non habet, introductio illa mulierum & benedictio privativè ad Parochum spectat, juxta Declarat. S. Congreg. Conc. in *Antverpiens.* 19. *Nov.* 1662. *&c.*

TITULUS XLVIII.

De Ecclesiis ædificandis vel reparandis.

Q. 1. *Quænam requirantur ad novæ Ecclesiæ constructionem? Resp.* 1. Justa causa. 2. Consensus Episcopi vel expressus vel tacitus, etiam subsequens. *c.* 4. *de priv. in 6.* qui hunc sine justa causa negare non potest pro Ecclesiis novis construendis; pro oratoriis privatis consensus Episcopi necessarius non est. *can.* 33. *&* 35. *dist.* 1. *de Consecr.* Ut tamen in iis legantur sacra, facultatem absque rationabili causâ non rectè concedit Episcopus. Trid. *Sess.* 22. *de Sacrif. Miss. c.* 8. 3. Locus congruus, in quo Episcopus vel per se vel per alium crucem figat & primum lapidem ponat. *c.* 9. *dist.* 1. *de Consecr.* 4. Dos congrua. *cit. can.* 5. Ut Ecclesia noviter erigenda non

vergat

vergat in præjudicium alterius. Plura videre Pichl. *h. t. n. 2. & n. 3.* affert requisita ad hoc intra fines alterius Parochiæ nova Ecclesia Parochialis ædificetur.

Q. 2. *Penes quos sit obligatio reparandi Eccles. Parochiales, & ædes Parochorum, si evadant ruinosæ? Resp.* 1. Debet ante omnia attendi, & si adest, observari consuetudo & particularia statuta tam circa reparationem Ecclesiarum quam ædium Parochialium. 2. De reparatione Ecclesiarum Parochialium Trid. *Sess. 21. c. 7. de ref.* habet seq. *Parochiales verò Ecclesias, etiamsi quæ Patronatûs sint, ita collapsas refici & instaurari procurent* (Episcopi) *ex fructibus & proventibus quibuscunque, ad easdem Ecclesias quomodocunque pertinentibus, qui si non fuerint sufficientes, omnes patronos & alios, qui fructus aliquos ex dictis Ecclesiis provenientes percipiunt, aut in illorum defectum Parochianos omnibus remediis oportunis ad præmissa cogant....* Ex his Pirh. *h. n.* 20. Wiestn. *n.* 4. Schmalzgr. *n. 51.* Pichl. *n. 5.* inferunt, Patronos non accipientes pensionem aut reditus aliquos ad concurrendum pro reparatione non obligari; secus autem, si hos percipiant. Similiter & decimatores tam qui patroni sunt, uti certum est ex Trid. *cit.* quàm qui non sunt, hi tamen subsidiariè limitatione, concurrere obligantur, Schmalzgr. *h. n. 54.*

TITU-

TITULUS XLIX.

De Immunitate Ecclesiarum, Cœmeterii, & rerum ad eas pertinentium.

Q. 1. *Quid & quotuplex sit Immunitas Ecclesiastica, & quo jure introducta? Resp.* 1. Est Jus, quo loca, res, vel personæ Ecclesiasticæ à communi onere seu obligatione liberæ sunt & exemptæ. 2. Dividitur hinc in localem, quæ locis; realem, quæ rebus; personalem, quæ personis competit. Engel *h. n.* 2. facit distinctionem inter Immunitatem *Ecclesiarum* & Immunitatem *Ecclesiasticam.* 3. Immunitas *localis*, pro *jure ejus* sumpta, est in L. N. Jure tantùm positivo, quia aliud non probatur; Civili tamen & Canonico, ùt patet t. t. C. de his, qui ad Eccles. confug. & *t. tit.* ⁊ *h. t.* & Constit. Greg. XIV. *Cum aliàs.* & Bened. XIII. *Ex quo.* valdè rationabiliter introducta. 2. *Personalis & realis* Immunitas quo jure competat, dictum est ad Tit. *de for. compet.* & latiùs habet Pichler *h. t. n. 38.* ex c. 4. *de Censib. in* 6.

Q. 2. *In quo consistat Immunitas personalis Clericorum & personarum Ecclesiasticarum? Resp.* 1. In privilegio canonis *si quis suadente.* 29. *caus.* 17. *q.* 4. 2. In privilegio fori, vi cujus ad forum sæculare Clerici non possunt pertrahi, de quo ad *Tit. de for. compet.* 3. In exemptione ab obligatione Legum Civilium, uti dictum *Tit. de Constit.* Q. 7. §. 4. & Q. 16. §. 2. 4. In exemptione ab one-

oneribus personalibus, capitatione, Kopff-Ge
c. 1. *h.t. in* 6. *L.* 1. *&* 2. *& Auth. Item, nulla C.*
Episc. & Cler. angariis & parangariis, Fr
Dienst/ Scharwerck. *c.* 4. *h.t. L.* 2. & *Auth.*
à muneribus & obsequiis sordidis. *L.* 12. C.
excus. mun. ab indifferentibus & honorabi
etiam excusantur, nisi velint sponte suscipere
17. *&* 52. *C. de Ep. & Cler.* 5. In exempti
ob oneribus mixtis, quæ vel laborem person
exigunt & simul sumptus, uti est ire ad bell
propriis sumptibus; vel quæ imponuntur
ditis propter res uti sunt collectæ seu contri
tiones novæ, Steuer und Anlagen; vectig
Zöll; portoria, Mauth; accisæ, Aufsch
indebita, Umbgelder; *c.* 4. *de Censib. in* 6. *Om*
fin. eod. Ratio, quia exactio similium fund
activè in jurisdictione, *passivè* in subjectione, C
sus aliquos exceptos refert Pichler *h. t. n.* 33.
n. 35. ait, personas Ecclesiasticas immunes
esse ab onere concurrendi ad opera publica,
publicè necessaria & utilia, vel construenda
reparanda, quorum usus immediatè ad singulos
Clericos æquè ac laicos pertinet, uti est, si pur
gandus sit puteus communis, si reparandæ vi
pontes, fontes &c. Ratio, quia talia vi Jurisd
ctionis non exiguntur, sed impensarum, aut
taciti pacti.

Q. 3. *In quo consistat Immunitas realis Eccles*
rum ac personarum Ecclesiasticarum? Resp. 1. *h*
Ecclesiæ sacras & benedictione aliquâ aut con
cratione affectas immunes esse ab exactione sæ
culari;

cularí; item bona beneficialia vel titulo ſpiritua-
li aut ſacri miniſterii acquiſita, quò ſpectant etiam
decimæ, omnes conſentiunt. 2. Bona tempora-
lia Eccleſiarum & perſonarum Eccleſiaſticarum
exempta eſſe à collectis Laicorum novis, *titulo
jurisdictionis* exactis, vix ullus negat, & deſumitur
ex *c. 4. de Cenſ. in 6. c. 4. 7.* ⁂ *& c. 1. h. t. in 6. &c.*
3. Non ſunt tamen exempta bona temporalia
Eccleſiarum, nec patrimonialia Clericorum à tri-
butis Principum aut Magiſtratuum ſæcularium
antiquis, titulo dominii, pacti, vel reſervationis
impoſitis. *cap. 22. cauſ. 23. q. 8.* neque, ut proba-
bile eſt, ab antiquis titulo jurisdictionis impoſitis,
priusquam bona illa ad Eccleſias pervenirent. arg.
*c. 5. de pignor. c. 79. de R. I. in 6. c. 1. de Cenſ.
cum 21. 22. cauſ. 23. q. 8.* Neque à novis, quæ
titulo pacti imponuntur, dum actu in Eccleſias
vel perſonas Eccleſiaſticas talia bona transferun-
tur. *c. 4. de condit. appoſ. c. 6. de donat. c. 23. de Jure
Patron.* 4. Quinam gaudeant Immunitate reali,
deſumitur partim ex tit. *de vita & honeſt. Cler.* par-
tim ex Schmalzgr. *h. t. n. 15.* qui etiam *n. ſeq.* quæ-
ſtionem illam decidit, utrùm coloni *partiarii* fun-
dorum Eccleſiaſticorum quoad partem colonī-
cam collectis & aliis oneribus laicalibus poſſint
gravari. 6. Pœnæ in violantes Immunitatem
Eccleſiaſticam circa actiones &c. ſunt ſtatutæ in
*c. 4. & 7. h. t. c. 4. de Cenſ. in 6. Clem. un. & Ex-
trav. quod olim. inter Commun. h. t. Bull. Can. & Bull.
Urban. VIII. Romanus Pontifex.*

Q. 4. *In quo conſiſtat Immunitas localis? Reſp. 1.*

In hoc, quòd ob reverentiam locis sactis de tam actus profani prohibeantur, quales esse ferre sententiam vel placitum, per *c. 1. & 5.* *c. 2. eod. in 6.* mercatus & nundinæ. *cit. c. 2.* U versitatum & Societatum quarumlibet profa consilia. *c. 2. cit.* ludi theatrales & spectacula sint ad pietatem comparata, per *can. 1. dist. 92.* 12. *de vit. & hon. Cler.* Trid. *Sess. 22. decret. de Serv. & evit. in celebr. Miss. V. ab Ecclesiis.* 2. Qu illuc confugientes tuti sint in vitâ & membr quo secundo modo considerata Immunitas calis appellatur *Jus asyli*, vel *asylia*, aut *asy*

Q. 5. *Quibus locis Jus asyli competat?* Resp *Ecclesiis*, quæ, ut hoc jure gaudeant, non debe necessariò esse consecratæ, aut benedictæ, vel nè constructæ; sufficit, eas esse ad publicum Dei sæ Sacrificium deputatas; imò Ecclesiis etiam p terdictis, pollutis, & destructis, sed cum spe dificationis, jus illud competit. Schmalzgr. *h. n. 112. cum seqq.* ex *c. 9. h. t. &c.* Extenditur a jus ad Sacristias Ecclesiarum, turres, porticus, nuas, atrium &c. *L. 3. C. de his, qui confug. ad Eccl can. 20. & 36. caus. 17. q. 4.* non tamen ad 30. 40. passus à templis, quam extensionem, si quan do de jure locum habuit, consuetudo videtur ab rogâsse. 2. *Cœmeterio*, sive contiguum sit Ec clesiæ, sive separatum, modò legitimè sit erectum Rubr. *h. tit. c. fin. h. t.* 3. *Hospitali* authoritate Episcopi erecto & cum altari ad celebrandum. *c. 4. de Relig. dom. L. 35. C. de Ep. & Cler.* 4. *Mo nasteriis, Conventibus, & Collegiis Regularium.* Col

stii.

stit. Greg. XIV. *Cùm aliàs.* 5. *Oratoriis*, etiam privatis, si tamen cum authoritate Episcopi erecta, & in perpetuum cultui divino sint deputata; in quibus tantùm ex licentia Episcopi celebrantur Missæ certis diebus, hoc jure non gaudent. 6. *Domui* seu *Palatio Episcopi*, per *can. 36. caus. 17. q. 4.* 7. Extenditur Jus asyli ad *Tabernaculum*, si in hoc actu asservetur Eucharistia, & ad Sacerdotem Ssmum portantem. AA. comm.

Q. 6. *Quibus hominibus Jus asyli competat? Resp.* Omnibus specialiter non exceptis, nullâ sexûs, ætatis, statûs & conditionis habitâ ratione; & 1. Infidelibus, Judæis, paganis, saltem si se velint convertere. 2. Excommunicatis, interdictis, & similibus. 3. Servis, ob grave delictum ad Ecclesiam confugientibus, sive dein sint propriè tales sive adscriptitii & originarii; quo etiam spectant desertores militiæ. 4. Debitoribus civilibus ad carcerem evitandum. 5. Fugitivis, vel è carcere vel manibus lictorum elapsis. 6. Clericis & Religiosis non tantùm contra judices sæculares, sed etiam eatenus contra Ecclesiasticos & suos Superios, ut ab illis (propter crimina scil. non excepta) inde extrahi & judici ac Brachio sæculari nequeant extradi secundùm Leges puniendi, non verò eatenus, ut nequeant extrahi, puniendi correctione & pœnâ Ecclesiasticâ secundùm Canones. Habet hæc omnia fusè Schmalzgr. §. 4. *h. t. à n. 154. ad n. 185.*

Q. 7. *Quanam sint crimina, quæ ab asylo excludant? Resp.* De his extant præcipuè Bullæ duæ,

Gregorii XIV. *Cùm aliàs*, & piissimè mo
gnantis Benedicti XIII. edit. anno 1725.
Idus Junii incip. *Ex quo.* Bulla Gregoriana
in terminis seqq. *Hæ itaque nostrâ perpetu*
turâ Constitutione omniâ & quæcunque privilegiu
sublatâ penitus omni differentiâ ita ad unam
tûm formam reducimus & moderamus, ut
ad Ecclesias, locáque sacra & religiosa confug
bus, si fuerint publici latrones viarúmque gr
res, qui itinera frequentata publicásque strat
sident, ac viatores ex insidiis aggrediuntur: a
populatores agrorum, quive homicidia &
tiones membrorum in ipsis Ecclesiis earúmqu
teriis committere non verentur: aut qui pro
proximum suum occiderint, aut assassinii, v
aut læsæ Majestatis in personam ipsiusmet Pr
rei, Immunitas Ecclesiastica non suffragetur.

Bulla Benedicti XIII. sic inter alia habe
itaque prædicta Gregoriana Constitutione cautu
ut publicis latronibus, viarúmque grassatoribus
itinera frequentata, vel publicas stratas obsident
viatores ex insidiis aggrediuntur, Immunitas E
siastica minimè suffragetur, non levis autem
Doctores emerserit controversia, an quis ex
actu publicus latro & grassator dici possit, vel
ad id actus requirantur; Nos ejusmodi contro
siam dirimere intendentes, unicam tantùm gra
nem in via publica aut vicinali admissam suffice
hoc, ut quis publicus latro & grassator dici
dummodo tamen grassati mors aut membrorum
tilatio secuta fuerit, tenore præsentium d

Insuper ab Ecclesiasticæ Immunitatis beneficio excludimus atque repellimus, & pro exclusis atque repulsis haberi volumus nedum eos, qui homicidia aut mutilationes membrorum in Ecclesiis, earúmve cœmeteriis committere audent, quemadmodum in Gregoriana Constitutione sancitum est; verùm etiam eos, qui stantes in Ecclesiâ vel cœmeterio, interficiunt stantes extra Ecclesiam vel cœmeterium, aut ipsis membrum mutilant: nec non eos, qui stantes extra Ecclesiam vel cœmeterium, occidunt stantes intra Ecclesiam vel cœmeterium, aut iis membrum mutilant: ac eos tandem, qui confugientibus vim inferunt, atque ipsos ab Ecclesia, alióve loco immuni violenter extrahunt & abducunt, declarantes in quatuor præmissis casibus ejusmodi reos non illius tantùm Ecclesiæ, quam violárunt, sed cujuscunque etiam alterius Ecclesiæ Immunitate gaudere nequaquam posse aut debere.

Ad hæc in crimine assassinii non modò mandatarios, qui in ipsâmet Gregoriana Constitutione apertè excipiuntur, sed etiam mandantes, qui certum præmium aut mercedem, sive in pecuniâ, sive in aliis rebus tradiderint aut promiserint, quamvis promissio nullum habuerit effectum, dummodo assassinium reipsâ patratum fuerit, ab Ecclesiasticæ Immunitatis beneficio excludimus, ac pro exclusis haberi volumus & mandamus.

Excludimus pariter, repellimus, atque privamus ejusdem Immunitatis privilegio interficientes proximum suum animo præmeditato & deliberato: falsificantes Literas Apostolicas: Ministros Montis pietatis, vel alterius publici Telonii, aut banci pro depositis

tis Principis, privatarúmque personarum, furtum aut falsitatem in prædictis locis committentes, cuja ratione arca pecuniaria ita minuatur, ut pœna ordinariæ locus sit: Conflantes, adulterantes, vel tondentes quascunque monetas aureas vel argenteas, etiam Principum exterorum, quotiescunque in loco, aut provinciâ, ubi crimen admittitur, liberum habeant usum & commercium; vel ipsas monetas conflatas adulteratas, aut detonsas scienter ita expendere & erogare præsumentes, ut fraudis conscii atque participes censeri possint: Illos demum, qui sub nomine Curiæ sese introducunt in alienas domos, animo eidem perpetrandi rapinas, eásque reipsâ committunt cum homicidio, aut mutilatione membrorum alicujus ex domesticis earundem ædium, vel etiam extranei, quem ibi fortè reperiri contigerit, dummodo homicidium, vel membrorum mutilatio sequatur.

Ubi notândum, licèt in hac Benedicti XIII. Constitutione aliquorum in Gregorianâ exceptorum criminum mentio fieri non videatur, esse tamen & modò illa de exceptis, cùm Constitutio Gregoriana *cum omnibus & singulis in ea contentis & dispositis amplissimè*, ùt Bulla loquitur, *confirmata sit, approbata, & innovata, & criminum in illa exceptorum reis & delinquentibus Immunitatem Ecclesiasticam suffragari nequaquam debere, iterum ac de novo decretum sit & declaratum.*

Q. 8. Quis modus & norma circa hanc materiam servanda? Resp. In novissimâ Bullâ Benedicti XIII. cassatâ omni interpretatione Gregorianæ à DD. factâ, nullâ habitâ ratione praxeos à Curiis

&

& Tribunalibus quibuslibet invectæ, nec Declarationum sive à Tribunalibus Urbis, sive Congregatione S. R. E. Cardinalium emànatarum &c. inviolabiliter servanda statuuntur seqq. Verba Bullæ sunt: *Quotiescunque igitur Curia Ecclesiastica à Curiâ sæculari fuerit requisita, ut laicum aliquem delinquentem è loco immuni extrahi, eíque consignari faciat, eáque super delicti excepti qualitate, ac personæ reitate subministrata vel acquisita sint indicia, quæ ad capturam decernendam sufficere videantur; tunc Curia Ecclesiastica ad ejusdem delinquentis extractionem ab Ecclesia, aliísve locis immunibus, ope ac medio suorum Executorum, implorato etiam, quatenus opus sit, Brachii sæcularis auxilio, & cum interventu Personæ Ecclesiasticæ ab Episcopo deputandæ, procedere teneatur extractúmque ad suos carceres asportari, ac ibi sub tuta custodia detineri curet & faciat. Ubi verò ex processu informativo desuper conficiendo constet de crimine excepto, ac insuper adversus eundem extractum talia resultent indicia, ut crimen ab eo fuisse patratum moraliter credi possit (quæ quidem indicia juxta regulas juris vocantur ultra torturam) eo tandem casu præfatum extractum Ministris & Officialibus Curiæ sæcularis tradere & consignare possit ac debeat, exacta tamen receptáque priùs ab ipsis obligatione in forma juris valida restituendi extractum Ecclesiæ, sub pœna Excommunicationis latæ sententiæ Nobis ac pro tempore existenti Romano Pontifici reservatæ, quatenus idem extractus indicia contra ipsum acquisita in suis defensionibus purget, ac diluat. Quodsi*

ea minimè purgaverit, & verè delinquens repu
fuerit. Curiæ ſæculari in ipſum tali caſu, ut p
eſſe cenſuerit, agere atque procedere liceat.

Præterea conſiderantes ſæpe dictum Gregor
Prædeceſſorem in ſua Conſtitutione optimo qui
jure ſanxiſſe, ut ſoli Epiſcopi, & non alii Epiſc
inferiores, etiamſi locorum Ordinarii ſint, aut n
lius diœceſis, aut Conſervatores à Sede Apoſt
ſpecialiter vel generaliter deputati, cognoſcere &
clarare valeant, an delicta, pro quibus inquiſ
loca immunia confugerunt, & in iis ſe receperunt, i
nec ne de genere & numero exceptorum: Nos pr
dam ejusmodi diſpoſitionem approbantes & con
mantes, eique inhærentes, motu, ſcientiâ, ac poteſ
plenitudine ſimilibus, tenore præſentium quibuscu
Magiſtratibus, Officialibus & Miniſtris ſæculari
nec non quibusvis aliis Perſonis cujuscunque gra
& condutionis exiſtant, etſi Imperiali, Regali, D
cali, aut aliâ quâvis mundana dignitate, aut aucto
ritate præfulgeant, diſtrictè interdicimus, ac in
bemus, ne hujusmodi cauſis, vel conficiendo proc
ſus, vel inquiſitos extrahendo à locis immunib
vel declarando crimina ab eis admiſſa eſſe de ex
ptis in Gregoriana, aut in præſenti noſtra Conſti
tione, ullo pacto ſeſe ingerant, aut immiſcean
Quodſi ſecus quidquam attentare præſumpſerint, i
nunc omnia in contrarium præmiſſorum gerenda a
ta & inania, nulliúsque roboris vel momenti perp
tuò fore, ipsósque attentantes in cenſuras & d
pœnas à ſacris Canonibus & Conſtitutionibus Ap
ſtolicis adverſus eos, qui jurisdictionem Eccleſiaſ
tam

eam quoque modo lædunt ac violant, inflictas incurrere decernimus & declaramus; volentes, intendentes ac præcisè mandantes, quòd omnimoda cognitio atque judicium de criminibus in Gregoriana Constitutione exceptis, & à Nobis superius explicatis, tum etiam de aliis, quæ in præsenti nostra Constitutione adjicienda & similiter excipienda duximus, quemadmodum, ùt præfertur, adjecimus & excepimus, ad Episcopos tantùm, privative quoad alios, perpetuò spectet & spectare debeat; & donec ipsi in occurrentibus casibus declarârint, delictum esse de exceptis, & cætera omnia à Nobis superiùs constituta impleverint, inquisitos Ecclesiæ vel alterius loci sacri, ad quem confugerunt, immunitate gaudere tuò debere, ac in ea conservandos & manutenendos esse statuimus, præcipimus, & mandamus.

Tum Constitutionis præsentis Executores deputantur Patriarchæ, Primates, Archi-Episcopi & Episcopi, simúlque, ut immunitatem Ecclesiasticam sacerdotali animo defendant, admonentur. Demum iterùm monitio, ut Constitutio hæc inviolabiliter observetur, *non obstantibus quibuscunque &c.* concludit Ss. Pontifex, nulli hominum licere paginam hanc suæ voluntatis, sanctionis, declarationis, confirmationis, præcepti, decreti, mandati, prohibitionis & derogationis infringere, vel ei ausu contrario contraire &c.

TITULUS L.

Ne Clerici vel Monachi sæcularibus Negotiis se immiscеant.

Q. 1. *Quæ Negotiatio Clericis & Religiosis prohibita, & quomodo?* *Resp.* 1. Negotiatio *simplex; œconomica & impropriè* dicta, dum redduntur res non priùs emptæ, sed provenientes de propriis fundis &c. vel dum emuntur res ad propriam & familiæ sustentationem, & quæ etiam superflua sunt, pretio currente venduntur, Clericis & Religiosis non est illicita. Ratio, quia se non distrahit, nec impedit, quò minùs Deo divinis vacare possint.

Resp. 2. Negotiatio *lucrativa minùs propriè* talis, dum res emuntur eo fine, ut arte, industria ac labore in aliam formam mutatæ cariùs venditur, v. g. emitur lana, ut inde pannus; hordeum & lupuli, ut cerevisia inde confecta cum lucro vendatur, prohibita est Clericis & Religiosis *mero lucri studio* res *emunt* & per artem aut industriam *alienam* immutatas cariùs vendunt. Ratio, quia hæc negotiatio proximè accedit ad negotiationem propriè dictam, de qua *Resp. seq.* & dedecet statum Clericalem. Latiùs hæc habet Schmalzgr. *h. àn. 17. 18. 19.* quid in specie licitum sit, quid non. & *n. 20.* defendit, à Religiosis licitè vendi pharmaca arte suâ & industriâ confecta.

Resp. 3. Negotiatio *lucrativa propriè* talis, quando res emuntur, & quoad formam suam non mu-

mutatæ vel vâldè parum mutatæ venduntur carius, v. g. vinum, frumentum, panni emuntur, & majori pretio distrahuntur, certò est prohibita Clericis, ac præsertim Religiosis. *c. 9. & plurib. alis, dist. 88. c. fin. de vit. & honest. Cler. Clem. 1. ad. Trid. Sess. 22. c. 1. de ref. Ratio*, quia hæc negotiatio multò maximè dedecet statum Clericalem, nimiùm avocat à rebus divinis, sapit avaritiam. &c. Ubi & notandum, nomine Clericorum, quibus interdictum est negotiatione, venire Clericos in sacris constitutos, quod nemo negat; constitutos etiam in Minoribus, si habeant beneficium, non verò Minoristas beneficio carentes; quia hi à jure non exprimuntur, & licitè alia negotia sæcularia tractant. Nomine Religiosorum hic veniunt indistinctè omnes utriusque sexûs Religiosi, quia prohibitio præsens est favorabilis, utpote in bonum spirituale Religionum & ad vitanda peccata introducta.

Resp. 4. Prohibita est negotiatio lucrativa sub peccato mortali prædictis Clericis & Religiosis, quod patet ex gravitate pœnarum contra tales negotiatores statutarum, ùt infra dicetur. Excusatur autem à peccato saltem gravi, qui semel aut iterum est negotiatus; quia negotiator non dicitur, nisi à frequentatis actibus. Item, qui negotiationem propriè talem exercet per alios totam industriam præstantes, quia ferè cessat ratio prohibitionis. &c.

Q. 2. Quinam actus alii Clericis & Religiosis sint prohibiti? Resp. 1. Clericis sive in Majoribus, sive

sive in Minoribus tantùm constitutis (proc
fortiori de Religiosis) prohibetur interesse
ritativè *judicio criminali sanguinis*, adeo ut
cus in hoc immediatè NB. & per se NB, d
h. t. nihil omnino possit. *c. 5. & 9. h. t.* In
cio criminali, ubi non imponitur pœna, m
mors vel mutilatio sequatur, cognoscere
Ecclesiasticus potest. *c. 6. de pœn.* 2. Pro
tur Clericis & Religiosis etiam laicis, ordina
ciem, & dirigere milites in pugnâ more D
c. 9. h. t. excipitur casus gravissimæ neces
c. 2. de Immun. Eccles. nec prohibentur bello
esse Religiosi & Clerici ad functiones sua
obeundas aut milites in bello justo anima
3. Prohibetur Clericis & Religiosis exerc
artis Chirurgicæ per incisionem & adust
imò & artis Medicæ; quia has artes exerce
ctat ad negotia sæcularia, ipsis generaliter p
bita. *c. 1. h. t. c. 15. de vit. & honest. Cler.* excep
si hujusmodi artem erga personas paupe
cognatas causâ pietatis exerceant, modo ab
incisione & adustione fiat. Schmalzgr. *h. t.*
4. Prohibetur Clericis & Religiosis officium
curatoris in rebus & causis laicorum coram
ce laico. *c. 2. & 4. h. t.* Licitum facit hoc offi
causa pietatis. 5. Officium Vice-Domini, Cu
larii, Præsidis Curiæ, Præfecti &c. Principum
cularium absque dispensatione. *c. 5. §. fi*
h. t. limitationem ponit Engel *h. t. n. 4.* &
dum tractatio negotiorum sæcularium red
in utilitatem Ecclesiarum. 6. Officium Tabe
nis

bis seu Notarii publici. *c. 8. h. t.* confectum tamen à talibus Notariis instrumentum *regulariter* valet. arg. *c. 8. cit.* Item licitè id officii exercent Clerici in Curia Romana, & ſicubi eſt consuetudo, in Curiis Eccleſiaſticis inferioribus. 7. Prohibetur Clericis & Religioſis ſtudium Phyſicæ, id eſt, Medicinæ, & Legum mundanarum, ſive Juris Civilis, ſcil. publicè. *c. 3 & fin. ℣. quia verò. h. t.* Conſuetudo tamen & privilegium ſpeciale, cujusmodi plures Univerſitates habent, excuſant Clericos & Religioſos. Imo ſunt, qui illos etiam excuſant, qui his ſecluſis Legibus ſtudent in ordine ad melius intelligendi Jus Canonicum.

Q. 3. Quæ pœnæ ſint ſtatutæ in Clericos & Religioſos immiſcentes ſe negotiis ſæcularibus? Reſp. 1. Contra Clericos & Religioſos *negotiatores* ſtatuta eſt excommunicatio, ſcil. ferendæ ſententiæ. *c. 6. h. t.* ſuſpenſio ab officio & depoſitio à gradu & Ordine Clericali, itidem ſententiæ ferendæ. *can.* 1. *cauſ.* 14. *q.* 3. *c.* 4. *h. t.* Privatio Immunitatis à vectigalibus & portoriis, arg. *Clem.* 1. *de Cenſ.* ubi tamen diſcrimen faciendum inter res negotiationi ſubjectas aut per eam acquiſitas, & inter res alias Clericorum proprias, quia, ut quoad poſteriores amittant privilegium immunitatis, requiritur trina monitio ab Epiſcopo facta. *c. fin. de vit. & honeſt. Cler.* non quoad priores. *Clem.* 3. *de Cenſ.* Quomodo contra Clerici negotiatoris bona in commiſſum cadentia procedendum, habet Pichl. *h. n.* 7. Demum ſtatuitur in Clericos negotiatores pœna inhabilitatis

ad

ad testandum, etiamsi aliàs facultatem testa haberent, & tanquam spolia ad Cameram Ap stolicam pertinent ex Constit. Pii IV. Da edit. ann. 1560. nonis Nov. in Germania a scum Episcopi.

Resp. 2. In Clericos & Religiosos judic sanguinis agitantes statuta est pœna excom nicationis, & privationis beneficii ac officii. *h. t.* In ordinantes aciem & dirigentes milit pugna itidem pœna excommunicationis, ca *caus. 20. q. 3.* In exercentes artem Chir eam per incisionem vel adustionem, si mor mutilatio sequatur, irregularitas. *c. 9. in. 19. de homicid.* In procurantes aut admini tes negotia & res laicorum pœna depositio Ecclesiastico ministerio seu officio, & si Sa dotes sint, qui sublimiora Vice-Domini, Ca larii &c. munia suscipiunt, excommunica *c. 2. 4. 5. h. t.* In exercentes officium Tab nis pœna privationis beneficiorum, si bene ti sint, & moniti non desistant. *c. 8. h. t. ad conscribendas. de hæret. in 6.* In audientes blicè Medicinam aut Jus Civile excommuni latæ sententiæ. *c. 3. & fin. h. t.* Hæc tamen co intelligenda sunt de casibus, in quibus Cle ricis & Religiosis permissum non est, talia exercere.

Finis III. Libri.

LIBER IV.
DECRETALIUM GREGORII IX.
DE
SPONSALIBUS
ET
MATRIMONIO
PER
QUÆSTIONES AC RESPONSA
IN METHODUM BREVEM ET CLARAM REDACTUS
AUTHORE

R.P. ADAMO HUTH
e Societate JESU SS. Canonum Doctore,
eorúmque in Alma Electorali Universitate
Heidelbergensi Professore Publico
& Ordinario.

Editio secunda Emendatior.

Cum Privilegio Sac. Cæs. Majestatis,
& Facultate Superiorum.

AUGUSTÆ VINDELICORUM,
Sumptibus MATHIÆ WOLFF, Bibliopolæ,
M, DCC. XXXII.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Liber IV. Decretalium GREGORII IX.

TITULUS I.

De Sponsalibus & Matrimonio.

§. 1.

De Sponsalibus.

Quæst. 1. Quid sint sponsalia? Resp. Sponsalia sunt *mentio & repromissio futurarum nuptiarum l. 1. ff. de sponsal.* vel quod idem est, *sunt mutua promissio futuri matrimonii*, scil. inter personas habiles. *can. 3. caus. 30. q. 5.* Alia sunt *de futuro*, propriè dicta & modò definitâ, alia *de præsenti*, ipsum scil. matrimonium ratum.

Q. 2. Utrùm promissio necessariò debeat esse vera, vel an sufficiat ficta absque animo promittendi ad constituenda sponsalia? Resp. Non sufficit ficta aut simulata promissio; quod patet ex essentia omnis contractûs, non subsistentis sine vero consensu interno. *l. 2. ff. de ritu nuptiar. & c. 26. h. t.* Si tamen ad promissionem fictam non facilè ad-

vertibilem accedat copula vel impregnatio, ter deflorans tenetur determinatè ducere de tam. Ratio; tum quia intervenit hoc casu tus contractus innominatus, *facio, ut facias* quia injuria puellæ illata modo alio resarci potest, nisi ponendo verum consensum.

Q. 3. *Quæ advertentia, libertas, & delib requiratur in promissione sponsalia constitu Resp.* Ea, quæ requiritur & sufficit ad pecc mortaliter: quia aliàs non esset actus humanus ullus præsumitur in gravem obligationem, hæc est, consentire, nisi eam deliberatè susc Unde amens, furiosus, plenè ebrius contr sponsalia non possunt: Econtra metu etiam eóque injusto inita sponsalia valent; cum *cap. 2. de his quæ vi. & L. fin. eod. Cod.* rescin da tantum veniant, quæ metu cogente sunt Valent insuper sponsalia ex irâ, amore, passione contracta; tales enim passiones hom usu rationis privare non solent.

Q. 4. *An sufficiat ad valorem sponsalium facta una parte promissio? Resp.* Neg. sed præter ptationem, repromissio insuper requiritur. Ra quia promittens aliter se obligare non cens quàm secundùm naturam sponsalium, & sub cita conditione, si & altera pars promittat; Titio promittente, Semproniâ non repromitte sponsalia non sunt, neque oritur sponsalitia gatio.

Q. 5. *Utrùm censeatur repromittere puella, ad factam sibi promissionem, vel tacet vel gra*

agit?

agit? Resp. Seclusis aliis circumstantiis negativè. Ratio; quia taciturnitas sola vel gratiarum actio indifferens est ad assensum. Si tamen parentes pro liberis præsentibus & tacentibus etiam sine eorum mandato sponsalia contrahant, hæc sustinentur; quia in casu posito jus præsumit consensum liberorum. *c. 1. de despons. impub.*

Q. 6. An mutua promissio clandestinè facta constituat sponsalia? Resp. Sponsalia contracta absque præsentia Parochi & aliorum testium valida sunt, imò per se loquendo, etiam licita. Ratio; quia tollo jure irrita vel prohibita reperiuntur sponsalia clandestina.

Q. 7. Debeátne promissio sponsalitia fieri uni determinatæ personæ? Resp. Affirmativè, & non sufficit, si Cajus promittat, cum unâ ex tribus Mævii filiabus contrahere matrimonium, licèt singulæ repromittant. Ratio; quia cum matrimonium non possit contrahi, nisi cum unâ determinatâ, non dabitur obligatio, nisi quis ad illud cum unâ determinata contrahendum obligetur.

Q. 8. An & qualiter promissio debeat esse extrinsecè manifesta? Resp. Debet promissio esse extrinseca, tum quia nullus verus & perfectus voluntatum consensus satis esse potest, nisi sensibiliter exteriùs exprimatur. *l. cum plures. 60. §. locator. ff. locati.* tum quia id contractûs humani natura exposcit. Perinde autem est, sive sint verba formalia, sive virtualia. *c. 21. & 25. h. t.* sive promissio fiat per se, sive per interruntium, interruntiam, vel Procuratorem, vel litteras. *c. fin. de Procurat.*

Q. 9. *Per quæ verba constitui censeantur sponsalia? Resp.* Regula hic generalis tradi neque attendendum est ad modum loquendi in regno usitatum. Juxta plerosque AA. verbis significantur sponsalia de futuro ... sunt: *promitto tibi matrimonium: ducam te rem: nubam tibi &c.* Per verba: *nullam ... cam, nisi te*, probabiliùs non significatur ... ta promissio futuri matrimonii, sed tanti ... ditionata; facit enim dicta propositio ... sum: *non ducam uxorem, vel si aliquam ... te ducam*; adeóque sensus ejus est negativ ... non tam referat promissionem matrimon ... quàm excludat.

Q. 10. *Per quæ facta inferatur promissio ... matrimonii? Resp.* 1. Subarrhatio vel ... nuli in digitum, munera eorúmque acce ... & similia ex se signum sponsalium sufficien ... sunt. Ratio; qui talia ex aliis vel honestis inhonestis causis fieri possunt. *Resp.* 2. Nec ratio sola puellæ est signum consensûs spon ... quia fieri frequentissimè solet ex libidine ... ulla promissione. *Resp.* 3. Matrimonium ... puberes, vel puberem inter & impuberem ... tractum inducit sponsalia, sive habet ... salium. *cap. fin. de spons. impub. & cap. ... in 6.* Ratio; quia tales contrahentes ... presse solùm velint alteri tradere suum corp ... usum matrimonii, virtualiter tamen ... si ea traditio effectum non habeat, tradere ... jus ad traditionem. *Resp.* 4. Matrimonium ...

clandestinè ac ideò invalidiè contractum inter puberes, vim sponsalium non retinet. Ratio; quia Tridentinum *sess. 24. c. 1. de reform. matrim.* annullando penitus contractum matrimonii clandestinum etiam separat ab eo rationem sponsalium.

Q. 11. An liceat pœnam adjicere sponsalibus? *Resp.* Aff. ut scilicet hæc ab injustè resiliente solvatur. Ratio: aliis contractibus pœna conventionalis in perfidè resilientem apponi potest, ergo & sponsalitio. Item juxta omnes ex *l. 3. & 5. C. h. t.* arrha potest adjici sponsalibus, cur non & pœna; quæ juxta aliquos AA. solvenda non est in conscientia, nisi petatur.

Q. 12. Quis sit effectus sponsalium legitimè contractorum? *Resp.* Est triplex: *Primus* est, obligatio justitiæ gravis, utpote in materia gravi, ad contrahendum matrimonium *c. 10. & 17. h.* & nullo certo tempore statuto, quamprimùm pars altera petierit; quia id generale est in omni debito, cui certus dies præfixus non est. Si tamen sponsorum unus cum tertio fornicetur; solo peccabit peccato intemperantiæ, non justitiæ; eo quòd per sponsalia sola necdum corpus unius fiat corpus alterius, & proinde fornicando non tradatur alienum. *Secundus* est, impedimentum *impediens*, quo tam sponsus quàm sponsa impediuntur contrahere cum quovis alio matrimonium, quod ita contractum matrimonium quidem valeret, peccaretur tamen graviter, & injuria damnúmque illatum alteri esset compensandum. *Tertius* effectus est, impedimentum

publicæ honestatis non tantùm impediens [illegible] *dirimens.* De quo inferius.

Q. 13. Qualiter dissolvantur sponsalia con[illegible]
Resp. Solvuntur, si uterque sponsus in diffi[illegible]nem consentit. *c. 2. h. t.* nam res omnis (qu[illegible]lubilis est) per quas causas nascitur, per e[illegible]solvi potest. *c. 1. de reg. jur.* & obligationes [illegible] consensu contrahuntur, contrariâ voluntat[illegible] solvuntur *§. fin. inst. quib. mod. oblig.* idq[illegible]let, etiamsi sponsalia fuerint jurata; quia jura[illegible]tum contractui appositum ejus naturam seq[illegible] *c. 25. de jurejur.* Imò dissensu unius, puber[illegible] adepti, solvuntur, si impubes contraxit [illegible] *desponsi. impub.* ne tales cogantur approbar[illegible] non satis firmâ ætate fecerunt.

Q. 14. An & qualiter per ingressum in Re[illegible]nem solvantur sponsalia? *Resp.* Per profess[illegible] religiosam vel susceptionem S. Ordinum ex [illegible] utriusque solvuntur sponsalia. *c. 2. de con[illegible] conjug.* Per ingressum in Novitiatum quocu[illegible] animo factum solvuntur statim quoad reme[illegible]tem in sæculo; tum quia ingrediens tacitè re[illegible]tiat, tum quia notabilis ejusdem sit mutati[illegible] parte ingredientis suspenduntur usque ad pr[illegible]sionem, non statim solvuntur; quia neque ex [illegible]tura rei, neque ex ullo jure positivo talis [illegible]tio soli in Religionem ingressui conceditur.

Q. 15. Quænam sit differentia inter ingre[illegible] Religionis post contracta sponsalia & inter susce[illegible]nem S. Ordinum? *Resp.* Quòd illicitè re[illegible]

spo[illegible]

ſponſa ſuſcipiantur S. Ordines, econtra autem poſt ſponſalia etiam juramento firmata, invitâ alterâ parte licìtus ſit ingreſſus in ſtatum Religioſum. Ratio diſp. eſt, quòd nullo jure concedatur ſponſo poſt datam alteri fidem ſuſcipere Ordines & ſic privare ſponſam jure ſuo; econtra autem concedatur ingreſſuris Religionem *c. 2. de converſ. conjug. & Extrav. Antiquæ. Joan. XXII. de voto.*

Q. 16. An ſponſalia de futuro per alia de futuro ſolvantur? *Reſp.* Neg. *c. 22. & c. un. de ſponſal. in 6.* etiamſi poſteriora jurata ſint; quia ſunt invalida, utpote de re iniqua cedente in præjudicium tertii; neque juramentum debet eſſe vinculum iniquitatis. *c. 2. de pact. in 6. c. 28. de jurejur.* it. etiamſi ſecundis acceſſerit copula; quia poſt Trid. talis copula cenſetur eſſe merè fornicaria, nec ullum juris effectum habet.

Q. 17. An ſponſalia de futuro per alia de præſenti, ſive per ſubſequens cum alia matrimonium ſolvantur? *Reſp.* Ad hunc effectum ſolvuntur, ut teneatur cum ſecundâ remanere taliter contrahens. *c. 1. de ſponſa duor. c. 31. h. t.* non verò omnino extinguitur obligatio reſpectu prioris ſponſæ, ſed ſuſpenditur, ut ſi uxor, quacum contra fidem priorum ſponſalium contraxit Titius, moriatur ante ſponſam primam, hanc vi priorum ſponſalium ducere teneatur. Ratio; nec Jure poſitivo probatur omnimoda diſſolutio priorum, cum *c. 22. & 31. h. t.* ſolùm velint, remanendum eſſe penes ſecundam, an obligatio priorum ſponſalium

salium penitus extincta sit, altùm silent. Nec p
naturali probatur, cum priorum illorum sp
salium obligatio optimè consistere possit cum
trimonio cum alia contracto, suspensa velut
eo soluto reviviscens: paritas est in voventib
ligionem, & tamen contrahente matrimoni
talis namque matrimonio soluto Religioneꝫ a
plecti tenebitur.

Q. 18. *Quibus aliis de causis sponsalia de fu*
solvantur? *Resp.* 1. Lapsu temporis vel *conve*
nalis in contractu sponsalium finiendæ obli
tioni adjecti. *c. 22. h. t. & ibi Gloss.* sive *legis*
nullâ à contrahentibus temporis facta mentio
quod aliqui cum Civilistis volunt esse trienn
intra quod sponsum à sponsa expectandum
cunt, si hic extra provinciam migravit. *l. 2. C. d*
repudiis. Aliis probabiliùs sentientibus, si spo
sus insciâ vel invitâ sponsâ se conferat in alie
terras animo mutandi domicilium, statim liber
sponsæ à sponsalibus etiam juratis resilire, qua
cunque discessùs causa fuerit. Ratio, quia ill
discedens videtur renuntiâsse sponsalibus: deind
quia sponsa non tenetur sponsum domicilium
mutantem sequi.

Resp. 2. Fornicatione sive *corporali*, ùt cu
sponsa cum alio fornicatur. *can. raptor. 33. q.*
27. quæst. 2. etiamsi vi oppressa *c. 25. de jure*
quia reddita est notabiliter vilior, & probrosa
est talem ducere: sive *spirituali*, ùt si alteruter
hæresin vel idololatriam inciderit. *can. non solum*
6. & can. jam nunc. 8. caus. 28. q. 1.

Resp. 3.

Resp. 3. Famâ Canonici impedimenti *c.* 27. *h. t.* & *c.* 22. *de testibus.* cur autem hæc probatio admittatur, ratio est, quia agitur de impediendo peccato, quod sponsi impediti incurrerent contrahendo.

Resp. 4. Qualibet notabili mutatione sponsalibus contractis superveniente ex parte illæsi sponsalia solvuntur, licèt jurata; cum juramentum includat omnes conditiones contractûs, cui adjicitur. *l. fin. C. de non numer. pecun.* videatur *cap.* 25. *de jurejur.*

Q. 19. *An ex superveniente fortunarum mutatione solvantur sponsalia?* *Resp.* Si post sponsalia uni sponsorum obveniant magnæ divitiæ in suo statu altero permanente, per hoc sponsalia non solvuntur; cum altera pars non sit deterior facta, & universim facultas resiliendi detur tantùm personæ non mutatæ. Quòd executio sponsalium ditiori facta sit durior, est per accidens.

Q. 20. *Quando opus sit authoritate judicis ad dissolvenda sponsalia?* *Resp.* Si mutuo consensu partes velint à sponsalibus recedere, non indigent authoritate judicis; quia nullo jure probatur ejus necessitas; nec etiam tum, si adest certa causa de jure (qualis dicitur, dum causa in jure expressa) & defacto (qualis est, dum certum est, causam, quæ allegatur, adesse) solvendi sponsalia; cum dissolvens utatur jure suo. Ubi dubium est, judicis authoritas semper debet intervenire, ne scil. proximo fiat injuria.

§. 2.

De Matrimonio.

Q. 1. *Quid sit matrimonium?* *Resp.* Sumptum *quasi causaliter* est ipse actualis contractus in quo personæ legitimæ, consensu verbis vel signis expresso se mutuò obligant ad perpetuam vitæ societatem & generationis usum. Sumptum *formaliter* juxta *l. 1. ff. de ritu nuptiar.* est maris & fœminæ conjunctio individuam vitæ societatem continens.

Q. 2. Quotuplex sit matrimonium? Resp. Aliud est *legitimum tantùm*, quod legitimo consensu sive secundùm leges inter personas habiles contractum est, non tamen Ecclesiæ ratificationem vel rationem Sacramenti habet. Aliud *ratum*, quod à fidelibus sive baptizatis contractum, habet rationem Sacramenti, non secutâ copula carnali. *c. 7. de divort.* Aliud *consummatum*, quod accedente copula carnali perfectum & completum est. 2. Dividitur matrimonium in *verum*, quod in veritate & cum valore contractum; in *præsumptum*, quod à jure præsumitur. Quæ olim in *c. 15. & 30. h. t. c. 6. de condit. appos.* præsumebantur matrimonia, hodie post Trid. locum amplius non habent. In *putativum*, quod putatur legitimè contractum, cum tamen ob latens aliquod impedimentum sit nullum.

Q. 3. Quæ ulterior matrimonii divisio? Resp. Matrimonium aliud *est Canonicum*, quod habet ea,

ea, quæ à Ss. Canonibus præscipta sunt. Aliud *politicum* sive *civile*, in quo etiam ea concurrunt quæ civiliter & politicè requiruntur, variæ scil. solennitates, pacta dotalia, traductio sponsæ in ædes sponsi &c. Pertinet ad *Canonicum* matrimonium ad *Morganaticam* contractum sive *matrimonium conscientiæ*, quod nihil aliud est, quàm legitima conjunctio viri illustris cum fœmina inferioris conditionis, eo pacto inita, ut uxor & liberi dono nuptiali vel alia certa portione, tempore sponsalium destinatà, contenti sint, & à cæteris bonis avitis, ac paternis unà cum titulis abstineant. Tale matrimonium licitum est, tum quia nullam præfert turpitudinem, utpote inventum, ut non valens se continere sit extra periculum illiciti concubitûs, quæ ratio affertur *2. feud. 29.* tum quia non est contrarium substantiæ matrimonii, cum habeat omnia Canonicè & Theologicè requisita, licèt careat civiliter requisitis.

Q. 4. Quænam sint requisita ad matrimonium? *Resp.* 1. Jus Civile requirit *L. 3. C. de incestis nuptiis*, ut contrahentes sint cives Romani, sed in hac materia jus Civile non attenditur. 2. Requiritur justa ætas, de qua in *seqq.* 3. Deliberatus contrahentium consensus, hic enim velut basis & fundamentum est matrimonii. 4. De jure novo Trid. *sess. 24. de reform. matrim.* præsentia Parochi & duorum saltem testium. 5. Jus Civile *prin. Inst. de nupt. ad valorem* matrimonii requirit consensum parentum, Jus Canonicum

tan-

tantùm *de honestate*; & huic standum esse pr
ex Trid. *cit.*

Q. 5. *An matrimonium sit verum Sacram
tum?* *Resp.* 1. Matrimonium inter fideles seu b
ptizatos contractum est verum Sacrament
Est de fide definitum *in Flor. & Trid. Ephes.*
V. 35. Apostolus ait de conjugio, *magnum hoc
cramentum est, ego autem dico in Christo & Eccl
S. Aug. *libr. de fide & operibus. in Ecclesia*, inq
*nuptiarum non solum vinculum, sed etiam Sa
mentum commendatur.* Denique est signum p
cticum ex institutione Christi gratiæ collativ
ergo. 2. Sacramentum est matrimoni
ter Fideles per Procuratorem contractum. R
tio, quia Christus elevans naturalem matrim
nii contractum ad esse Sacramenti aliud nihil
quisivit, quàm quod requiritur ad legitim
contractum matrimonii, qualis debeat esse P
curator pro contrahendo matrimonio, vide
fin. de Procur. in 6. 3. *Materia matrimoni
mota* sunt ipsa corpora conjugum; *proxima* &
qua Sacramentum matrimonii constituit
actualis & mutua corporum traditio & accep
tio; *Forma* utriusque in eam traditionem & a
ceptionem consensus verbis vel signis expres
Ratio; qui recensita sunt materia & forma co
tractûs matrimonialis, ergo & Sacrame
ti. *Minister* non est Sacerdos, sed ipsi contra
hentes; quia hi ponunt formam Sacrame
4. Sacramentum non est matrimonium à bapt
zato cum gentili ex dispensatione Pontificis co

tra-

tractum. Ratio, Sacramentum est unicum & indivisibile, sicut & est unicus contractus virum & fœminam afficiens, ergo cum non possit infidelem afficere, nec fidelem afficiet.

Q. 6. An consensus mutuus ad valorem matrimonii semper sit necessarius? Resp. Aff. ita quidem, ut non possit ab ulla potestate creata suppleri; quia concessa non est talis facultas à Deo, neque conveniens fuit, eam concedi.

Q. 7. In quid ferri debeat consensus matrimonialis? Resp. Non requiritur, ut formaliter feratur in ipsam copulam, sed sufficit ferri in jus eam exigendi; quia per hoc jam impletur finis matrimonii; unde patet inter B. V. & S. Josephum verum fuisse matrimonium: item patet, posse contrahi matrimonium sub conditione vel potius sub modo servandi castitatem, ingrediendi Religionem ante consummationem matrimonii, non petendi aut reddendi debitum; quia tales modi non sunt contra substantiam matrimonii, neque aliud requiritur, nisi ut detur jus mutuum & potestas in corpora in actu primo.

Q. 8. An consensus utriusque conjugis debeat simul existere? Resp. Ut consensus actualis & physicus utriusque conjugis simul sit, non requiritur; nec ratione Sacramenti, utpote ad quod sufficit partes inter se moraliter conjungi, quemadmodum fieri solet in Sacramento pœnitentiæ; neque ratione contractus, in quo faciliùs adhuc admittitur moralis illa conjunctio; adeóque valebit matrimonium, dum hodie exprimitur con-

consensus unius coram Parocho & testibus, & alterius consensus coram eodem Parocho & iisdem testibus die aliâ.

Q. 9. Qualiter consensus matrimonialis exprimendus? Resp. Vel verbis vel signis est exprimendus, cùm matrimonium sit contractus respectivus, humanus, & politicus; verba tamen etiam in valentibus loqui non sunt necessaria, neque de necessitate Sacramenti; arg. *c. unic. §. fin. de desponsat. impuber. in 6.* & ex Flor. quod certè expressisset, si verba forent necessaria; neque de necessitate præcepti, quia nullibi tale extat. *cap. 25. & 28. h. t.* indicant tantùm, decens esse adhibere verba, & hæc aptiora esse signa consensûs.

Q. 10. An consensus matrimonialis debeat esse liber? Resp. Aff. ita ut si matrimonium metu gravi injustè incusso contrahatur, ipso jure sit nullum. *c. 14. & 13. h. t.* Ratio; quia matrimonium semel validum & consummatum, nulla auctoritate humana est rescindibile, uti tamen alii actus sunt. Tridentinum etiam *sess. 24. cap. 9.* Dominos territoriales, qui subditos suos injustè ad matrimonia cogunt, pœnâ excommunicationis ferit, ipso facto incurrendâ. Parentes, licèt pœnas à Trid. statutas non incurrant, nequidem sub levi possunt obligare proles ad matrimonium, si aliunde non teneantur illud contrahere; eo quòd non sit conveniens gravissima matrimonii onera alienâ voluntate cogi subire.

Q. 11.

Q. 11. Quid faciendum, si unus conjugum consensit fictè in matrimonium? *Resp.* 1. Non tantùm peccavit talis peccato Sacrilegii contra reverentiam Sacramenti, & peccato injustitiæ ob gravem deceptionem alteriùs; sed tenetur in conscientia ponere adhuc verum consensum, & ita matrimonium redintegrare, quia id exigit justitia commutativa.

Resp. 2. Sufficit ad restaurationem matrimonii, si is, qui fictè contraxit, solus ponat consensum verum etiam internum tantùm, cum enim conjux alter semper tractet compartem ùt conjugem, censetur moraliter permanere prior consensus. Neque etiam ex aliis impedimentis occultis (excepto impedimento clandestineitatis) nulla matrimonia ad sui validationem exigunt præsentiam Parochi & testium. Ratio, quia Lex & Decretum Trid. volens contrahi matrimonia publicè, non videtur comprehendere casum, quo matrimonium jam semel publicè, sed ex defectu solius consensûs, vel ob impedimentum occultum nulliter contractum revalidatur. Requiritur tamen, ut matrimonium ob impedimentum occultum nullum in casu obtentæ dispensationis utriusque partis consensu revalidetur; quia impedimentum reddiderat contrahentes ad consensum validum inhabiles; ergo prior consensus erat nullus.

§. 3.

De impedimentis matrimonii.

Q. 1. *Impedimenta matrimonii quotuplicia & quænes quem sit potestas ea statuendi? Resp.* Sunt duplicia, *impedientia* tantùm, quæ impediunt, ne minùs licitè contrahatur matrimonium; & *dirimentia*; non quòd validè contractum matrimonium dirimant, sed quòd faciant, ut nequidem validè contrahi possit. *Resp.* ad 2. Potestas statuendi impedimenta dirimentia circa fideles est penes S. Pontificem, illíque soli reservata, nimirum ob rei gravitatem, & praxin Ecclesiæ.

Q. 2. *An consuetudine induci possint impedimenta dirimentia nova, & abrogari jam constituta? Resp.* Aff. ratio petitur ex *c. 1. & 3. de cognat. spir. & c. fin. de consuet.* ubi approbatur, consuetudine jus novum induci, antiquum verò abrogari posse, si illa sit rationabilis & legitimè præscripta; atqui talis potest esse consuetudo inducens vel abrogans impedimenta matrimonii. Ergo.

Q. 3. *Quænam sint impedimenta impedientia & quæ dirimentia? Resp.* 1. *Impedientia* hæc quatuor tantùm hodie dantur:

Sacratum tempus, vetitum, sponsalia, votum. De tempore sacrato & vetito Ecclesiæ agetur *tit.* 16. quòmodo *sponsalia* impediant matrimonium, dictum est *t.* 1. quomodo *votum tit.* 6. dicetur. Reliqua impedimenta impedientia non sunt amplius in usu.

Resp. 2.

Resp. 2. Impedimenta *dirimentia* comprehenduntur *seqq.* versiculis:

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultûs disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas,
Ætas, affines, si clandestinus & impos.
Raptáve sit mulier, nec parti reddita tutæ.

Hic agamus de impedimento *publicæ honestatis*. *disparitatis cultûs*, *impedimento raptûs & erroris*; reliquis ad proprios titulos rejectis.

Q. 4. *An Acatholici in Germania obligentur impedimentis matrimonii Jure tantùm Ecclesiastico inductis?* *Resp.* Licèt subsint Acatholici jurisdictioni Ecclesiæ, neque se per contumaciam suam eximere vel contra obedientiam Ecclesiæ debitam possint præscribere; Ecclesia tamen Catholica Leges suas circa impedimenta talia non urget, nec dirimit matrimonia Hæreticorum cum consanguineis v. g. in tertio gradu contracta. Ratio, quòd prudenter non urgeat, est tum moralis impossibilitas, observantiam legum suarum obtinendi; tum evitatio fornicationum, concubinatuum, illegitimitas prolium, communis error, suavior Acatholicorum reductio &c.

Q. 5. *Quid importet impedimentum publicæ honestatis, sive publicæ honestatis justitia?* *Resp.* 1. Est propinquitas sive quasi affinitas inter sponsum & consanguineos sponsæ, & vice versa inter consanguineos sponsi & sponsam, ortum habens ex sponsalibus de futuro, & matrimonio rato tantùm, vi cujus neuter sponsorum matrimonium contrahere potest cum consanguineis alterius.

Resp. 2. Introductum est jure solùm Eccles
co *c. 3. 4. 8. de sponsal.* & jure novo *Trid. sess.*
c. 3. de reform. matr. nascitur ex sponsalibus
futuro, sed validis tantùm, iisque puris ac de
minatis, nec primum gradum excedit. Nas
etiam hoc impedimentum ex sponsalibus de
senti, dirimens matrimonium contrahendum
que ad quartum gradum inclusivè. Ita *Pius V.*
Bulla data cal. Junii 1568. modò matrimoni
sit purè absque conditione initum, nam condi
uti suspenderet valorem matrimonii, ita &
nestatem publicam. It. modò tale matrimoni
non sit nullum defectu consensùs, v. g. ob gr
vem metum, vel cum errore circa perso
tum, nam ex alio capite invalidum, v. g. ob
pedimentum consanguinitatis, affinitatis, cri
stinitatis adhuc dirimit matrimonium contra
dum usque ad quartum gradum. Ita *Pius*
ibid.

Resp. 3. Impedimentum hoc est perpetuum,
quacunque de causa sponsalia solvantur, s
morte alterius sponsorum. *can. 11. caus. 27. q.*
& c. 8. de sponsal. sive mutuo consensu. *c.*
desponsat. impuber. & *Declarat. Card. Trid.*
terp. de anno 1658. die 6. Junii, quam *sub die*
ejusd.. mensis approbavit Alexander VII.
Fagnan. & Gobat.

Resp. 4. Hoc impedimentum non agit
hoc est, si Titius post sponsalia de futuro
cum Sempronia, attentat contrahere matri
nium ratum cum sorore Semproniæ, quod
non

men invalidum erit ob impedimentum publicæ honeſtatis ex prioribus ſponſalibus ortum, non oritur ex hoc matrimonio invalido impedimentum publicæ honeſtatis reſpectu *Sempronia*, ut eam ducere non poſſit. Ita deciditur *c. un. de ſponſal. in 6.* NB. non oritur in præjudicium Semproniæ, quacum ſponſalia priùs contracta fuerant, oritur tamen reſpectu aliarum Semproniæ conſanguinearum.

Q. 6. Quid dicendum de impedimento diſparitatis cultûs? Reſp. 1. Diſparitas cultûs ſumitur hìc pro diverſitate Religionis inter contrahentes matrimonium, qualis eſſe cenſetur, ſi fidelis cum ſtrictè infideli, id eſt, non baptizato nititur contrahere.

Reſp. 2. Tale matrimonium licèt jure divino & naturali illicitum ſit *per ſe* loquendo, ob periculum perverſionis conjugi fideli imminentis, invalidum tamen ſolùm eſt jure Eccleſiaſtico, eóque non ſcripto (nullo nimirum jure ſcripto Pontificio aut Concilii generalis hac de re extante) ſed tradito, proùt colligitur *ex cauſ. 28. q. 1.*

Reſp. 3. Impedimentum diſparitatis cultûs ſe non extendit ad matrimonia Catholicorum cum Hæreticis, hæc ſiquidem valida ſunt, niſi, ùt ſæpe fit, Hæreticus habeat intentionem repugnantem fini matrimonii. Sumitur *ex cap. decrevit. 14. de hæret. in 6.* ubi uxores quæ ſcienter Hæreticis nupſerunt, privantur dote, non tamen præcipitur, eas à viris ſeparandas.

Resp. 4. Illicita tamen sunt matrimonia tholicorum cum Hæreticis. 1. Jure *Eccles*
co ex Concil. Carthagin. 3. c. 12. Chalced. c.
Agath. can. 67. can. 16. caus. 28. q. 1. deinde
re naturæ illicita sunt, dum adest periculum
versionis conjugis Catholici, vel malæ ed
tionis prolium in hæresi &c. Demum
impium est pactum de parte prolium in
educanda; quia jus naturale & divinum
tes obligat, ut omnes liberos DEO edu
non tam quoad corpus, quàm quoad
provideant.

Q. 7. Quid circa impedimentum rapt
sertim jure Trid. observandum? Resp. 1.
est violenta virginis alteriúsve fœminæ
tis abductio. Dirimit matrimonium
inter & raptam, etiam post raptum
tem, quamdiu hæc manet in potestate
nec in loco tuto ac libero est constituta.
etiam & omnes illi quoquo modo auxilium
bentes ipso jure sunt excommunicati &
omniúmque dignitatum incapaces, & si
fuerint, de proprio gradu decidunt.
ptor tenetur raptam, sive eam duxerit, sive
decenter dotare. *Trid. sess. 24. c. 6. de reform.*

Resp. 2. Cum Concilium generaliter
tur de *rapiente fœminam*, impedimentum
rimens incurrit, qui rapit mulierem etiam
ruptam, inhonestam, meretricem.

Resp. 3. Non est matrimonium nullum,
puella consentiens abducatur, invitis etiam

ter-

rentibus, cúmque eâ coram Parocho & teſtibus matrimonium contrahatur; quia hic non eſt propriè raptus.

Reſp. 4. Non eſt invalidum matrimonium cum ea contractum, quam quis invitam abduxit ſolius libidinis causâ, modò fœmina, etiam necdum extra poteſtatem raptoris conſtituta, liberè conſentiat in matrimonium. Ratio; quia decretum Concilii utpote pœnale & correctorium juris communis, & quia intendit favere libertati matrimonii, talis autem raptus cum eam non lædat, non eſt extendendum ad raptorem ex causâ libidinis.

Reſp. 5. Nec eſt impedimentum dirimens ſecundùm Pirh. Wieſt. & alios, ſi fœmina rapiat virum nolentem & contradicentem ad ineundum ſecum matrimonium; eoquòd Tridentinum non loquatur niſi de viro raptore, hícque caſus ſit de rarò contingente adeóque non videatur decreto Trid. comprehenſus. Sententia tamen contraria, quam tenet Pichler *n. 120. de ſponſal.* valdè etiam probabilis eſt.

Q. 8. Quid impedimenti ponat error? *Reſp.* 1. Error verſans circa ſubſtantiam ſeu individuum perſonæ, ſive ſit *antecedens*, ſive *concomitans*, jure naturæ reddit contractum matrimonialem nullum. Ratio; quia error tollit conſenſum. *l. 15. ff. de jurisd. om. jud. c. un. cauſ. 29. q. 1. l. 9. C. de jur. & fact. ignor.*

Reſp. 2. Error circa qualitates, ſive *intrinſecas*, uti ſunt virginitas & nobilitas, ſive *extrinſecas*,

sive error *det causam contractui*, sive ex alio *dolo* proveniat, matrimonium non dirimit; quòd reddat tantùm involuntarium *secundum quid*. Potest tamen per accidens fieri, ut matrimonium sit nullum. 1. Si error qualitatis redundet in errorem personæ, nimirum si qualitas est simul cum persona intenta. 2. si qualitas in conditionem deducatur, conditio etiam suspendit consensum, & consequenter dum deficit consensum simul & contractum deficere facit.

Resp. 3. Si alteruter vel uterque contrahentium *per errorem* credat, se laborare impedimento dirimente, quod revera non subest, valide celebrare matrimonium, modo contrahentes, quantum in se est, intendant consentire. Ratio; quia tales personæ ex una parte sunt verè habiles ad contrahendum, cum revera non laborent impedimento; ex altera verò parte intendunt, quantum possunt contrahere; ergo verè contrahunt.

TITULUS II.

De Desponsatione impuberum.

Q. 1. *Quænam ætas ad sponsalia de futuro requiratur?* *Resp.* Tam quoad masculos quàm fœmellas jus statuit septennium. *c. 4. §. h. t. & c. un. eod. in 6.*

Q. 2. *Si usus rationis septennium antevertat, an sponsalia ante istud, impletum inita subsistant?* *Resp.* Quòd de jure naturæ subsistant, certum est;

de

de jure positivo probatur ex *c. juvenis. 3. de sponsal. l. 14. ff. ibid.* Deinde in matrimonio malitia ætatem supplet, cur non in sponsalibus? Si verò malitia seu prudentia ætatis defectum non supplet, septennium debet esse physicè completum. Ratio; quia quoties à jure determinatur aliquod tempus, id physicè compleri debet, ùt patet in 14. ætatis anno ad condendum testamentum requisito, & in 16to, ante quem noluit Trid. valere Professionem.

Q. 3. An & qualiter liceat resilire à sponsalibus contractis tempore impubertatis, scil. intra 7. & 14. aut respectivè 12. ætatis annum? Resp. Si uterque, dum contraherentur sponsalia, fuit impubes, neuter in impubertate à sponsalibus potest resilire. *c. 7. h. t.* ne ob fragile judicium temerè ineantur & temerè sponsalia dissolvantur. Pubertatem adepti, vel uterque vel unus, invitâ altera parte, absque aliâ causâ possunt sponsalia in impubertate inita dissolvere. *c. cit.* neque qui priùs pubertatem adeptus est, exspectare tenetur, quoadusque alter pubes fiat. Imò procedunt hæc, etiamsi sponsalia in impubertate fuissent jurata, quia juramentum sequitur naturam actûs; nisi tamen impuberes juratò contrahentes proximi sint pubertati *c. 10. de sponsal.* Si pubes, juvenis v. g. 16. annorum contraheret sponsalia cum puella 10. annorum, is resilire non potest, licèt illa possit pubertatem adepta. *c. 7. h. t.*

Q. 4. Quænam ætas ad matrimonium [illegible] contrahendum requiratur? *Resp.* Vel pubertas *legalis*, id est, annus 14. in masculo & 12. in fœmina. *c. 6. 10. 11. h. t.* vel pubertas *naturalis*, [illegible] rum habilitas ad actus generationi prolis [illegible] tes, & capacitas doli sive discretio ad [illegible] gendam vim consensûs conjugalis. *per cap. C[illegible] terp. in c. 3. 9. & ult. h. t.* Etiamsi masculus [illegible] annum 14. item fœmina post 12mum [illegible] nerandum nondum sit habilis proximè, [illegible] monium valebit, quia nulla impotentia [illegible] petua impedimentum dirimens constitui[illegible] *& fin. de frigid.* Potest etiam S. Pontifex [illegible] supremus Legislator dispensare, ut fidelis [illegible] pubertatem validum matrimonium inire [illegible].

Q. 5. An valeant sponsalia à parentibus [illegible] non constitutis contracta pro liberis? Resp. 1. Sponsalia de futuro à *parentibus* pro liberis præsentibus, & vel expressè vel tacitè, non contradicendo, consentientibus contracta valent. *c. 11. porro h. t. in 6.* ubi jus præsumit consensum liorum, scientium, quòd parentes nihil [illegible] præjudicium sint acturi.

Resp. 2. Non valent sponsalia de præsenti [illegible] matrimonium à parentibus nomine liberorum contractum, si hi præsentes sint & non contradicant. Ratio, quia id quod in sponsalibus [illegible] parenti concessum, non est, utpote à jure [illegible] bitans, ad matrimonium extendendum. [illegible] etiam casus in locis, ubi Trid. receptum, [illegible] potest contingere.

Resp. 3.

Resp. 3. Ad valorem matrimonii à liberis contracti consensus parentum non requiritur. *Trid. sess. 24. c. 1. de reform. matr.* Imò hi peccant graviter, dum absque justa causâ matrimonia liberorum impediunt. *c. fin. de jud. in 6.* utì & regulariter liberi, dum parentibus inconsultis & invitis ad matrimonia provolant. arg. *can. 13. caus. 32. q. 2.* possúntque ideo non quidem exhæredari jure communi per *Nov. 115. c. 3.* jure tamen speciali & pœna exhæredationis & aliæ à Magistratu etiam sæculari statui possunt. Ita praxis habet multarum Provinciarum; quia hujusmodi Legibus magna affertur Reip. utilitas; & si à Fundatoribus certæ conditiones primogenituris & majoratibus possunt adjici, ne v. g. judaico sanguine infectis nubant, cur non & Magistratus statuta ejusmodi possit condere.

TITULUS III.

De Clandestina desponsatione.

Q. 1. *Quotupliciter matrimonium dicatur clandestinum? Resp.* Duæ sunt species matrimoniorum, clandestinorum à jure reprobatorum, & punitorum, dum vel contrahuntur absque præsentia Parochi & testium, & hæc dicuntur *clandestina simpliciter*; vel dum contrahuntur sine præmissis denuntiationibus, & hæc vocantur *clandestina secundùm quid*, & huic clandestinitati non obstat, etsi de cætero contrahantur in medio foro ac plena Ecclesiâ.

Q. 2. An & qualiter præmittenda denuntia-nes? Resp. 1. Debent præmitti matrimonio tri-næ denuntiationes. *Trid. sess. 24. de ref. mat. c. 1.* iis tamen omissis validum est matrimoni-cum enim matrimonium tale fuerit jure ecclesiæ validum, neque tamen quoad hoc à Trid. correctum, valet etiamnum tale matrimoni-2. Graviter tam Parochus denuntiationes om-tens, quàm contrahentes peccabunt sectus dispensatione vel justa causâ; quia violant pre-ceptum Ecclesiæ in materia gravi, ùt constat. fine, qui est scire velle, num subsistat matrimo-nium, nec ne, propter impedimentum. 3. De-bent fieri inter *missarum solennia tribus continuis diebus festivis* à proprio contrahentium Pa-cho, vel alio de ejus licentia; & dum con-hentes sunt ex diversis Prochiis, debent utriusque Parochia proclamari; quia aliàs fi-Concilio intento, qui est detectio impedimen-ti, non esset satis provisum. 4. Si sponsi an-tequam denuntietur matrimonium, domi-lium mutent, inque loco domicilii non v-pauci sint, vel nullus omnino, qui eos novi-tum faciendæ sunt *etiam* denuntiationes in Pa-chia, ubi priùs sponsi, aut unus eorum, habu-verunt; quia tali modo magìs satisfit intenti-Trid. si verò sponsi in loco, in quo defacto d-micilium habent, vel quasi, diu satis fru-morati, sufficit in hoc loco domicilii fieri pu-mulgationes; quia veri sunt parochiani tu-loci.

Q 3

Q. 3. Quinam dispensare possint in denuntiationibus & quibus de causis? Resp. 1. Trid. soli Ordinario (quo nomine venit Episcopus, Prælati jurisdictionem quasi Episcopalem habentes, & in specie Vicarius Generalis) hanc facultatem dedit. Potest tamen & Parochus non quidem proclamationes tales remittere, sed declarare, non obligare legem earum, si periculum in mora sit, nec tamen Episcopus possit adiri, talésque adsint causæ, ob quas Episcopus debeat dispensare. Debet autem hic dispensare, quoties bono *communi* vel particulari contrahentium *maximè* expedit concedi dispensationem; tenetur enim Episcopus providere bono communi & speciali subditorum.

Resp. 2. Facta ab Ordinario dispensatio in proclamationibus absque justa causa, est invalida: cum dispensationem reliquerit *prudentiæ* Episcopi Trid.; quæ verba arbitrium prudentiale & ratione regulatum important, quod nequit consistere absque justæ causæ cognitione.

Resp. 3. Concilium quidem unicam tantùm allegat causam dispensandi, scil. suspicionem de matrimonio malitiosè impediendo, sufficit tamen etiam alia quævis justa; v. g. infamia, si viventes in concubinatu, habiti pro veris conjugibus publicentur; disparitas conditionis, si denuntietur senex cum juvencula; damnum & periculum animæ &c.

Q. 4. An, qui scit impedimentum inter denuntiatos, teneatur illud manifestare? Resp. Aff.

idque

idque sub gravi peccato tum jure naturæ, tum præcepto Ecclesiæ; quia quilibet tenetur consulere saluti proximi, valori Sacramenti, bono communi. Si tamen denuntianti grave ideo damnum imminere vel probare non posset, non teneberis, cum Leges Ecclesiasticæ utpote jugum suave hoc casu non obligent; neque tenetur quis jure naturæ cum gravi suo damno peccata proximi impedire.

Q. 5. *An & qualiter matrimonia sine præsentia Parochi & testium contracta sint irrita?* Resp. 1. Fuerunt olim talia matrimonia semper quidem prohibita, ùt patet *inc. 1. & seqq. caus. 30. q. 5.* non tamen invalida; utì nec modò in locis in quibus Trid. publicatum & receptum non sunt, quia Trid. *sess. 24. c. 1.* anathemate damnat eos, qui clandestina matrimonia vera esse negant, quamdiu Ecclesia ea irrita non facit.

Resp. 2. Hodie jure novo Trid. *sess. 24. c. 1. de reform.* matrimonia clandestina ita sunt nulla & irrita, ut etiam sic contrahentes ab eod. Concilio inhabiles redditi sint ad sic contrahendum. Potuisse autem Concilium irritare matrimonia clandestina, patet; quia id factum, ut pericula animarum gravissima, aliáque incommoda vitarentur; neque Ecclesia hoc modo ex Sacramento fecit non Sacramentum directè, sed tantùm statuit aliquid sub Ecclesiæ directione relictum.

Q. 6. *Quinam afficiantur irritatione matrimonii clandestini ab Ecclesia factâ?* Resp. 1. Non pagani & judæi; ùt patet. *Resp.* 2. Non illi fide-

les,

les, in quorum Provinciis nunquam Tridentinum est promulgatum *Trid. sess. cit. c. 1. in fine.* quemadmodùm quia ante annum 1564. Anglia, Scotia, Hibernia, Suecia, Dania, Saxonia, Borussia, Pomerania à Fide Catholica defecerunt, siquis vel domicilium habeat in tali loco, vel illuc bona fide abeat à loco recepti Concilii, validè contrahet matrimonium. *c. 1. de sponsal.* secus si in fraudem abeat. *Declarat. Card. approbata ab Urbano VIII. 14. April. 1627.*

Resp. 3. Probabiliùs non Acatholici moderni, sed valebit eorum matrimonium non observatâ formâ Tridentini contractum, licèt fuerit ibi Decretum aliquando promulgatum, illíque vivant immixti Catholicis. Ratio sumitur ex morali impossibilitate observationis Trid. ex communi persuasione & praxi fidelium. *ex l. Barbarius 3. ff. de Off. Præt.*

Resp. 4. Afficiuntur autem decreto Trid. Catholici omnes existentes in loco & *Parochia* promulgati, nec usu contrario abrogati Tridentini; etiam *peregrini & vagi*, qui si non aliis, legibus tamen contractuum tenentur *c. fin. de foro compet.* Tenentur, inquam, *etiamsi ignorent hoc decretum*, ob verba, *aliter* non valiturum matrimonium, quàm præsente Parocho & testibus *etiamsi urgeat necessitas privata*, ob eandem rationem, cum actus absque forma sua substantiali nullus sit.

Q. 7. *Quis sit Parochus proprius valens assistere matrimonio?* *Resp.* 1. Præter Parochum Ordina-

dinarius, cujus præsentia cum testibus fu
est imprimis *S. Pontifex* respectu omnium
lium; *Legatus Papæ* in Provincia legationis;
dinales respectu subditorum Ecclesiæ sui
Archi-Episcopus vel *Episcopus* respectu Di
norum suorum; *Capitulum* Sede vacante; *V*
rius Generalis; *Prælati* jurisdictionem quas
scopalem habentes, *Vicarius* curam Paroch
exercens sive temporalis, sive perpetuus
etiam *Cooperatores*.

Resp. 2. Parochus proprius non tantu
respectu matrimonii contrahendi Paroch
micilii, sed & quasi domicilii *arg. c. fin. h*
roch. modò sit ita proprius alterutrius, p
Trid. non requirit. *Deinde* vagorum p
est Parochus is omnis & solus, in cujus
chia transeunter morantur; ubi tamen
c. 7. Trid. sess. 24. de reform. matr. Ad
nonnulli reducunt milites, quod verum
habeant Parochum Castrensem ab Ordina
râ animarum instructum. Pichler ait *h. n.*
milites sint in hybernis, ubi nanciscuntur
domicilium, eos esse censendos habere du
Parochum, adeóque non privativè sed cum
vè, secluso privilegio vel consuetudine Castre
assistere posse eorum matrimonio. *Dem*
rochus proprius respectu Acatholicorum in
ne ad assistendum etiam licitè eorum matrim
est Parochus Catholicus, in cujus parochia
gunt, cum id non sit illi prohibitum, neque
tione communicationis cum hæreticis post C

Co

Constantiense; neque propter irreverentiam Sacramento illatam, quod Acatholici indignè recipiunt; Parochus enim minister non est hujus Sacramenti.

Q. 8. Quæ qualitates in Parocho assistente matrimonio requirantur? Resp. 1. Assistit *validè & licitè* matrimonio Parochus non Sacerdos; quia Trid. assistentiam Parochi tantùm requirit, qui esse potest etiam non Sacerdos *c. 14. de elect. in 6.* 2. validè Parochus excommunicatus, suspensus, interdictus, irregularis, notorius percussor Clerici, etiam denuntiatus; quia hæc omnia qualitatem Parochi non auferunt, nec excercet actum jurisdictionis assistendo, cum & invitus validè assistat. 3. Validè assistit etiam putativus tantùm *l. 3. ff. de off. Prætor.* 4. Etiam extra fines parochiæ suæ validè matrimonio assistit Parochus, modò alteruter ejus parochianus sit; de loco enim Trid. non facit mentionem: imò & licitè, modò id non faciat solenniter, itaque involet in alienum officium publicum in re gravi. Ratio, quia talis assistentia nullibi est prohibita, éstque minus aliquid, quàm actus jurisdictionis voluntariæ.

Q. 9. Quid requiratur, ut alius loco Parochi validè assistat matrimonio? Resp. 1. Ut sit Sacerdos. *sess. cit.* non refert, an sit curatus, nec ne; excommunicatus, &c. nec ne. 2. Ut sit instructus licentiâ vel ab Ordinario vel à Parocho, non quidem inscripto, sed etiam oretenus concessâ vel generaliter, vel specialiter, vel per se, vel per alium obtentâ. Ratio; quia & aliæ potestates ita com-

mitti

mitti solent. 3. Debet talis licentia esse ab
concessa, præsumpta enim non sufficit; uti e
mandatum debet præcedere actum mandat
vel procuratoris *l. 25. §. 4. ff. de acq. hæred.*
etiam requiritur licentia priùs impertita ab
vendi alienos subditos. *c. 12. de pœnit.* ita a
Pt. licentia merè præsumpta non est licentia, s
esset, si peteretur; ergo non sufficit. 4. N
requiritur, ut actu sit intimata licentia, modò
concessa vel ad instantiam assistentis, vel co
lente aut conscio; quia hoc casu privilegium
let à tempore *datæ*, si tamen acceptatio &
sensus accipientis adfuerit. Quid ratione
exigatur, videatur Tridentinum.

*Q. 10. Quæ pœnæ contrahentium clandestin
pliciter, id est, absque Parocho & testibus*; *
*pœnæ contrahentium clandestinè secundùm
est, absque denuntiationibus?* *Resp.* 1. Pœna
trahentium culpabiliter absque Parocho &
bus, præter peccatum grave, nullitatem
monii, prolium illegitimitatem, est arbitra
gravis tamen ab Episcopo infligenda; alienos
tem parochianos conjungens absque licentiâ
jure suspensus est. vid. *Trid. sess. 24. c. 1. de ref
matr.*

Resp. 2. Eodem modo pœnæ omittentium
nuntiationes, præter reatum culpæ & pœnæ
næ sunt; quòd assistens tali matrimonio Paroch
subjaceat triennali suspensioni, sententiæ ferend
dæ. *c. fin. h. t.* 2. Quòd ita contrahentes
trimonium fortè nullum non impetrent facil

dispen-

dispensationem, ipsorúmque proles sint illegitimæ *Trid. sess. 24. cap. 5. de reform. & c. fin. h. t. §. si quis.* 3. Quòd Parochus, contrahentes, testes & alii cooperatores arbitrariè insuper à judice Ecclesiastico sint puniendi.

TITULUS IV.

De Sponsa Duorum.

Q. 1. *De quo tractetur in præsenti titulo? Resp.* De impedimento *ligaminis*, quod est vinculum, quo conjux conjugi sic alligatur, ut durante matrimonio & vivente conjuge aliud matrimonium contrahi nequeat. Dum vir unus simul & semel habet duas vel plures uxores, dicitur *polygamia*; dum una fœmina simul & semel habet duos vel plures viros, *polyviria* nominatur.

Q. 2. *Quid requiratur ad inducendum impedimentum ligaminis? Resp.* 1. Ut præcesserit matrimonium ratum saltem *c. fin. h. t.* ex sponsalibus enim de futuro consurgit tantùm impedimentum impediens. 2. Ut prius matrimonium vero consensu & non ficto contractum fuerit; fictè enim initum in foro conscientiæ non inducit impedimentum ligaminis, cum stetur in hoc foro rei veritate. 3. Ut matrimonium etiamnum perseveret, si enim *consummatum* morte alterutrius, *ratum* vel Professione, vel dispensatione solutum sit, per se loquendo non obstabit valori alterius matrimonii.

Q. 3. Quis sit effectus impedimenti liga
Resp. Effectus *primarius* est, ut impediat
monium contrahendum & si nihilominus co
hatur, dirimat, sic ut qui cum duabus de
contraxit, ei adhærere debeat, quacum
contraxit, etiamsi matrimonium cum prim
tum tantùm sit *c. 2. 3. 4. & fin. h.t.* Effec
cundarius est pœna attentantium secund
ptias durante priori matrimonio; de jur
pœna infamiæ. *L. 2. C. de incest. nupt.* Si
monium secundum fuerit consummatum,
Germania pœna gladii. *Ordin. crim. Car*
art. 121. Olim de *jure Canonico* impo
pœnitentia publica per 7. annos cum je
40. dies in pane & aqua, quod *carenam*
c. 2. h.t. hodie est tali pro arbitrio prude
fessarii pœnitentia imponenda. Deinde
etiam post mortem sui legitimi conjugis
non potest, si sciverit, illam esse uxorem
eámque cognoverit vivente adhuc prior
quod est *impedimentum criminis* adhuc hod
perseverans, ùt dicetur *tit. 7.*

Q. 4. Polygamia quo jure sit prohibita?
Jure *positivo* humano vetitam esse, patet *c.*
4. fin. h.t. L. 1. ff. de his qui notant. infam. L.
C. de incestuos. nupt. de Jure *divino* habetur
rè *Matth. 19. Ephes. 5.* idque testatur Trid
sess. 24. de Sacram. matrim. can. 2. Jure
naturali prohibitam esse, suadet natura
monii, cujus fini secundario saltem rep
suadet natura justitiæ commutativæ &c.

pos

polyviria multò magìs procedunt, quæ dicta sunt de *polygamia*; pluralitas enim virorum respectu unius fœminæ non fini tantùm secundario matrimonii, sed etiam primario, generationi scil. & educationi prolis repugnat; neque DEUS unquam legitur dispensâsse in polyviria.

Q. 5. An DEUS dispensaverit in polygamia, & potuerit dispensare, & quando dispensatio cessaverit? *Resp.* 1. Dispensavit DEUS cum populo Israelitico, ùt supponitur *Deuteronom.* 31. & colligitur ab exemplo sanctissimorum Patriarcharum, qui sanè plures non duxissent uxores, si contra legem divinam fuisset. Exemplum horum gentiles tum temporis sunt secuti, extensâ ad se dispensatione divinâ, idque licitè secundùm D. Aug. relat. *in can. 7. caus. 32. q. 4.*

Resp. 2. Potuit dispensare DEUS, quia, dum penes ipsum est dominium corporum nostrorum, potuit usum illorum hoc vel illo modo concedere, fine præsertim honesto ad id movente, adeóque polygamia non est vetita jure naturali *absoluto*, utì blasphemia, perjurium, mendacium, quæ ex proprio objecto suo intrinsecè mala sunt, sed tantùm *conditionato*, utì furtum, occisio innocentis, bonorum alienorum direptio. Sanch. Laym. Castropal. volunt, DEUM in ipsa etiam polyviria dispensare posse.

Resp. 3. Cessavit dispensatio lege Evangelicâ, ùt constat ex illo *Matth. 5. & 19.* ubi Christus matrimonium reduxit ad primævam sui institutionem. Hinc infideles ad fidem conversi primam

tantùm uxorem retinere possunt, aliis d
Nullâ item consuetudine licita fieri potest
gamia, quia consuetudo juri divino & natura
rogare non potest.

TITULUS V.

De Conditionibus appositis in despo
tione, aliisque contractibus.

Q. 1. *Quid sit conditio, modus, causa, o
stratio?* Resp. 1. *Conditio* est qualita
vel contractui adjecta in dubium even
rum, suspendens obligationem illius
vens. Explicatur communiter per partic
Conditio de præterito vel præsenti non e
talis, nec facit contractum conditionatum
ditiones aliæ sunt *generales*, quæ omni
ctui insunt, ùt: *si vixerimus:* aliæ *speciales*
vel *intrinsecæ* contractui, v. g. *Si mihi non
guine juncta, duco te:* aliæ extrinsecæ: *
es dives.* Aliæ *possibiles*, aliæ *impossibiles*
turaliter, vel *civiliter:* aliæ *suspensiva*, a
lutoriæ:* aliæ sunt *honestæ*, aliæ *indiffer
turpes*, & inter has aliæ contra substan
trimonii, si vel bono *fidei*, vel bono
bono *Sacramenti* repugnent.

Resp. 2. *Modus* est onus, gravamen,
deramen actui adjectum; solet efferri per
*contraho tecum, ut mecum mercimonia
Modus actum non suspendit.

Resp.

Resp. 3. *Causa* est id, ob quod tanquam præsens vel præteritum aliquid fit; exprimitur per Ly *quia* v. g. *duco te, quia nobilis es.* Nec causa suspendit actum, vitiare potest, si sit finalis, & non subsistat.

Resp. 4. *Demonstratio* est appositio signi exprimens qualitatem demonstrativam rei, & denotatur per relativum, *qui, quæ, quod,* v. g. *duco te, quæ es filia Caji.* Nec hæc suspendit actum, nec regulariter vitiat; licèt demonstratio sit falsa, nisi habeat rationem conditionis.

Q. 2. An apponi possit sponsalibus aut matrimonio conditio honesta de præterito, præsente, futuro? *Resp.* Aff. sequuntur enim sponsalia & matrimonium naturam aliorum contractuum: etiam apponitur licitè, quia id nullibi prohibetur; ut tamen matrimonium contrahatur sub conditione de futuro, consultum non est ob plurima incommoda, ùt *Gobat ait Trid. 9. n. 138.* Sponsalibus etiam potest adjici conditio *resolutoria*, cum hæc mutuo consensu dissolvi possint; non tamen matrimonio talis conditio *ex partium arbitrio* apponi potest, cum repugnet indissolubilitati ejusdem, adeóque vitiet.

Q. 3. An conditio de præterito vel præsenti suspendat aut vitiet matrimonium; v. g. duco te, si es virgo; si Pater tuus est mortuus? *Resp.* Negativ. sed actu contrahitur *vel* non contrahitur obligatio pro ratione conditionis præsentis vel præteritæ. §. 1. *Inst. de V. O.* etiamsi contrahentes ignorent existentiam conditionis, quia non al-

ligârunt consensum suum notitiæ, sed tantùm existentiæ conditionis.

Q. 4. An conditio de futuro necessaria, v. g. si cras sol orietur, vel contingens quidem, sed necessariò existens, v. g. si Anti-Christus existet, suspendat sponsalia vel matrimonium aut saltem irritet? Resp. Regulariter neutra suspendit aut irritat, sed purus est contractus vel sponsalitius vel matrimonialis; quia cum talis conditio jam sit determinata in causa, pro præsente & existente habetur.

Q. 5. An conditio de futuro honesta sponsalibus vel matrimonio apposita eorum valorem suspendat? Resp. Aff. ut ante ejus eventum non oriatur obligatio sponsalitia, vel impedimentum publicæ honestatis. *c. 3. 5. fin. h. t.* Probabiliùs tale matrimonium adveniente conditione subsistit sine novo consensu, ex paritate cum aliis contractibus, qui positâ conditione fiunt absoluti *L. 4. ff. qui potior. in pignor.* de sponsalibus videtur id certum ex *c. un. de sponsal. in 6.*

Q. 6. Quando conficiatur Sacramentum à contrahentibus conditionatè? Resp. Quando impletur conditio; quia tum habetur consensus perfectus & absolutus ad Sacramentum requisitus. necesse tamen non est, ut Parochus & testes adsint impletioni conditionis; quia Trid. hoc non tantùm præsentiam requirit, dum contrahitur matrimonium, quod non fit tempore purificatæ conditionis.

Q. 7. An obstet matrimonii valori adjecta

conditio impossibilis? *Resp.* Sive conditio impossibilis de futuro, sive de præsenti, sive præterito; sive impossibilis ex natura rei vel de facto adjiciatur, qualis esset, siquis pauperi dicat, *si mille mihi dederis in dotem*, non vitiabit contractum, sed habebitur matrimonium pro purè contracto. *c. fin. v. licet h. t.* Sed tamen præsumptivè solùm, quæ simul præsumptio non est *juris & de jure.*

Q. 8. Qualiter subsistat matrimonium contractum sub conditione turpi? Resp. 1. Si substantiæ matrimonii non repugnet, *v. g. duco te, si mecum fueris*, habetur pro non adjecta, & matrimonium statim ùt purè contractum valebit. *c. fin. h. t.* Illa conditio, *si te virginem invenero*, semper rejicienda est, quia id nunquam intelligi potest de concubitu legitimo.

Resp. 2. Si repugnet conditio adjecta substantiæ matrimonii. v. g. *duco te, si corpus tuum prostitueris*, vitiatur & est nullum matrimonium. *cit. c. fin. h. t.* quæ responsio non tantùm intelligitur de conditionibus *turpibus*, sed & *honestis*, substantiæ matrimonii contrariis.

Q. 9. An sicut in matrimonio, sic etiam in sponsalibus de futuro conditiones turpes & impossibiles habeantur pro non adjectis, adeóque censeantur sponsalia absolutè contracta? Resp. Neg. quia textus tantùm de matrimonio loquitur *in c. fin. h. t.* nec eadem pro sponsalibus ac matrimonio ratio militat: demum dispositio *c. fin. cit.* est correctiva juris communis, strictè autem correctio est accipienda. *L. 32. in fin. C. de appell.* unde

infertur, ſiquis dicat, *promitto tibi matrimo*
ſi me in tali ſcelere juveris, talem non obliga
ope in petito ſcelere præſtitâ.

Q. 10. Quid dicendum, ſi matrimonium
trahatur ſub modo, cauſa, demonſtratione
1. Matrimonium ſub modo contractum
valet, ſic enim differt modus à conditione,
hic non ſuſpendat actum, ſed illa. Modus
poſſibilis & turpis habetur pro non adjec
tamen ſit contra ſubſtantiam matrimonii,
contraho tecum, ut ſterilitatem procures, matri
nium eſt nullum *c. fin. cit. h.*

Reſp. 2. Cauſa vel demonſtratio, ſ
neſta, ſive turpis, vel etiam contraria
matrimonii, ſive vera, ſive falſa, per ſe
ſuſpendit matrimonium, ſed habetur pro
adjecta. v. g. Cajus contrahit cum Sem
quia eſt nobilis, quia ſterilis; matrimonium
quia cauſa nobilitatis, ſterilitatis, &c. ſpe
qualitatem ſolùm accidentalem contra
excipitur, ſi cauſa ſit finalis & ſimul falſa;
ſiſtat in errore circa ſubſtantiam perſon
cauſa ſit per modum conditionis appoſit
enim cenſetur exiſtentiæ ipſius cauſæ alli
conſenſus.

TITULUS VI.

Qui Clerici vel voventes matrimo
contrahere poſſunt.

Q. 1. *Clerici qui & ſub quibus pœnis prohib*
contrahere matrimonium? Reſp. 1. Cl

in minoribus constituti validè & licitè ineunt matrimonium, ùt habet communis; si tamen beneficiati sunt, beneficium ipso facto amittunt. *C. 3. de Cler. conjug.* pro, non contra nos facit. 2. Clerici *in Sacris constituti* prohibentur contrahere matrimonium vi tantùm præcepti Ecclesiastici, non divini, quale non extat. 3. Obligatio se continendi oritur immediatè ex voto SS. Ordinibus annexo, quia hoc Clerici in majoribus in sua ordinatione vel expressè vel tacitè emittunt. *can. 1. dist. 28.* 4. Si ordinibus sacris insigniti attentant matrimonium, præterquam quòd illud invalidum sit, excommunicationem insuper & irregularitatem ipso facto incurrunt *c. 2. h. t. Clement. un. de consang. & aff.* à quibus tamen pœnis resipiscentes potest Episcopus absolvere.

Q. 2. An vota simplicia dirimant vel impediant tantùm matrimonium contrahendum? Resp. 1. Vota simplicia castitatis, ingrediendi Religionem, suscipiendi SS. Ordines, non nubendi, ex natura impediunt tantùm matrimonium contrahendum, id est, illicitum reddunt, non invalidum *c. un. de vot. in 6.* Votum tamen simplex *Castitatis* perpetuæ cum duobus aliis verum constituens Religiosum, matrimonium contrahendum dirimit. *Bulla Gregor. XIII. Ascendente Domino.* Non verò contractum, etiam ratum tantùm. Quia nec ex natura sua, nec ex jure communi positivo hanc vim habet, quod tantùm meminit *Professionis Religiosæ*, valentis matrimonium ratum dissolvere; Bulla *Ascendente* autem loquitur tan-

tùm de matrimonio contrahendo. 2. Vo
ſimplex *caſtitatis* uſum etiam matrimonii re
illicitum, ita ut vovens non poſſit petere d
tum, quia quoad hanc partem ſervari potes
& 12. de converſ. conjug. reddere tenetur c.
eod. tit. 3. Votum *Religionis, Sacri Ordin*
non nubendi uſum matrimonii conſummat
facit illicitum, ſed ſolùm facit, ut novum
monium, priore per mortem diſſoluto,
contrahatur. Ratio, quia his caſibus mater
reddita eſt impoſſibilis.

Q. 3. *An votum ſimplex Caſtitatis, Re*
vel SS. Ordinum dirimat ſponſalia? *Reſp.* 1.
ſalia contrahenda poſt votum facit irrita.
obligarent enim ſponſalia ad fidem DEO
dam, ſi poſt votum valerent. *Reſp.* 2. N
irrita ſponſalia antecedentia ex parte illi
contractis ſponſalibus votum v. g. caſtitatis
vit. Habetur tum in *c. 5. h. t.* tum ex ra
quòd DEUS non acceptet votum rei jam
per ſponſalia promiſſæ. Qui tamen ingr
in Religionem vovit poſt ſponſalia, hæc
diſſolvere ingrediendo Religionem. Ratio:
cum ſponſalibus & matrimonio inſit con
niſi ſtatum religioſum elegero, obligatio eſſe
poteſt ad matrimonium, ſed ad votum imp
dum. *c. 2. & 7. de converſ. conjug.*

Q. 4. *An votum ſolenne caſtitatis, nimir*
emiſſum vel in Profeſſione vel ſuſceptione S. O
dinum (præter hæc non dantur vota ſolennia
un. de vot. in 6.) *dirimat matrimonium, &*
tur?

ter? *Resp.* 1. Votum solenne emissum in Religione approbata dirimit matrimonium contractum ratum. *c. 2. 7. 14. de conv. conjug. Trid. can. 6. Sess. 24. de Reform. matr.* Non tamen hanc vim habet votum solenne castitatis emissum in susceptione S. Ordinum, cum enim jure tantùm Ecclesiastico positivo, non naturæ à voto matrimonium dirimatur, Ecclesia potiùs vim illam voto solenni in Religione, quàm susceptione S. Ordinum emisso voluit attribuere, eo quòd, ùt Laym. ait, per Professionem censeatur fieri perfectissima sui ipsius traditio, cujusmodi non reperitur in susceptione Ordinum. *Resp.* 2. Votum solenne castitatis tam in Religione emissum, quàm Ordini S. annexum dirimit matrimonium contrahendum. *Trid. sess. 24. c. 9. de reform. matr. c. un. de vot. in 6.*

Q. 5. *An votum Solenne Professionis stare possit cum matrimonio, ejúsque usu? Resp.* Neg. ex *c. 6. de stat. monach.* ubi ita: *abdicatio proprietatis, sicut & custodia castitatis adeò est annexa regulæ monachali, ut contra eam nec summus Pontifex possit licentiam indulgere,* scil. taliter à Papa dispensatus verus manet Religiosus.

TITULUS VII.

De eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium.

Q. 1. *Quotuplex crimen sit, ex quo oritur impedimentum dirimens matrimonium?* *Resp.* Hic nonnisi de duobus sermo est, *adulterii scil.*

& homicidii, in quorum pœnam Ecclesia reos inhabiles ad contrahendum matrimonium non cum omni quidem persona, sed cum eâ, cum peccatum est.

Q. 2. Quid requiratur, ut adulterium sit impedimen dirimens? Resp. Solum adulterium à Matrimonio cum Semproniâ stante legitimo matrimonio commissum non obest, quò minus Sempronia à Titio validè duci possit post mortem uxoris suæ. *c. 6. h. t.* Nec sola promissio matrimonii post mortem legitimæ conjugis; nec sola attentatio matrimonii absque adulterio. *c. fin. h. t.* Ratio, quia licèt & sola promissio & attentatio sola matrimonii inducere votum possit captandæ mortis, debent tamen impedimenta hæc matrimonialia potiùs *cap. hujus tit.* restringi, quàm ampliari. Requitur itaque, ut præter adulterium vel matrimonium post mortem conjugis cum complice ineundem promittatur, vel saltem conjuge defacto attentetur. *Deinde*, ut sit adulterium formale ex utraque parte *c. 1. h. t.* Tum ut promissio sit vera, & ab altera parte acceptata, non acceptata enim nuda est policitatio. *l. 10. ff. de donat. Demum* ut promissio sit pura in nullum eventum suspensa. *Pirh. h. t. n.*

Q. 3. An requiratur, ut promissio facta de adulterium commissum eodem matrimonio legitimo durante? Resp. Aff. Ita ut si promissio facta Semproniæ à Titio tempore legitimi matrimonii Titii cum Caja, adulterium verò commissum à Titio cum Sempronia tempore posterioris legitimi

matrimonii Titii cum Bertha, possit adhuc adulter, mortuâ secundâ uxore, ducere adulteram, quia per secundum matrimonium legitimum adulter recessit à fide adulteræ datâ; spes etiam per secundum matrimonium extincta est, ineundi cum adultero matrimonium. Impedimentum tamen criminis semel contractum perpetuum est, quia nullo jure probatur cessare illud circa dispensationem. *c. 5. h. t.*

Q. 4. Quibus casibus oriatur ex homicidio impedimentum criminis dirimens matrimonium? *Resp.* Duo sunt casus: *Primus est*, si duo committunt adulterium, eóque perpetrato ipsorum alter animo matrimonii cum altero ineundi occidit vel proprium conjugem vel conjugem sui in adulterio complicis, commissum est impedimentum criminis, ut hos inter matrimonium non possit consistere. *c. siquis vivente. 5. caus. 31. q. 1. c. 1. 3. 6. h. t. Secundus est*, si quidem adulterium non intervenit, intervenit tamen occisio conjugis facta ab ipsis communi utriusque consensu, vel eorum consilio aut jussu; eo animo, ut possint conjuge sublato NB. inter se nuptias contrahere. *c. 1. de convers. infidel.* Nota, juxta plerosque requiri occisionem factam, & non tantùm attentatam, sive puram machinationem, cum LL. maximè pœnales, de crimine consummato sint intelligendæ, & verba cum effectu accipienda. *c. 4. de Cler. non resid.* Æquè autem incurritur, sive uxoricidium, sive viricidium commissum sit *c. si quis vivente. cit. c. 1. de convers. infid.* Item tametsi occisor

cisor infidelis sit, modò adultera sit fidelis, tam Ecclesia, licèt punire infideles non possit, possit tamen punire fideles, eos inhabilitando ad matrimonium, si delicto ab infideli commisso cooperati sunt.

Q. 5. *An ab ignorantibus tali crimini annexum esse impedimentum dirimens, illud incurratur?* Resp. Probabile est, quod non. Ratio; quia pœnæ præsertim per Leges Ecclesiasticas impositæ non incurruntur ab ignorantibus eas annexas delicto, ùt patet in ignorante censuram annexam delicto; esse autem Legem hanc pœnalem probatur ex ipsa Legis pœnalis definitione. Deinde ignorantia facti excusat ab impedimento criminis, cum mulier peccans cum viro sub promissione matrimonii, quem ignorat esse conjugatum, illud non incurrat, ergo ob paritatem rationis etiam ignorantia juris excusabit.

TITULUS VIII.

De Conjugio Leprosorum.

Q. 1. *An Lepra, (vel alius morbus contagiosus, ùt pestis, tabes venerea, phthisis) dissolvat sponsalia de futuro contracta?* Resp. Si sit lepra superveniens sponsalibus, dissolvit *c. fin. h. t.* non quidem ipso jure, sed ubi sanus velit ea dissolvi; si præcessit sponsalia, sed fuit ignorata, eodem modo dissolvit; quia verisimile non est, quòd quis leprosæ matrimonium promittere cogitaverit; habendáque hæc est pro notabili mutatione.

Q. 2.

Q. 2. An per Lepram supervenientem vel præcedentem ignoratam dissolvatur matrimonium quoad vinculum? Neg. sive matrimonium sit jam consummatum, utpote cujus vinculum est indissolubile *Matth. 19. ℣. 9.* sive sit ratum tantùm, quia vis *ipso jure* dirimendi matrimonium ratum, soli Professioni Religiosæ competit *c. 2. & 7. de conversi. conjug.* Posse tamen matrimonium ratum tantùm dispensativè à S. Pontifice solvi, essèque hanc causam sufficientem & justam, dispensationis obtinendæ, tenet cum aliis Sanchez.

Q. 3. An sanus conjugi leproso teneatur reddere debitum? Resp. 1. Si judicio Medicorum lepra non sit maligna, nec contagiosa, conjux sanus tenetur tam ad cohabitandum, quàm reddendum debitum. *c. 1. & 2. h. t.* Secus est, si probabile infectionis periculum immineret, hoc enim casu ordinata charitas individui proprii incolumitatem præferre docet. Wiestn. *h. t. n. 6.* ait, illum difficiliùs à cohabitatione & redditione debiti absolvi, qui sciens cum infectâ matrimonium contraxit, eo quòd sibi periculum infectionis debeat imputare. Item quòd faciliùs absolvatur à redditione debiti, quàm ab omnimoda cohabitatione, cum ex cohabitatione sola tantum periculi incurri non soleat, quantùm ex commercio carnali.

TITULUS IX.

De Conjugio Servorum.

Q. 1. *An subsistant matrimonia cum servis inita?* *Resp.* 1. Matrimonium cum servo impro-

priè

priè dicto, v. g. cum adscriptitio, originario, mine proprio, etiam cum ignorantia hujus qu tatis, contractum valet, modò nullum aliud pedimentum intercedat. Ratio; quia tale ma monium nullibi reperitur irritatum, & tales mines verè sunt liberi *L. 13. C. de agric. & c Lib. XI.* 2. Valet etiam matrimonium servi priè dicti, contractum cum paris conditionis sona, licèt dominus sit invitus. Ratio *primi*, Ecclesia in ordine ad matrimonium considera mines secundùm naturam suam, secundùm omnes sunt æqualiter liberi. Ratio *secundi* decisio *c. 1. h. t.* tum quia matrimonium turali & divino concessum est hominibus pagationem generis humani, & remedium cupiscentiæ, quod jus Domini servis auferre possunt. Ex qua ratione sequitur matrimo tale non validum tantùm, sed & licitum es

Q. 2. *An validum sit matrimonium, quod seu ingenuus contrahit cum persona conditio vilis vel cum servâ propriè dicta?* Resp. I. S ignorans conditionem alterius servilem cont rit, matrimonium est nullum *c. 2. & fin. h.* quidem jure naturæ, sed jure tantùm positivo clesiastico; adeóque ad impedimentum dir *conditionis* requiritur, ut una tantùm pars si ditionis servilis, & ut pars libera id ignoret que postea ratificet matrimonium; nam *Reg* Si liber sciat conditionem alterius servilem, tamen contraxerit, subsistet matrimonium: putet enim sibi, quòd statum matrimonialem

rèc

reddiderit graviorem: quòd subsistat, habetur *can. 4. & 5. caus. 29. q. 2. cap. 2. & fin. cit. h. t.*

Resp. 3. Subsistit matrimonium, quod contraxit liber cum libera, quam servam: servus cum libera, quam servam: quod servus cum serva, quam liberam existimavit. Ratio; quia Ecclesia matrimonium inter personam liberam & servilem eo solùm casu irritavit, quo ignoratur status contrahentis conditionem reddens deteriorem.

Q. 3. An Dominus indirectè saltem possit impedire matrimonium servi, v. g. eum vendendo in partes remotas, dum tractat servus de matrimonio? Resp. Ante sponsalia potest, quia Dominus utitur jure suo; non verò potest servum in partes longinquas vendere contractis jam sponsalibus accedente Domini voluntate & licentia, cùm tunc censendus sit tacitè promisisse, se non impeditum matrimonium, quando commodè fieri possit. Imò etiamsi sponsalia à servo sine licentia Domini sint contracta, Castropalao ait, Dominum ex charitate obligari, ne venditione in terras longinquas impediat matrimonium, quia præsumeretur id animo iniquo facere.

Q. 4. Quando servus consequatur libertatem ex matrimonio permissu Domini inito? Resp. 1. Si Dominus servum proprium vel servam in matrimonium tradat personæ liberæ, ignaræ hujus servitutis, nec eam detegat, vel sciens eos contrahere cum ignorantia, *studio* taceat, eo ipso servus vel serva libertatem consequitur favore matrimonii,

idque absque omni sententia judicis. *Auth. hoc. Cod. de Lat. libert.*

Resp. 2. Ancilla libertatem consequitur, si minus tradat eam nuptui, conficiens dotale instrumentum, homini libero, etiam scienti servitutem. *arg. L. un. C. de Latin. libert. toll.*

Resp. 3. Contracto matrimonio, consentiente etiam Domino, à servo cum serva, vel à serva cum libera, Domino non consentiente, non emuntur à potestate Domini & servitiis ei debitis. Deciditur clarè in *cap. 1. h. t.* quia servus se obligare non potest ad usum matrimonii, nisi in quantum Domino non præjudicat.

TITULUS X.

De natis ex libero ventre.

Q. 1. *In quibus casibus partus sequatur ventrem? Resp.* 1. Quoad statum libertatis & servitutis liberi non Patris, sed Matris conditionem sequuntur, quantum est *de jure communi*, adeóque si mater est libera, licet pater serva fuerit, liberi erunt filii, & contra. *L. 7. C. de R. V. un. h. t.*

Resp. 2. Filii quoad familiam, nobilitatem & dignitatem sequuntur conditionem patris, non matris. *L. 19. ff. de stat. hom.* Ratio; quòd proles recipiat esse à patre tanquam à causâ principaliori & nobiliori, meritò quoad ea, quæ ad genus & familiam pertinent, sequitur patrem. Hæc tamen regula, quòd proles nata à patre nobi-

nobilis sit, licèt mater fuerit ignobilis, multùm temperatur per statuta particularia locorum & provinciarum, dum in plerisque Ecclesiis Cathedralibus ad Canonicatus, in Aulis Principum ad solennes ludos equestres non admittuntur, qui nobilitatem suam ex linea utraque docere non possunt.

Q. 2. Quid requiratur, ut proles sequatur conditionem maternæ servitutis? Resp. Ut mater & tempore conceptionis, & intermedio, & nativitatis fuerit serva; si enim uno ex his, etiam breviſſimo, fuerit libera, v. g. prægnationis, etiamsi tempore partûs sit serva, proles nata libera erit, quantum est vi natalium. *pr. Inst. de ingenuis. L. 5. §. 2. ff. de statu hom.* Triplex tamen ab hac regula exceptio statuitur *1. in L. fin. C. de serv. fugit.* dum ex privatâ ancillâ (licèt libera) servus publicis operibus deputatus prolem suscipit, hæc una cum matre fit serva ob delictum patris. *Deinde* si pater libertus ob ingratitudinem revocatur in servitutem, quo casu & filii post commissam ingratitudinem nati servi fiunt, etsi nati ex matre libera. *L. 2. ℣. filiis. C. de libert. & eorum liberis. Demum* casu quo mater gerens uterum justo bello capta & in servitutem redacta parit, proles quoque serva fit, non quidem vi natalium, sed quia occasione justi belli beneficium à parentibus accepit, ne unà cum matre interimeretur.

TITULUS XI.

De cognatione ſpirituali.

Q. 1. *Quid ſit cognatio ſpiritualis? Reſp.* pinquitas perſonarum, *jure Eccleſiaſ- ſtatuente*, orta ex collatione & ſuſcepti- ptiſmi & Confirmationis, ac dirimens ma- nium inter certas perſonas. Dicitur 1. *quitas*, quod eſt genus, in quo conve- cognatione carnali. 2. *Jure Eccleſiaſtico tuente*, ex hoc enim ſolo dicta propi- tur, occaſione ſumpta à cognatione ca- enim Baptiſmus aſſimiletur nativitati hominis in utero, Confirmatio nativi- ro; cum baptizans etiam & confirmans trini intelligantur eſſe parentes ſpirituales Eccleſia ob reverentiam erga ſe ortam ex culo, ut hæc cognatio non minùs ac ſet impedimentum dirimens. 3. *Ex ſuſceptione Baptiſmi & Confirmationis*, enim aliis dicta propinquitas oritur, Sacramenta non conferunt gratiam per *regenerationis* ſpiritualis.

Q. 2. *Quas perſonas afficiat cognatio lis? Reſp.* Jure novo Trid. *ſeſſ. 24. matr. c. 2.* ſublata juris antiqui confu- tur cognatio ſpiritualis, adeóque & nium tantùm dirimitur inter patrinum & tum ipſum, & inter baptizati patrem & item inter baptizantem vel confirmantem

baptizatum vel confirmatum, & baptizati vel confirmati patrem & matem. Hinc duo patrini inter se non contrahunt hanc cognationem, nec baptizans vel confirmans respectu patrinorum, neque baptizatus vel ejus pater cum uxore baptizantis vel levantis, nisi & ipsa matrina fuerit.

Q. 3. Ex quo Baptismo, solenni, an privato, oriatur cognatio spiritualis? Resp. 1. Baptizans sive solenniter sive privatim baptizet, semper contrahit cognationem spiritualem cum baptizato, ejúsque patre & matre, cum Baptismus solennis & privatus in se & formaliter non differant, sed tantùm quoad ceremonias.

Resp. 2. Levans infantem in privato etiam Baptismo, *si faciat animo, munus patrini obeundi,* contrahit cognationem spiritualem; quia jura generaliter loquuntur, nec distinguunt inter baptismum solennem & privatum; & quia in privato baptismo æquè locum habet, quòd assistentia patrini sit officium aliquod ad repræsentandam & perficiendam spiritualem generationem ab Ecclesia ordinatum.

Q. 4. Quid si sponsus de futuro baptizet vel levet sponsæ suæ prolem, an contrahat cognationem spiritualem, & quid si parens sobolem suam baptizet? Resp. 1. Sponsus baptizans etiam in casu necessitatis prolem sponsæ, contrahit impedimentum solvens sponsalia & dirimens matrimonium contrahendum. *Trid. l. cit.* Idem est, si levet prolem sponsæ suæ. Layman cum aliis ait, non incurri illud impedimentum, si *inscienter & nesciens*

esse prolem sponsæ suæ levet; non tamen
consequenter, si enim baptizans prolem spo
suæ juxta Laym. etsi nesciat prolem ejus e
cognationem contrahat, quia verè baptizan
tentionem habens hominem præsentem bapt
di; cur non ex paritate rationis levans fiat
patrinus & cognationem contrahat, cum
habeat intentionem, præsentem levandi.

Resp. 2. Parens baptizans in necessitate p
propriam vel levans, non contrahit cu
uxore ita cognationem spiritualem, ut pr
jure petendi debitum conjugale, vel ab eo d
liberetur. *ca. 7. cauſ. 30. q. 1.* Quia rati
dabiliter agit, illúdque est inculpabile ali
dum, ad quod necessitas impulit. Idem
extra necessitatem, laborans tamen pro
ignorantiâ juris aut facti, id faciat; quia
nus excusatur à culpâ, eatenus pœnâ vacat
lis est cognatio contracta, præsertim si pri
re jam quæsito, petendi debitum. Imò
probabiliter asserunt, quòd parens, etiam
casum necessitatis baptizans vel levans fil
propriam, sive scienter, sive ignoranter, n
quidem privetur jure petendi debitum, n
obligatione illud reddendi liberetur: probat
c. 2. h. t. Ibi: *nobis videtur*, ait Pontifex,
ex ignorantia, sive ex malitia id fecerint (
mulier) *non sint ab invicem separandi*, nec
alteri debitum debet subtrahere. Deinde pa
juris petendi debiti absque textu claro, q
non affertur, astrui non debet: Ergo.

Q

Q. 5. Quinam patrini esse possint? Resp. Omnes Catholici, si intentionem habeant, munus patrini obeundi, & rationis usu præditi sint, *regulariter* validè & licitè patrinos agere possunt, neque certa ætas requiritur, neque, ùt habet communis, necesse est, ut levans ætate excedat levatum: in Confirmatione patrrinus debet esse confirmatus. Nota tamen Ly *regulariter*, licèt enim absque causa *Religiosi* ac *Monachi* in patrinorum officium se ingerentes contrahant cognationem, validè tantum & non licitè id muneris administrabant. Vide *can. placuit. 8. caus. 16. q. 1. c. 103. Dist. 4. de Consecr.* Neque *Hæretici* licitè, quamvis validè, adhibentur pro patrinis in baptismo, tum quia aut nolunt aut non possunt officio suo satisfacere; tum quia indecens est ad hanc sacram ceremoniam admittere Hæreticum; dantur tamen casus, ubi Acatholicus etiam licitè in patrinum Catholici admittitur: faciliùs permittitur, ut Catholicus patrinum in baptismo Acatholici agat. *Gob. Tr. 2. n. 565.*

Q. 6. An gentiles, Judæi, Turcæ patrini esse possint, & cognationem spiritualem contrahant? Resp. Neg. Sed sive levet, sive baptizet gentilis ejusmodi, licèt sit Catechumenus, incapax est cognationis spiritualis. Ratio, quia Ecclesiæ, ejúsque legibus, vi quarum hoc impedimentum introductum, subjectus non est. *can. 102. dist. 4. de Consecr.* dicitur, *in Baptismate vel Chrismate* (Confirmatione) *non potest alium suscipere in filiolum, qui non est ipse baptizatus vel confirmatus.*

Q. 7. An dum plures sunt patrini, omnes [illegible] *ter contrahant cognationem spiritualem?* Resp. [illegible] plures, quàm unus & una, sint designati ab [illegible] quos id pertinet, contrahunt singuli cogn[illegible] nem & impedimentum. *c. fin. h. t. in 6.* à qu[illegible] re antiquo recedendum non est, dum aliud [illegible] statuitur jure novo. It. quamvis Trid. ve[illegible] plures designari, quàm unum & unam in bap[illegible] mo, factum tamen plurium non irritavit. 2. [illegible] ultra designatos tangunt vel levant baptiz[illegible] non contrahunt cognationem; quod expres[illegible] betur in Trid. *sess. 24. c. 2. de reform.* [illegible] 3. Si nullus est designatus, *probabile* est, [illegible] omnes levantes contrahant cognationem, [illegible] constet, quis primus tetigerit, qui tum sol[illegible] trahit. Ratio, quia *c. fin. h. t. in 6.* à Trid. [illegible] rectum tantùm videtur pro casu, quo patri[illegible] matrinæ designatio aliqua est facta.

Q. 8. Dum quis per Procuratorem aliquem [illegible] *pit ex Baptismo vel Confirmatione, quis eorum* [illegible] *trahat cognationem?* *Resp.* 1. Non Procur[illegible] quia requiritur, ut quis suo non alieno nomi[illegible] vet infantem, ùt habet Barb. cum pluribus. [illegible] quia talis caret animo, se constituendi in pa[illegible] num, qui tamen animus ad verum patrinum [illegible] quiritur.

Resp. 2. Ipse principalis est verus patrinus [illegible] contrahit cognationem. Ratio; quia potest [illegible] libet per Procuratorem præstare, quæ per seip[illegible] potest, si aliàs prohibitus non sit. *c. 72. de* [illegible] *jur. in 6.* Confirmatur ab exemplo matrimo[illegible]

&

& à praxi Magnatum, quam consuetudinem sanè non permitteret Ecclesia, si tales per Procuratorem patrini esse non possent, permitteret enim Baptismum solennem celebrare absque patrino.

TITULUS XII.

De Cognatione Legali.

Q. 1. *Quid sit & quotuplex adoptio, ex qua oritur cognatio legalis?* *Resp.* 1. Adoptio in genere definitur, quòd sit personæ extraneæ in filium vel nepotem legitima susceptio. Per *personam extraneam* intelligitur, quæ non est in potestate adoptantis, sive sit ex descendentibus ejus, sive aliàs consanguinea, nec ne; per *Ly legitima*, quòd debeat servari forma à LL. Civ. statuta *§. 3. 4. 9. 10. Inst. L. 2. 24. 26. ff. L. 1. & fin. C. de Adoption.* approbata â SS. Canonibus *can. 1. & 5. caus. 30. q. 3. c. un. h. t.*

Resp. 2. Adoptio est duplex: *perfecta*, quæ & *arrogatio* dicitur, est, quâ persona extranea, quæ sui juris est, rescripto Principis transit in potestatem & familiam adoptantis, ita, ut talis non minùs ac filii naturales, hæres adoptantis necessarius ex Testamento in quarta parte bonorum fiat. *§. 3. Inst. L. 2. C. de adoption.* Adoptio *imperfecta*, *simplex*, seu *adoptio in specie* est actus legitimus, quo filiusfamilias, sub patris scil. potestate constitutus, authoritate judicis infe-

rioris assumitur ita, ut non transeat in pote-
tem & familiam adoptantis, sed maneat ad
in potestate sui patris, jus tamen succedendi
intestato acquirat. Adoptioni in Germania
milis est *unio prolium*, quæ tamen non
personarum, quàm bonorum conjunctio
Pro legaliter cognato aut adoptato habe-
non est juvenis, qui citra authoritatem
stratûs & solennitates juris in ædes assumi-
alitur.

Q. 2. Quid sit & quotuplex cognatio legi-
Resp. 1. Cognatio *legalis* est propinquita
sonarum ex adoptione proveniens. Pith
cit hæc verba: *Jure Ecclesiastico jus Civile*
bante.

Resp. 2. Cognatio *legalis* tam ex adoptione
fecta, quàm imperfecta proveniens, est
Prima in linea recta, inter adoptantem &
ptatum, & descendentes adoptati, si hi
potestate existant. *L. 55. ff. de ritu nuptia*
cunda Lateralis, seu in linea transversa inter
ptatum & filios, & alios descendentes adop-
tis; de quâ *c. 6. caus. 30. q. 3. c. un. h. t.* Ta
fundatur in legali quadam affinitate ad simi-
dinem affinitatis carnalis inter adoptantem
uxorem adoptati, & contrà. *L. 14. ff. de*
nuptiar.

Q. 3. Ex qua adoptione oriatur cognatio legi-
dirimens matrimonium? Resp. Quòd ex ad
tione oriatur, certum est *L. 14. & seq. ff.*
ritu nuptiar. c. un. h. t. c. 6. caus. 30. q. 3. Q
ortu

oriatur ex adoptione ſpecificè tali, negat Sanch. citans plures. *L. 7. D. 63. num. 9.* Pirh. *h. t. n. 3.* Ratio, quòd hæc adoptio non ſit propriè & ſimpliciter talis, adeóque leges ſtatuentes impedimentum cognationis legalis, utpote odioſæ ſint reſtringendæ, neque extendendæ, niſi ad adoptionem propriè dictam. Deinde quòd hac ratione ceſſet periculum incontinentiæ inter cognatos legales, dum hi, cum non tranſeant in poteſtatem adoptantis, non habitant ſimul; quod periculum vitandum præcipuum fundamentum fuit, impedimenti hujus ab Eccleſia approbandi. Econtra affirmant cum gloſſ. plures, inter quos Caſtrop, Ratio horum eſt, quòd licèt adoptio ſpecificè ſumpta ſit minùs perfecta, ſit tamen verè & propriè adoptio. *L. 14. ff. de ritu nuptiar.* Proinde cum textus utriusque juris, quibus hoc impedimentum aſſeritur, abſolutè loquantur de adoptione, & de hac textus accipiendos eſſe, cum neceſſe non ſit, hanc cognationem in omnibus aſſimilari cognationi carnali.

Q. 4. *An & quæ cognatio ex tribus illis ſcil. ex cognatione legali in linea recta, collaterali, & affinitate legali dirimat matrimonium? Reſp.* Earum ſingulæ, utpote approbatæ à Jure Can. tum in Decreto, tum in hac rubrica, tum etiam ſpecialibus capitulis v. g. *can. 1. cauſ. 30. q. 3. can. 6. ibid.* conſtituunt ejusmodi impedimentum dirimens, etiam de Jure Canonico.

Q. 5. *Ad quos gradus ſe extendat impedimentum legalis cognationis, & quamdiu duret? Reſp.* 1.

Resp. 1. Nullo jure satìs id est expressum; h
variant AA. In Jure Canonico cognationis *Leg*
lineæ rectæ non reperitur prohibitio alia matri
nii, nisi tantùm inter adoptantem & adopta
adeóque & inter filios vel filias, quos vel p
adoptatus in potestate patria habet. *can.* 1. *c*
30. q. 3. c. un. h. t. Sunt tamen, qui cum D. Th
cognationem legalem lineæ rectæ in ratione
pedimenti se extendere, ajunt, indiscrimin
ad omnes descendentes in infinitum, eo q
sic se extendat de Jure Civili, cognatio aute
galis à Jure Civ. inducta approbetur à SS. C
nonibus. Impedimentum hoc lineæ rectæ
quemcunque se gradum extendat, durat se
neque cessat per mortem adoptantis vel eo
pationem adoptati.

Resp. 2. Cognatio legalis in linea *tran*
præstat impedimentum matrimonio inter ado
tum & filios naturales adoptantis, & durat
diu solùm, quamdiu adoptio, quâ dissoluta
sat. *L. 17. ff. de ritu nuptiar. c. un. h. t.*

Resp. 3. Cognatio legalis per modum *affini*
tis inducit impedimentum quìdem perpetuum
durans etiam soluta adoptione; aliqui verò
cunt, contrahi illd solùm inter uxorem adopta
tis cum adoptato, & inter uxorem adoptati c
adoptante; alii ad modum affinitatis carnalis
quartum gradum extendunt.

TITU.

TITULUS XIII.

De eo, qui cognovit consanguineam uxoris suæ seu Sponsæ.

TITULUS XIV.

De Consanguinitate & affinitate.

NOTA.

Conjunguntur duo hi tituli, eo quòd posterior prioris materiam totam exhauriat cùm enim in posteriori agatur de affinitate in tota sua latitudine sumpta, adtóque de orta tam ex copulâ licitâ, quàm illicita, agetur pariter de ea, quam contrahit cognoscens consanguineam uxoris suæ.

§. 1.

De Consanguinitate.

Q. 1. *Quid sit consanguinitas? Resp.* Juxta communem, est vinculum seu conjunctio personarum ab eodem stipite propinquo per carnalem propagationem descendentium. Dicitur *ab eodem stipite propinquo*, ne omnes homines utpote ab Adamo descendentes sint consanguinei. Dicitur *per carnalem propagationem*, non addendo: *ordinariam*, cum inter Christum & B. V. vera fuerit consanguinitas, non tamen propagatio carnalis ordinaria. Neque etiam addendo: *vel quarum* (scil. personarum) *una ab alia descendit*, quia non definimus illam consanguinitatem, quæ inter proto-parentem Adamum fuit ejúsque filios, sed proùt hodie in usu est.

Q. 2.

Q. 2. *Quid ſit arbor conſanguinitatis, l*
linea, gradus; Reſp. 1. *Arbor conſanguin*
in latitudine ſua ſumpta, eſt collectio per
rum de uno ſanguine propinquo participa
diſtincta per ſtipitem, lineas & gradus; à p
rei nihil aliud eſt, quàm omnes perſonæ co
guineæ collectivè ſumptæ.

Reſp. 2. *Stipes* eſt illa perſona, à qua deſce
reliquæ, de quarum cognatione quæritur, l
quâ coincidunt & conveniunt proximè.

Reſp. 3. *Linea* eſt ſeries perſonarum ſing
junctarum ab eodem ſtipite deſcendentium, p
verſos continens gradus. Dividitur in rect
& obliquam, ſeu *transverſam, transverſalem* ve
lateralem. Recta iterum eſt vel *aſcendens*
& continet perſonas, quibus originem nos
debemus, quales ſunt pater, avus, proavus
Vel *deſcendentium*. & continet perſonas à n
genitas, ùt eſt filius, nepos, pronepos &c. L
obliqua dicitur, quæ complectitur perſonas, q
rum una alteram non genuit, & tamen, ab
ſtirpe & ſanguine ſunt propagatæ; tales ſ
Frater, Soror, eorúmque liberi. Hæc ſubdi
ditur in *æqualem*, quæ continet perſonas æqu
ter à communi ſtipite diſtantes, utì duo fra
ſunt; & in *inæqualem*, quæ continet perſon
quarum una eſt remotior à communi ſtipi
quàm altera; utì frater & fratris filius.

Reſp. 4. *Gradus* eſt diſtantia unius perſonæ
alia, quâ cognoſcitur, quanta ſit inter ſe illar
propinquitas.

Q.

Q. 3. Quæ sint regulæ pro cognoscendis & computandis gradibus consanguinitatis? Resp. Prima tam iure Canon. quam Civili pro linea recta, ascendentium & descendentium, recepta est hæc: *Tot sunt gradus, quot sunt personæ, una demptâ.* sive ùt alii: *Tot sunt gradus, quot sunt generationes usque ad illam personam, de cujus cognatione quæritur.* Exemplis res fiet clarior; sic volo scire, quoto gradu ego distem ab Abavo meo, vel volo scire quoto gradu meus pronepos distet ab Avo meo:

Sit *primum Exemplum.*	*Secundum Exemplum.*
Abavus.	Avus meus.
Proavus.	Pater meus.
Avus.	Ego.
Pater meus.	Filius meus.
Ego.	Nepos.
	Pronepos.

dematur jam una persona, & remanebunt quatuor in *primo exemplo*, ut proin ab abavo meo distem. 4. gradibus. In *secundo* prostant 6. personæ, unâ demptâ 5. remanebunt; ergo pronepos meus à meo Avo distat 5. gradibus, quia tot sunt gradus, quot personæ unâ demptâ.

Resp. 2. *Regula secunda* pro linea collaterali *aquali*, desumpta ex *c. 2. & 4. caus. 35. q. 5.* est talis: *quoto gradu distat uterque à communi stipite, eodem gradu distant inter se.* Sic quia duo fratres uno solùm gradu distant à communi stipite in linea recta, ideo illi uno tantùm gradu di-

distant inter se in linea transversa; quia filia matertæ meæ sive filia sororis Patris mei & ego à communi stipite nostro, avo scil. distamus duobus gradibus, etiam inter nos duobus distamus; quia nepos meus & neptis patruelis mei à communi stipite, avo suo, distant 4to gradu, 4. etiam gradibus inter se distabunt. *Exempla sunt seqq.*

Pater.

Frater unus. Frater alter.

Aliud exemplum.

Avus.

Pater meus. Amita, sive soror Patris.

Ego Filia ejus.

Tertium exemplum.

Avus.

Pater.	Patruus.
Ego.	Patruelis.
Filius meus.	Filius ejus.
Nepos meus.	Neptis ejus.

Resp. 3. Regula tertia, quæ locum habet in linea collaterali *inæquali*, desumpta est ex c. 5. h. t. & est ista: *quoto gradu distat remotior à communi stipite, eodem gradu distant inter se.* Si scire volo, quo gradu neptis fratris mei distet à me, videre debeo, quoto gradu distet à stipite, in quo ego & frater convenimus & invenio quòd 3. gradibus distet. Vel volo scire, quo gradu ego distem à promatertera mea sive proviæ meæ sorore, inquirendus est mihi stipes

in quo proavia mea ejúsque soror conveniunt, qui est abavus; unde à me incipiendo & ascendendo tanquam à remotiore usque ad stipitem gradus quatuor reperiam: videri utrumque potest in subjectis figuris:

Pater.	Abavus.
Ego. Frater meus.	Proavia. Promatertera.
Filius ejus.	Avia.
Neptis ejus.	Mater.
	Ego.

Hæc est computatio graduum Juris Canonici, servanda quoad matrimonia fidelium: quoad successiones hæreditarias tam in foro Ecclesiastico, quàm Civili servatur computatio Juris Civilis, juxta quod tantùm unica regula quoad lineam rectam & obliquam observatur, quæ est sequens: *Tot gradibus distant duo consanguinei inter se, quot inter ipsos intercedunt generationes*; vel quod idem est: *Tot distant inter se gradibus, quot sunt personæ dempto stipite.*

Q. 4. *Consanguinitas intra quos gradus secundùm JUS ECCLESIASTICUM dirimat matrimonium? Resp.* In linea *collaterali* usque ad quartum gradum inclusivè; sive ex generatione licitâ sive illicita oriatur. *c. 8. h. t.* quo fuit correctum jus antiquum extendens impedimentum consanguinitatis ad septimum gradum. In linea *rectâ* cum de jure Canonico nihil certi statuatur, accommodant se multi Juri Civ. quod *§. 1. Inst. de nupt. & L. 53. ff. de ritu nuptiar.* impedimentum

consanguinitatis extendit in linea rectâ usque *infinitum.*

Q. 5. Intra quos gradus de JURE NATU[illegible] consanguinitas matrimonium dirimat? Resp. 1. *primo gradu lineæ rectæ*, scil. inter patrem [illegible] liam dirimit jure naturæ. Ratio. quia talis [illegible] pula parentum cum liberis secundùm se & [illegible] turâ rei est turpis, ùt patet ex instinctu omni[illegible] ferè gentium; ergo & matrimonium, quod [illegible] talem copulam refertur, jure naturæ invalid[illegible] est, seu tale, cujus contrahendi potestas hu[illegible] generi non sit concessa à DEO. Hoc [illegible] impedimentum dirimens est tantùm de jure [illegible] turæ conditionato, scil. nisi det DEUS [illegible] tem, in cujus pleno dominio sunt corpo[illegible] enim dispensare potest DEUS in occisione [illegible] centis, ita & in tali matrimonio.

Resp. 2. Consanguinitas in *gradu secundo* [illegible] *rectæ*, consequenter & in ulterioribus non di[illegible] matrimonium jure naturæ. Ratio; quia [illegible] dentes ultra primum gradum non sunt pri[illegible] pium essentiale descendentium, sed accidentia[illegible] applicantes tantùm principium, generando [illegible] rum patrem ejus, adeóque avo v.g. non debe[illegible] eadem reverentia, quæ patri, & consequenter [illegible] turpitudo non est, quæ est in copula cum pa[illegible] tibus.

Resp. 3. Consanguinitas in *gradu primo* [illegible] *transversæ* facit solùm illicitum de jure naturæ [illegible] trimonium inter tales consanguineos, non in[illegible] lidum, ùt probabiliùs sentit D. Thom. contra [illegible] larm.

larm. Ratio; quia non sufficienter probatur invaliditas talis matrimonii: it. quia Frater & Soror non habent rationem principii & principiati; adeóque nec pudor & reverentia naturalis sufficiens est ad irritandum matrimonium. Colligitur inde à fortiori, quòd matrimonium *in secundo*, cæterisque gradibus lineæ collateralis irritum non sit jure naturæ.

§. 2.

De affinitate.

Q. 1. *Quid sit affinitas? Resp.* Est propinquitas quædam personarum, quæ ex copula carnali, sive in, sive extra matrimonium habitâ, etiam cum invita & dormiente, oritur inter consanguineos viri & solam mulierem; item inter consanguineos mulieris & solum virum: vir autem & mulier copulam habentes non sunt propriè affines, sed fiunt una caro, & sunt radix affinitatis, quæ affinitas & suos gradus habet, licèt non propriè tales, utì consanguinitas. Regula pro cognoscendis gradibus affinitatis est hæc: *quoto gradu quis conjunctus est marito in genere consanguinitatis, eodem gradu junctus est in affinitate*; & contra.

Q. 2. *Ad quos se extendat affinitas?* Resp. Affinitas consanguineorum viri extenditur ad solam mulierem, & non ad consanguineos mulieris, & contrà; nam hæc mediata, remota & secundi generis affinitas est sublata. Hinc si Afra vidua nu-

bat filio Claræ itidem viduæ, poteſt Clara
filiam Afræ ex priore marito ſuſceptum, &
ſi Afra pariat filium, poterit Clara dicere:
filius filii mei & ſimul frater mariti mei.

Q. 3. *An affinitas aliqua reddat jure*
matrimonium irritum v. g. in primo grad
transverſæ cum uxore fratris ſui? *Reſp.* Neg
licèt contineat aliquam dedecentiam natur
ob quam reddatur illicitum, & nonniſi urg
ſimâ de causâ debeat permitti, ea tamen
centia tanta non eſt, ut contractum vel
hendum jure naturæ ſit irritum; cum
nec ratio principiati, nec ſpecialis reveren
citia, aut pudor inter tales perſonas de
ſteriori probatur ex *Deuter. 25.* ubi pr
ut frater ducat uxorem fratris ſui defu
facto Jacobi Patriarchæ, qui duxit duas ſor
facto plurium Pontificum diſpenſantium
mo gradu affinitatis. Reſponſio etiam
da eſt, quòd matrimonium non ſit irri
naturæ in *primo gradu affinitatis linea re*
inter vitricum & privignam, inter no
privignum, ob easdem rationes.

Q. 4. *Ad quem gradum affinitas jure*
ſtico dirimat matrimonium? *Reſp.* 1. Orta
pulâ *licita* modò usque ad quartum gra
cluſivè *c. 8. h. t.* Sic Titius nec licitè, nec
contrahit matrimonium cum Cajæ defun
ris ſuæ conſanguineis intra quartum
Reſp. 2. Orta ex copula *illicita* dirim
monium ad ſecundum tantùm gradum,

sess. 24. c. 4. de reform. matr. sic impedimentum affinitatis ex copula illicitâ restringente; quæ tamen restrictio de consanguinitate ex generatione illicita orta intelligi non debet.

Q. 5. An affinitas ex copula illicita dirimat sponsalia, vel quid operetur? Resp. 1. Sponsalia de futuro contrahenda & contracta dirimit; ita qui contraxisset sponsalia de futuro successivè cum duabus sororibus, & secundam insuper carnaliter cognosceret, neutram habere posset; non primam, cùm ex copula cum secunda nata fuerit vera affinitas dirimens sponsalia præcedentia. *cap. 8. de eo qui cognov.* neque etiam secundam ob impedimentum publicæ honestatis; quòd talis fiat inhabilis ad quamvis extraneam ducendam juxta *c. 1. de eo, qui cognov.* importat solùm impedimentum impediens, quod vel ex usu recessit, vel in eo Episcopus dispensare potest.

Resp. 2. Affinitas ex copulâ incestuosâ seu illicitâ superveniens sponsalibus de præsenti sive matrimonio rato, non solvit illud, multò minùs matrimonium consummatum. *c. 6. de eo, qui cognov.* sed siquis habeat scienter & liberè copulam cum consanguinea *uxoris suæ* in primo & secundo gradu, privatur, etiam ipso facto, jure petendi debitum à sua uxore. *cap. 1. h. t.* ratione affinitatis cum uxore sua contractæ; non tamen privatur uxor innocens jure petendi debitum, nec peccans liberatur ab obligatione reddendi. *cap. 6. & 10. h. t.* cum conjugis incestus alteri innocenti obesse non debeat.

Resp. 3. Non semper incestuosus, seu to… scens consanguineam uxoris suæ privatur jur… tendi debitum. 1. Si ignoravit esse consa… neam, vel scivit quidem, nescivit tamen, e… primo & secundo gradu, quia cum tunc non… miserit incestum, nec pœnam incurrere dice… est. 2. Juxta *Tambur. Bonac. Sporer. Pirhe…* cusatur à privatione petendi debitum, qui… quidem à se cognitam esse uxoris suæ consa… neam, ignoravit tamen, hanc privationem … jure annexam huic debito; quia quatenus … dimentum affinitatis respectu uxoris propri… privativum juris quæsiti, & consequenter … ab ignorante non incurritur. 3. Si per mu… tiam conjux fuit cognita, vel per metum gra… à consanguineo mariti; quia Lex Ecclesiæ … per quam hæc pœna inducta, non videtur … peccanti imposita.

TITULUS XV.

De Frigidis, & Maleficiatis, & impo… tentiâ coëundi.

Q. 1. *Impotentia quid sit & quotuplex?* … Impotentia propriè talis, quæ sit impe… mentum dirimens, est inhabilitas ad copu… carnalem perfectam: est vel *naturalis*, dum p… venit ex defectu ipsius naturæ, & quasi congé… est homini; vel *accidentalis*, dum provenit à c… aliquâ extrinsecâ & accidentariâ, v. g. ma…

maleficio, castratione. Utraque vel est *absoluta* respectu omnium, vel *respectiva* respectu unius. Si impotentia sine peccato, aut sine gravi periculo mortis, citra miraculum per media ordinaria & licita, eáque naturalia vel spiritualia tolli potest, *temporalis* dicitur; sin secus, *perpetua*.

Q. 2. An & qualis impotentia dirimat matrimonium? Resp. 1. Impotentia perpetua & absoluta si præcedat matrimonium, dirimit illud jure naturæ, sive fuerit à contrahentibus cognita, sive ignorata; non tamen superveniens matrimonio etiam rato tantùm, illud dirimit. *c. 1. h. t.* Ratio primi; quia est de essentia matrimonii, ut conjuges fieri possint una caro; quod fieri nequit, dum absolutè & perpetuò inepti sunt ad copulam. Ratio secundi; quia matrimonium etiam ratum dissolvi nequit, nisi per Professionem vel dispensationem S. Pontificis.

Resp. 2. Impotentia respectiva perpetua est impedimentum dirimens matrimonii contrahendi cum ea persona, respectu cujus est, non autem cum aliis; quia respectu illius quidem personæ impossibilis est actus conjugalis, non respectu aliarum.

Resp. 3. Si temporalis tantùm impotentia sit, quæ per media licita & ordinaria, sive spiritualia sive naturalia tolli potest, non dirimitur matrimonium subsequens, cum tales non sint absolutè impotentes ad actum conjugalem.

Q. 3. Quinam in specie sint impotentes, ut matrimonium contrahere non possint, & qui non?

Resp. 1. Invalidè contrahunt matrimonium … *dones sive eunuchi* utroque testiculo orbati, … claravit propriâ Bullâ Sixtus V. anno 1587. … si tamen talis impotentia effundendi veru… men, quæ est impotentia ad generandum … sè, superveniret matrimonio, non impedi… titionem & redditionem debiti, cùm id per… dens contingat: Si impotentia coëundi sup… niret, nullo modo foret licitum, uti copul…

Resp. 2. Non sunt impotentes, sed possu… trahere matrimonium *steriles*, idque valet… citè. Ratio; quia possunt habere veram … lam, de se ad generationem prolis sufficien… Deinde *senes* in quacunque ætate, modi … Medicorum & arte juvari possint ad copul… habet usus & praxis Ecclesiæ. 3. *Infirmi* … culo mortis constituti, licèt enim tales … virium impediantur, retinent tamen potes… coëundi, quæ vi morbi non præsumitur … ta. 4. *Hermaphroditi* secundùm sexum … prævalet: &c.

Q. 4. *An conjuges in casu impotentiæ* … *separare, & an ad hoc requiratur* … *dicis*? *Resp.* 1. Si impotentia antecesserit, … perpetua, & conjugibus (qui putativi … sunt) certa, non tamen publicè notoria, … quidem cohabitare ùt frater & soror sec… riculo incontinentiæ, tactuum &c. quod … lum rarissimè abest; non tamen tenentur, … possunt quocunque velint tempore separa…

pete…

petere. *c. 5. 6. fin. h. t.* quia matrimonium est nullum, non itaque obligatorium.

Resp. 2. Ad separationem faciendam requiritur authoritas judicis & probatio legitima pro foro externo. *c. 3. de divortiis.* ne oriantur scandala, fraudes, collusiones conjugum. Ne incautos & vitiosè curiosos scandalizemus, omittimus reliqua ab aliis hìc solita tractari.

TITULUS XVI.

De matrimonio contracto contra interdictum Ecclesiæ.

Q. 1. *Quænam sint impedimenta matrimonii impedientia tantùm?* *Resp.* Enumerata ea sunt *in tit. 1. §. 3.* & sunt sublatis reliquis ista 4. *Tempus feriatum, interdictum Ecclesiæ, sponsalia de futuro, nondum soluta*; de quibus *in tit. 1. Votum* scil. simplex castitatis perpetuæ, ingrediendi Religionem, suscipiendi sacros Ordines, vel matrimonii nunquam ineundi: quæ vota, quia è diametro repugnant statui matrimoniali, ponunt impedimentum impediens, non tamen dirimens, ùt dictum *tit. 6.*

Q. 2. *Quod impedimentum importet tempus feriatum?* *Resp.* Tempus feriatum vel feriarum jure novo Trid. *sess. 24. de matrim. c. 10.* est ab Adventu Domini usque ad Epiphaniam, & à fe-

ria quarta cinerum usque ad octavam Pâ
prohibetur hoc impedimento sub mo
sub pœna separationis, non contractus
monialis etiam præmissis denuntiationibus
in facie Ecclesiæ, sed nuptiarum solem
trinseca, quæ consistit in benedictione
rum & traductione sponsæ ad templum
mum sponsi cum pompâ, signisque aliis
convivio publico &c. Ordinariè tamen
chis opus est licentiâ Episcopi ad assisten
temporibus.

Q. 3. Quid hìc intelligatur per interdictum sive vetitum Ecclesiæ? Resp. Non intelligi
mine hujus impedimenti interdictum
generaliter, sive latè sumptum, prout
prohibitionem à SS. Canonibus factam;
impedimenta omnia dirimentia & impe
complectitur; sed intelligitur interdictum
siæ strictè sumptum, seu prohibitio hìc
specialiter facta à Superiore Ecclesiastico,
gitimam causam interdicente matrimoniu
brare ad tempus, donec meliùs, dùm
jicitur impedimentum, de habilitate
tium cognoscatur, vel caveatur de
Tale interdictum procedere potest non
à Papa, Episcopo, & jurisdictionem Episcop
habente, sed etiam à Parocho. *c. fin. de*
desponsat. Non tamen vi hujus interdicti
rocho vel Episcopo lati irritatur matrimo
nec potest irritari, cum hi impedimentum
mens statuere non possint: imò factum

ctum à Papa ipso solùm impedit, non dirimit matrimonium. *c. 1. & 2. h. t.* A quocunque tamen feratur, etiamsi à solo Parocho, inducit obligationem sub mortali; quia materia gravis est. *arg. c. 1. h. t.*

Q. 4. An & quis in impedimentis jure Ecclesiastico impedientibus, utì est interdictum & tempus sacratum; It. an & quis in impedimentis jure naturali ac divino impedientibus, utì sunt sponsalia & votum simplex, dispensare possit? Resp. 1. In impedimentis impedientibus juris Ecclesiastici, nempe *tempore feriato* & *Ecclesiæ interdicto* non tantùm S. Pontifex *c. 4. de conces. præb.* utpote supremus Legislator; sed etiam Episcopus, ejúsque Vicarius, sede vacante Capitulum, ac quilibet jurisdictionem quasi-Episcopalem habens dispensare possunt vi consuetudinis. *c. 2. de eo, qui cognov.* excipitur, nisi à superiore v. g. à Papa fuisset quibusdam specialiter interdictum matrimonium.

Resp. 2. In impedimento *sponsalium* & *voti reservati*, utì est *votum Religionis* & *castitatis integræ ac perpetuæ*, potest dispensare Papa, sed *regulariter* solus. *Quod possit in sponsalibus* dispensare. v. g. si timerentur gravia incommoda; inde arguitur, quia id potest in matrimonio rato. *Quòd solus possit;* inde constat, quia solius supremi Principis est, aliquem urgente causâ gravi jure jam quæsito, quale habet sponsus, privare. Quòd in *voto* possit S. Pontifex dispensare, colligitur ex Matth. 16. *quodcunque solveris.*

Quòd

Quod ſolus poſſit, habetur *Extrav. 5. de* [illegible] *& remiſſ.* Requiritur inſuper, ut & Pontifex cùm non ſuo, ſed DEI nomine diſpenſet, ſtam habeat & gravem cauſam diſpenſandi. caſu difficilis recurſûs ad S. Pontificem communiter AA. diſpenſare poſſe in utroque to & caſtitatis perpetuæ & Religionis Epiſcopi quia in tali caſu Pontifex non videtur ſibi vâſſe diſpenſationem, eámque exigit bonum mune animarum.

Q. 5. An & quis in impedimentis [illegible] *bus diſpenſare poſſit? Reſp.* 1. In impedimentis *jure naturali ac divino* dirimentibus, qualia *error in perſona, impotentia perpetua, conſanguinitas in primo gradu lineæ* [illegible] diſpenſare non poteſt, etiam ipſe S. Pontifex *c. 16. de major. c. 13. de reſtit. ſpol.* Ratio eſt inferior reſpectu Legis naturalis ac Si tamen impedimentum ſupponat determinem humanæ voluntatis. v. g. Votum ſolemne poteſt diſpenſare. AA. cummuniter.

Reſp. 2. In omnibus impedimentis dirimentibus, *Jure Eccleſiaſtico* tantùm introductis, Pontifex *abſolutè* diſpenſare poteſt. *c. 8. de consanguin. & affin. c. 24. prin. de ſent. excommun.* Quia reſpectu Legis Eccleſiaſticæ eſt ſuperior actu tamen in quibusdam non diſpenſat.

Reſp. 3. Nullus Papâ inferior, ſive Epiſcopus ſit, ſive Legatus diſpenſare poteſt jure ordinario in impedimentis dirimentibus *c. 16. de Maj. Clem. 2. pr. de Elect.* Jure *extraordinario*

de poteſt; de quo videatur Pichler *h. n. 33. ex c. 2. de obſerv. jejun. & Trid. ſeſſ. 24. c. 5. de reform. matrim.*

Q. 6. An requirantur & quæ ſint juſtæ cauſæ diſpenſandi in impedimentis matrimonialibus? Reſp. ad primum. Cauſam requirit Papa ad diſpenſandum *licitè* in impedimentis jure Eccleſiaſtico ſcil. dirimentibus, ne imprudenter agat: inferior Papâ ad diſpenſandum *validè*; quia transgrederetur limites poteſtatis ſuæ ſolùm conceſſæ, ut rationabiliter, non temerè diſpenſet.

Reſp. ad ſecundum. 1. Cauſæ ad diſpenſandum in *votis* vel reſervatis vel non reſervatis aſſignantur ab AA. variæ. 1. Periculum incontinentiæ magnum. 2. Difficultas valdè notabilis exequendi votum. 3. Majus bonum, quod ſperatur ex nuptiis. 4. Ceſſatio cauſæ impulſivæ v. g. emiſit quis votum caſtitatis propter ſpem admiſſionis in Religionem. 5. Dubium de deliberatione ſufficienti habita, dum votum emiſſum. 6. Dum leviter emiſſum, vel ex metu, aut dolo, licèt levi.

Reſp. ad ſecundum. 2. Ad diſpenſandum in impedimentis dirimentibus cauſæ juſtæ cenſentur eſſe ſequentes. 1. Evitatio ſcandali, peccati, damni, infamiæ gravis &c. 2. Defectus paris conditionis ob ætatem fœminæ nimis provectam, aut inſufficientiam dotis, aut loci angustiam. 3. Prærogativa Majeſtatis aut dignitatis Regiæ, &c.

Q. 7.

Q. 7. *Quid præterea circa causas dispensationis observandum? Resp.* 1. Quòd dispensatio sit valida, si causa finalis & movens, quæ allegatur non subsistat, licèt per ignorantiam vel errorem etiam inculpabilem fuerit allegata; valida sit autem, si causa impulsiva tantùm fuerit falsa, nisi scienter & dolosè sit allegata: sed de his agitur *in tit. de rescriptis.* Deduci inde possunt sequ. 1. Invalida est dispensatio, dum una tantùm causa in rescripto allegata fuit, eáque est falsa. 2. Si reticeatur copula scienter habita cum consanguinea. 3. Si impedimentum exprimatur sub dubio, quod est certum. 4. Si impedimentum consanguinitatis ponatur pro affinitate & contrà, quia dispensatio est strictæ interpretationis, & non extenditur ultra expressa. 5. Si quis dicatur in gradu remotiori v. g. quarto esse, cum sit in tertio &c.

Resp. 2. Probabiliùs valet dispensatio, si causa quæ fuit allegata, reipsa quidem fuit insufficiens, fideliter tamen allegata est, & pro sufficiente habita à dispensante. Ratio; quia bonum publicum & tranquillitas conscientiarum exigit, ut subsistant b. f. & prudenter acta à Prælatis.

TITULUS XVII.

Qui Filii sint legitimi.

Q. 1. *Quinam veniant nomine filiorum, & quotuplicis generis sint? Resp.* ad 1. Nomen filii

filii in plurali expreſſum communi uſu utriusque ſexûs liberos complectitur, dum materia indifferens & par utriusque eſt ratio. arg. *hujus rubr.* & *L. 116. ff. de V. S.*

Reſp. ad 2. Liberi alii ſunt *legitimi*, alii *illegitimi*. Legitimi alii ſunt *legitimi tantùm*, qui non naturâ, ſed beneficio adoptionis vel arrogationis à Lege approbatæ in liberorum numero habentur. *§. 1. Inſt. & L. 1. ff. de adopt.* Alii *legitimi & naturales ſimul*, vel *legitimè nati* ſunt, qui ex juſtis nuptiis ſunt procreati. *Illegitimi* in genere ſunt omnes, qui extra matrimonium ex copula fornicaria nati. Ex his alii ſunt *naturales*, & dicuntur de Jure *Canonico* ii, qui extra matrimonium procreati ſunt à parentibus, inter quos tempore conceptionis, vel nativitatis vel intermedio conſiſtere potuiſſet matrimonium. Alii *non naturales* ſeu *ſpurii*, inter quos prædicto toto tempore matrimonium eſſe non poterat. Horum alii ſunt *adulterini*, alii *ſacrilegi*, alii *inceſtuoſi*, alii *nefarii*.

Q. 2. Quinam in ſpecie habeantur pro filiis legitimis? Reſp. 1. Non ſolùm nati ex juſtis nuptiis, ſeu matrimonio valido, licèt vel unus vel uterque conjugum priùs emiſerit votum ſimplex caſtitatis, vel priùs contraxerit ſponſalia de futurò; quia hæc ſunt tantùm impedimenta impedientia; ſed etiam nati ex matrimonio putativè juſto, hoc eſt, contracto publicè in facie Eccleſiæ, nullo contradicente, & b. f. ſeu ambobus parentibus (vel ſaltem uno eorum, ùt

Gloſſa

Gloſſa in *c. cum inhibitio. 3. de Clandeſt. deſpon.* nullius impedimenti dirimentis ante conſum-tionem matrimonii, ſive tempore concepti-ſive intermedio ſibi conſciis procreati, eſſ-juſta illa ignorantia, apparente nimirum impe-mento, ceſſaverit ante nativitatem. *c. 2. h. t.* *ff. ſiquis. de Clandeſt. deſponſ.* 2. Secundum quos nati ex parentibus, qui vel cum dubio culativo contraxerunt & conſummârunt mo-monium; quia hoc dubium juxta illos non lit bonam fidem; vel quorum matrimonio tractо dubium practicum ſupervenit; quia cit matrimonium b. f. eſſe initum & absque peccato habitam. 3. Nati ſtante matrimonio legitimo ex uxore, quam certum eſt adulteram, modò cohabitaverit marito illo, quo concipi proles potuit. *L. 6. ff. qui ſui vel alieni.* 4. Nati ex matrimonio, non erat Sacramentum, nempe infidelium. Nati ex parentibus, quorum unus vel poſt conſummatum matrimonium profeſſ-in Religione, an legitimi ſint, controvertun-Zoës. *h. n. 5.* Wieſtn. *n. 23. & 24.* Schmal-*n. 35.* diſtinctionem faciunt inter Jus Civile Canonicum. 6. Pro legitimis habendi ſunt poſiti; quia plures nati ex legitimo matrimo-à parentibus, non valentibus eos alere, ex-nuntur. 7. Qui nati ſunt ad initium ſeptimi menſis poſt initum matrimonium. *L. 12. ſtat. hom.* vel decimo poſt mortem mariti ie &c.

Q

Q. 3. Quid sit legitimatio, quotupliciter fiat, in quo à dispensatione differat? Resp. 1. Legitimatio est restitutio natalium quoad ea, quæ jure positivo illegitimis denegantur.

Resp. 2. Fit dupliciter talis natalium restitutio, vel vi subsequentis matrimonii legitimi inter eorum parentes. *c. 6. h. t. L. 6. 10. 11. C. de natur. liberis.* vel rescripto & indulgentiâ Principis.

Resp. 3. Distinguitur legitimatio à dispensatione, quòd illegitimum habilitet ad omnia jura, dispensatio verò solùm ad quædam.

Q. 4. Quid requiratur ex parte prolis, ut matrimonium subsequens legitimandi vi polleat? Resp. 1. Ut proles sit suscepta ex utroque parente, qui deinde contraxit matrimonium; nam si Bertha prolem ex Titio suscepit, dein autem Cajo matrimonio jungatur, per isthoc matrimonium proles ex Titio suscepta non legitimatur. 2. Ut proles illa non sit spuria, proùt Ly spurius secundùm Jus Canonicum sumitur.

Q. 5. Quid requiratur, vel sufficiat ex parte matrimonii, ut legitimet? Resp. 1. Alii cum Covarr. Zoës. Engel requirunt matrimonium subsequens esse validum & verum, & non tantùm putativum, quale esset contractum in facie Ecclesiæ cum impedimento dirimente ignorato. Ratio, quia, quod de jure nullum est, nullum præstat effectum; & quia vis legitimandi prolem naturalem non tribuitur b. f. sed ipsi matrimonio, per quod simpliciter prolatum verum tantùm intelligitur. Alii cum Schmalzgrub. *h. n. 57.* putati-

rativum sufficere asserunt. Ratio; quia ma-
monium putativum sufficit ab initio, quo su-
pitur proles; atqui matrimonium subsequens
trotrahitur, & fictione juris censetur, acsi ab i-
tio extitisset; ergo si tum suffecisset putati-
etiam sufficiet, quando tale subsequitur.

Resp. 2. Sufficit ad legitimationem prolis
trimonium *ratum* tantùm, & contractum à
bus, infirmis, moribundis, quia vera matri-
hæc sunt.

Resp. 3. Sufficit matrimonium *mediatum*
nempe aliud matrimonium intermediet, ex
ne data. Imò matrimonium etiam habet
gitimandi nepotem, filio naturali illegitim
tuo; quia legitimatio filii non est fundam
legitimationis nepotis, sed hæc, cùm favore
trimonii fiat, ex ipso matrimonio avi cum
bina inito immediatè ad nepotem derivatur.

Q. 6. Quo tempore parentes debeant esse
ad contrahendum matrimonium, ut, hoc sub
proles legitimetur? *Resp.* Sufficit, si vel tem
conceptæ, vel tempore natæ prolis fuerint
les ad contrahendum. *L. 5. §. 2. ff. de stat.*
L. 11. C. de natural. lib. Nov. 89. c. 8. fin.
universim est; quia hoc est liberis favorabi
utilius.

Q. 7. An ad legitimationem prolis per
quens matrimonium necessarius sit vel parent
vel legitimandi, vel cæterorum liberorum cons
Resp. Neg. quia legitimatio hæc absolutè tri
matrimonio, & est favor publicus, cui pri

rum contradictio vel renuntiatio præjudicare non potest. *c. 12. de for. compet.*

Q. 8. Qui sint effectus factæ per subsequens matrimonium legitimationis? Resp. Acquirit talis jus succedendi in bonis; participat statum, nobilitatem, familiam patris; fit capax consequendi officia honorata; & hi sunt effectus civiles. Deinde habilis est ad omnes Ordines, & beneficia, etiam Episcopatum, non tamen Cardinalatum, ex speciali Sixti V. dispositione, quæ incipit: *Postquam verus.*

Q. 9. An legitimati per subsequens matrimonium succedant in Feudo? Resp. De jure scripto negativè ex §. *naturales. 2. feud. 26.* ubi hæc verba: *Naturales filii licèt postea fiant legitimi, ad successionem feudi nec soli, nec cum aliis admittuntur.* Qui textus de legitimatis per rescriptum Principis intelligi non potest, quia loquitur de casu, quo cum legitimatis concurrunt adhuc alii liberi, in verbis: *nec soli, nec cum aliis:* sed existentibus aliis liberis, naturalibus scil. & legitimis, Princeps non legitimat. *Nov. 74. c. 1. & 2. Nov. 89. c. 9.*

Q. 10. An legitimatio tribuat jus primogenituræ? Resp. Casu quo Princeps ex concubina susciperet Titium, ex uxore deinde Sempronium, ubi hic mortuâ uxore concubinam duceret, jus primogenituræ non ad Titium, sed ad Sempronium pertinet. Ratio; quia Sempronius, filius naturalis & legitimus ex matrimonio intermedio procreatus, habet jus quæsitum, quod sine facto

ſuo ipſi non eſt auferendum. *L. 11. ff. de*
Deinde Legitimatio per reſcriptum Principis
tribuit jus primogenituræ, quia Princeps non
ſetur velle præjudicare filiis jam antea natis:
hæc ratio locum etiam habet in legitimatione
ſubſequens matrimonium, cùm & nuptiæ
habeant vim legitimandi, niſi quatenus ſubſ
privilegio Principis.

Q. 11. *Legitimatio per reſcriptum Prin*
quomodo differat à legitimatione per ſubſequ
matrimonium? *Reſp.* Legitimatio hæc (qua
actus gratioſus, quo ex indulgentia Principis
gitimi redduntur legitimi) differt à legitima
ne per ſubſequens matrimonium, quòd illa
dium extraordinarium, & quòd ſe non ad
ros tantùm naturales, ſed & ad ſpurios &
damnato coitu ortos extendat; quod non
extantibus liberis legitimis. *Nov. 74. ca.*
fiat diſſentiente legitimato. *Auth. Cod.*
mod. natural. efficiantur ſui. non ſe extend
inhabilitates Jure Pontificio inductas tolli
ſi fiat à Principe ſæculari, & vice verſa. &
omnia in legitimatione per ſubſequens matri
nium ſecus obtinent.

Q. 12. *A quibus legitimatio per Reſcriptum*
ri poſſit? *Reſp.* Poteſtas hæc *per ſe & jure*
muni competit ſoli ſummo Principi, qui
Eccleſiaſticis eſt Papa, in Civilibus Imperat
Rex vel alius Superiorem non recognoſcens;
ſpectat ad Regalia Principis & quidem majora
quia ſoli Principi poteſtas competit, jus vel
ta

vel à Prædeceſſoribus ſuis latum abrogandi vel ei derogandi. Competit tamen etiam ex hodierna obſervantia Legitimatio per Reſcriptum Electoribus, Principibus, ſtatibus Imperii: it. ex privilegio à Principe ſibi conceſſo Comitibus Palatinis & Sedis Apoſtolicæ Legatis; qui ſi limites privilegii ſui excedant, ab ipſis acta nullius ſunt momenti. *c. 22. de Reſcript.*

TITULUS XVIII.

Qui matrimonium accuſare poſſunt vel contra illud teſtificari.

Q. 1. *Quis ſit judex competens in cauſa matrimoniali? Reſp.* 1. in genere. Solus Judex Eccleſiaſticus. *c. 3. de ord. cogn. c. 4. & 5. qui fil. ſint legit.* Trid. *ſeſſ. 24. can. 12. de Sacram. matr.* Ratio; quia matrimonium eſt unum è 7. Sacramentis, adeóque res ſpiritualis. Etiamſi quæſtio incidat tantùm de *valore* matrimonii, caſu hoc judex ſæcularis in cauſa principali ſuperſedebit, illámque de valore matrimonii quæſtionem ad Judicem Eccleſiaſticum debebit remittere. *Engel h. n. 1.*

Reſp. 2. In ſpecie. Judex in cauſis matrimonialibus *jure ordinario* competens Epiſcopus eſt, non inferior. *c. 12. de exceſſ. Præl.* Trid. *ſeſſ. 24. cap. 20. ℣. adhæc de reform.* Nomine Epiſcopi autem veniunt non Prælati tantùm Ordinis Epi-

ſcopalis, ſed quicunque alii, jurisdictionem q[illegible] Epiſcopalem habentes.

Q. 2. Quæ cauſæ hìc nomine matrimonia[illegible] veniant? Reſp. Non tantùm matrimonium, ſed [illegible] illi connexa. *Clement. 2. de jud.* uti ſunt [illegible] ſalia, conjugum & ſponſorum jura, bened[illegible] nuptialis, legitimitas prolium, impedimen[illegible] diſpenſationes &c. ſi quæſtio *juris* & non [illegible] *facti* moveatur. Ad forum contrà ſæculare [illegible] ctant, nec veniunt nomine cauſarum matri[illegible] nialium cauſa dotis & donationis propter [illegible] ſucceſſio, alimentatio, & ſimiles, quia [illegible] rè ſunt temporales. Si tamen hujusmodi [illegible] ſtio incidat in cauſam matrimonialem principali[illegible] à Judice Eccleſiaſtico agitatam, ipſe hic [illegible] porali illâ cauſa incidente cognoſcet & [illegible] tiabit. *cap. 1. qui fil. ſint legit. c. 3. 6. 7. [illegible] nat. inter vir. & uxor.* & ratio eſt; quia [illegible] Eccleſiaſticus ex ſe non eſt incapax cogno[illegible] cauſas temporales, utì Laicus incapax eſt [illegible] ſpiritualium.

Q. 3. Quibus conjugum & conjugiorum [illegible] ſatio competat? Reſp. 1. Si agitur ad impedi[illegible] matrimonium *nondum initum* ob impedi[illegible] tum v. g. inter ſponſos intercedens, non [illegible] tantùm, ſed & debent denuntiare omnes, [illegible] titiam impedimenti habent. Vide *tit. 3. [illegible] 4. & c. 5. X. h. t.*

Reſp. 2. Si agitur de matrimonio jam [illegible] tracto *quoad thorum* duntaxat diſſolvendo, [illegible] accuſandum admittitur ſolus innocens. [illegible]

qui

quia illius solius interest, ejúsque favore principaliter jus separandi se à conjuge nocente est introductum *arg. c. 5. de procurat. cap. 4. de adult. & stupr.* Dum verò accusatio non fieret ad divortium, sed ad pœnam v. g. de adulterio, dum illud publicum est, sumendam, institui à quolibet posset, modò mas sit & 25. annis major. *L. 43. §. 10. ff. de ritu nupt.*

Resp. 3. Si agitur ad dissolvendum matrimonium jam contractum *quoad vinculum* ob impedimentum dirimens, non omnes promiscuè, sed certi tantùm pro qualitate impedimenti admittuntur: sic in impedimento *impotentiæ*, & in impedimento *erroris, metûs, aut defectûs consensûs* soli admittuntur conjuges; quia horum solorum interest matrimonium dissolvi: in impedimento *consanguinitatis, affinitatis, honestatis publicæ* primò omnium admittuntur parentes, dein fratres & sorores; tum alii consanguinei; & his deficientibus extranei viciniores, utpote quibus genealogia & propinquitas conjugum magìs est nota. *c. 1. & 3. caus. 35. q. 6. c. 3. h. t.* Demum si impedimentum est aliud, v. g. defectus Parochi, Professio religiosa, non conjuges tantùm & consanguinei, sed alii etiam testes veraces admittuntur. *arg. c. 1. de his, quæ vi.*

Q. 4. *Quinam in specie repellantur ab accusatione matrimonii & consequenter à testificatione vel contra vel pro eo? Resp.* 1. Qui turpis quæstûs causâ accusant. *c. fin. h. t.* secundò repelluntur, qui cùm proclamationes fierent, impedimentum

non manifestârunt, quia præsumuntur ob dil[illegible] manifestationem calumniosè accusare. *c.* [illegible] potest tamen ista præsumptio elidi per jura[illegible] tum ostendendo, quòd vel ex causa absentiæ, [illegible] firmitatis &c. ignoraverint, vel ipsius impedim[illegible] ti notitiam priùs acceperint. 3. Repellitur [illegible] quæ matrimonium ab initio quidem metu [illegible] coacta contraxit, postea tamen carnalem co[illegible] lam admisit. *c. 4. h. t.* 4. Qui id accusant [illegible] tùm per literas, non personaliter præsentes, [illegible] alia adminicula suffragentur. *c. 2. h. t.*

Q. 5. Quinam testes admittantur in causa ma[illegible] trimoniali? Resp. Illi præ reliquis, qui [illegible] impedimenti meliorem habent, & non [illegible] spectæ fidei. *c. 47. de test. & attest.* etiam [illegible] fratres & consanguinei. *c. 3. h. t.* etiam pro [illegible] trimonio sustinendo contra accusantem illud, [illegible] appareat, arbitrio judicis, ex circumstantiis [illegible] spectum esse illorum testimonium.

Q. 6. Quid præterea hìc observandum? Resp. Quando quis possit propriâ authoritate diver[illegible] à conjuge, dicetur *tit. seq. §. 2. q. 6.* 2. [illegible] aliàs confessio sit optima probatio, si tamen [illegible] jugati ultrò faterentur impedimentum v. g. [illegible] sanguinitatis, impotentiæ, criminis, non [illegible] propterea sunt separandi ob periculum colla[illegible] nis. *c. 5. de eo, qui cognovit.* 3. Causa matri[illegible] nialis est inter maximè arduas; itaque si ag[illegible] de matrimonio *jam contracto* dissolvendo, re[illegible] runtur probationes plenæ & integræ; cum [illegible] miplena tantùm sufficiat ad matrimonium [illegible]

dum

dum contractum impediendum. *c. 12. de sponsal. c. 2. de consang. & affin.* 4. Causæ matrimoniales tractandæ sunt *summariter*, & quantùm fieri potest, brevissimè, ne litigantes ob longiorem moram periculo incontinentiæ exponantur. *Clem. 2. de jud. de V. S.* 5. Sententia lata in causa matrimoniali non transit in rem judicatam, etsi ab ea non sit appellatum, *cap. 7.* & ibi gloss. *de sent. & re jud.* 6. Accusatio matrimonii post lapsum etiam 30. & 40. annorum institui potest; quia matrimonium ab initio invalidum tractu temporis non convalescit, nec impedimentum tollitur. 7. Transactio super impedimento Canonico non est permissa, nec juramentum voluntarium, nec compromissum, *cap. fin. de Transact.*

TITULUS XIX.

De Divortiis.

Q. *Divortium quid & quotuplex? Resp.* Divortium, quod est viri ab uxore & hujus à viro separatio legitima, est duplex, scil. proùt vel importat dissolutionem matrimonii *quoad thorum & habitationem*, vel proùt importat dissolutionem matrimonii *quoad ipsum vinculum.* Porrò separatio, quæ perpetua non est, divortium propriè non appellatur.

§. 1.

De Divortio conjugum quoad vinculum.

Q. 1. *An & qualiter matrimonium sit indissolubile? Resp.* Discrepat in hoc jus Civile a re Canonico; secundùm illud olim dissolvebatur etiam quoad vinculum, ùt patet ex *L.* 2. passim *ff. h. t.* ex *L. 8. C. de repudiis*, qui Leges Theodos. & Valentinian. Impp. Christiani certas causas divortium restrinxerunt. In causis divortii Jus Civile Leges Juris Canonici sequi debet, ex cujus declaratione matrimonium semel legitimè contractum, superstite uxore conjuge, quoad vinculum dissolvi nequit, nisi tribus causis infra *q. 3. & 4.* ponendis. A jure indissolubilitas hæc proveniat, non conveniunt AA. melius sentiunt, qui dicunt, *indissolubilitatem matrimonii aliquo modo fundari in natura*, cùm ex natura sua tendat ad amorem mutuum, procreationem & educationem prolium, ad quæ perpetuitas plurimùm conferat, *tamen competere ex sole Jure naturæ*, cùm hoc immutabile, matrimonii autem dissolutio fuerit, nec sit omni casu illicita & invalida; *insolubilitatem matrimonii suppositâ institutione divina, induci jure naturali.* Ratio; quia naturali repugnat concessio usûs rei alienæ invito Domino, aut modo alio, quàm ab illo permissus sit; cùm ergo DEUS supremus corporum Dominus

minus nonnisi per nexum insolubilem voluerit transferri dominium corporum. *Matth. 9. v. 6.* Flor. *in decret. union. §. septim.* Trid. *sess. 24. princ.* ii, qui temporaneum corporum suorum usum transferre vellent, contra jus naturale peccabunt.

Q. 2. An matrimonium fuerit insolubile in L. V.? Resp. 1. Aff. quoad *Legem naturæ* ex verbis Christi, *ab initio autem non fuit sic. Matth. 19. Resp.* 2. In *Lege scriptâ* seu *Mosaica* Hebræis permissum fuit, dispensante DEO, repudium uxorum suarum, quod & factum justâ de causâ erat licitum. *Deuteron. 24. ℣. 1. & 4. Lev. 21. ℣. 13.* Idem extendunt aliqui ad Gentiles tum temporis. Defacto tamen *post Legem Evangelicam promulgatam* neque Judæis, neque Gentilibus licitum est repudium; quia Lege Evangelicâ *Matth. 19. ℣. 6.* Libellus repudii est antiquatus, & matrimonium ad primævam indissolubitatem reductum, ùt etiam expressè habetur. *c. gaudemus. 8. h. t.*

Q. 3. An matrimonia infidelium, hoc est, non baptizatorum, semel legitimè contracta sint defacto penitus indissolubilia? Resp. 1. Si uterque conjugum perseverat in infidelitate, etiamsi conjugium tantùm sit ratum; nec à Pontifice, utpote cujus jurisdictioni subjecti non sunt; nec à Principe sæculari, cui potestatem à DEO solvendi matrimonia concessam esse, non constat; nec mutuo contrahentium consensu solvi potest, quia insolubilitatem utì consensu suo

con-

conjuges hi non induxerunt, ita nec eam tol
possunt.

Resp. 2. Dum uterque ad fidem conv
tur, eorúmque matrimonium *copulâ carnali*
dum fuit consummatum, solubile est vel
fessione Religiosâ vel dispensatione Pont
quemadmodum dicetur *quæst. sequent.* de
fidelium matrimoniis. Si verò *consummatum*
rit, nullâ potest humanâ potestate *quoad vinc*
solvi, cùm à DEO ipso insolubilitatem hab

Resp. 3. Si unus conjugum infidelium a
dem convertitur, altero nolente converti, n
nuente cohabitare, adcóque discessionem p
faciente; vel volente quidem cohabitar
non absque injuriâ Creatoris vel *directè* v
directè irrogatâ, adeóque faciente discess
moralem, solvi potest matrimonium etiam
summatum, etiam *quoad vinculum*, in favo
fidei ex privilegio & dispensatione
quam innuit S. Paulus *1. Corinth. 7. v.*
habetur *c. 7. & 8. h. t.* Tale autem matrim
non statim à puncto, quo infidelis remi
verti, & cohabitare fideli sine contumelia C
toris, sed tum modò solvitur, cùm fidelis
dum matrimonium contrahit *c. 8. h. t. ca*
caus. 28. q. 2. quo secundo matrimonio
contracto, validè & licitè ad alias quoque
transit infidelis; quia nullo jure prohib
quod tamen secus est, dum conversus non
plectitur statum matrimonialem, sed vel
Ordines suscipit aut emittit *Professionem*,

nullibi annexum esse legatur S. Ordinibus vel Professioni privilegium, matrimonium *consummatum quoad ipsum vinculum* dissolvendi.

Q. 4. An matrimonium ratum fidelium sit indissolubile? Resp. Neg. sed duplici casu etiam *quoad vinculum* solvi potest 1. per *Professionem* Religiosam solennem. *c. 2. & 7. de convers. conjug.* Trid. *Sess. 24. can. 6. de Sacram. matrim.* quæ tamen vis neque Votis simplicibus competit, neque S. Ordinibus. 2. Potest quoque dissolvi matrimonium ratum per *dispensationem summi Pontificis.* Ratio; quia potestas Papæ *Matth. 16.* data extendi debet, quantum potest & exigit bonum animarum, ac recta Ecclesiæ gubernatio; éstque reipsa exercita à *Gregor. VII. Eug. & Pio IV. Julio & Paulo III. Clement. & Urban. VIII. Gregor. XIII. &c.* Dispensatio concessa sine justa causa invalida est; cùm enim insolubilitas matrimonii rati descendat ex jure divino, in hoc non nisi urgente causâ gravi juxta *D. Thom. 22. q. 88. art. 12.* Papa dispensare potest, potestate utpote ad ædificationem, non destructionem & dissipationem à Christo concessâ. *Schmalzgr. h. n. 51.*

Q. 5. Quantum tempus concessum sit conjugibus ad deliberandum de Religionis ingressu? Resp. Post matrimonium contractum & non consummatum duo menses conjugibus dantur ad deliberandum de Religionis ingressu, ita ut intra id temporis debitum reddere non teneantur. *c. 7. de convers. conjug.* Duo autem illi menses primò

conceduntur non ad ingressum cum effectu ad Professionem, sed ad ingressum solummodo ad Novitiatum. 2. Bimestre hoc computandum est *regulariter* à die contracti matrimonii: ita *communis*. 3. Potest hoc bimestre authoritate judicis vel abbreviari vel prorogari, tempus enim à Lege præscriptum, sed à judice imponendum ab eo exigente causa coarctari potest vel prorogari. *L. 2. ff. de re judicat.* 4. Quod si conjux intra tempus à jure vel judice concessum tentet de statu religioso deliberantem vi opprimere, matrimonium quidem redditur indissolubile quoad vinculum, utpote verè consummatum, *interim* loquendo fœmina poterit Religionem ingredi, eo quòd maritus non debeat referre commodum ex sua iniquitate. 5. Bimestre dictum pro ta Sanch. conceditur omnibus conjugatis, etiam de ingressu in Religionem non cogitantibus: sic cum Laym. Castrop. Hurtad. contrarium tenentibus.

Q. 6. *An matrimonium fidelium consummatum sit indissolubile?* *Resp.* Aff. ut neque ob adulterium, neque ob hæresin, neque aliâ de causa matrimonium fidelium simul *validè* contractum consummatum quoad vinculum possit dissolvi. Ratio ex scriptura *Marci 10. ℣. 11.* ubi generaliter negatur, posse conjugem, ex quacunque causa compartem dimiserit, eo superstite alteri cuipiam copulari. *Matth. 19. ℣. 6.* Quod Deus *conjunxit, homo non separet.* ex Apostolo 1. Cor. *7. ℣. 10.* ubi ait, *iis, qui matrimonio junctis sed pr-*

pracipio non ego, sed Dominus, uxorem à viro non discedere, quodsi discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari. 2. Probant aliqui indissolubilitatem matrimonii consummati ex ejus *significatione*, cùm significet perpetuam Christi cum Ecclesia conjunctionem. 3. Probatur ex Concil. Flor. *in Decreto union.* Trid. *Sess. 24. can. 1. de Sacr. matrim.* 4. Ex plurimis incommodis, quæ & proli & conjugibus hac viâ accersuntur.

Q. 7. *An matrimonia Acatholicorum nostri temporis sint indissolubilia, sive inter se, sive cum Orthodoxis contracta?* *Resp.* sub distinctione: Vel enim habent intentionem contrahendi matrimonium, quale ex institutione Christi potest contrahi: licèt putent matrimonium inter Christianos in quibusdam casibus solvi posse, matrimonium eorum erit insolubile. Ratio; quia hoc casu prævalet intentio generalis contrahendi matrimonium validum, quod revera est insolubile. Vel ita contrahunt, ut intentionem huic errori suo alligent, & expressè nolint aliter contrahere, nisi sub conditione solubilitatis; tale matrimonium, utpote invalidum, erit solubile; quia talis intentio & consensus apertè substantiæ matrimonii repugnat. Interim præsumendum non est, alligare eos mentem suam errori huic; adeóque matrimonium Hæreticorum est Sacramentum simúlque indissolubile. Ratio præsumptionis est, quia in dubio favendum est semper matrimonio jam contracto, próque ejus valore pronuntiandum. *c. fin. de sent. & re judic.*

Q. 8.

Q. 8. Quid requiratur, ut matrimonium ratum, sive consummatum contractum cum dimento dirimente dissolvatur quoad vinc Resp. 1. Debet fieri authoritate legitimi cis. *c. 3. h. t.* 2. Non potest judex matr nium in facie Ecclesiæ contractum ex hoc dissolvere, quòd unus vel uterque etiam jux fateatur, se cum impedimento dirim contraxisse. *c. 5. de eo, qui cognov.* Ratio redditur ob periculum collusionis. 3. De pedimento ipso debet constare judici per nam & perfectam probationem v.g. per duos omni exceptione majores. *Arg. c. sang. c. 22. de testib.* 4. In dubio debet pro valore matrimonii pronunciare. *ex dictis.* 5. Conjux tamen, cui de mento dirimente certò constat, nec petit test debitum, nec reddere. *c. 13. de spoliat.*

§. 2.

De dissolutione matrimonii quoad thorum & cohabitationem.

Q. 1. *Quot modis matrimonium quoad thor separari in perpetuum possit? Resp. Duob uno*, per mutuum consensum conjugum, tum solenne in susceptione S. Ordinum, aut fessione Religiosa, altero consentiente, etiam

tur. *c. 4. 5. &c. de conv. conjug.* modo *altero* ob adulterium ab uno commissum, quod quia per se & directè repugnat fidei conjugali, causa sufficiens est divortii quoad thorum perpetui. Hæc est constans Catholicorum Doctrina propter illud Christi *Matth. 5. & 19. nisi ob fornicationem.* prout explicat Hieron. *ad cit. c. 19. Matth. & in Epist. ad Amand.* D. Aug. *L. 2. de adulter. conjug. c. 9.* Conceditur tam marito innocenti ob adulterium uxoris, quàm uxori innocenti ob adulterium mariti, cum jus divortii faciendi oriatur ex violatione fidei conjugalis, ubi conjuges æquales sunt. Modò tamen adulterium fuerit consummatum, & formale sive continens malitiam formalem adulterii; quia nisi formale adulterium sit, fides conjugalis injuriosè non violatur; nisi sit consummatum, caro in aliam carnem non dividitur.

Q. 2. Quando non liceat facere divortium propter adulterium? Resp. 1. Si uterque conjugum adulterium commisit; quia tum paria delicta mutuâ compensatione delentur. *cap. 4. & 5. h. t.* 2. Si maritus adulterii uxoris fuit author; quia hoc casu æquè culpabilis est, ac uxor. 3. Si conjux innocens nocenti condonavit adulterium; quia sic cessit juri acquisito faciendi divortium.

Q. 3. An conjugem adulterum innocens teneatur dimittere? Resp. Per se nulla est ad hoc obligatio. Ratio; quia dimissio adulteræ à Christo *Matth. 19.* non præcipitur, sed tantùm per-

mittitur, ùt notat S. Auguſt. relatus *can.* [illegible] *28. q. 1.* Dicunt aliqui *per accidens* [illegible] ſcandali & ſiniſtræ ſuſpicionis teneri poſſe [illegible] tum ad dimittendam adulteram; quibus [illegible] dicit Caſtrop. eò quòd uxor, quæ in [illegible] mariti reprehendentis eam & punientis [illegible] quit, inde dimiſſa liberiùs ſit peccatura; [illegible] teneri, ait, maritum uti remedio dubio, [illegible] ſéque ſcandalo & ſuſpicioni remediis [illegible] curri. A fortiori rariſſimè vel nunquam [illegible] innocens ſe à marito adultero ſeparare [illegible] tur.

Q. 4. An ſi conjux innocens velit ultro [illegible] *liari nocenti poſt factum divortium, tenea* [illegible] *cens acceptare & ad cohabitationem redi* [illegible] Aff. quia divortium ex causâ adulterii [illegible] gratiam innocentis conceſſum eſt; ergo [illegible] bet in ejus incommodum retorqueri. *c.* [illegible] *Reg. jur. in 6.* Neque cenſetur innocens [illegible] ſuo jure, dum dimittit nocentem, ſed [illegible] adulter jure ſuo, quod priùs habuit in [illegible] tem ex matrimonio, privatur. Leuren. *h. t.* [illegible] refert aliquot caſus, ubi etiam nocens [illegible] innocentem non tenetur.

Q. 5. An adulterum reſipiſcentem [illegible] *cum eo redintegrare conjugium innocens* [illegible] *vel an poſſit pro libitu ſuſcipere S. Ordines* [illegible] *ligionem ingredi? Reſp.* 1. Poteſt quidem [illegible] facto etiam per ſententiam divortio [illegible] conciliari; cum per ſententiam non debe[illegible] vari jure ſuo; non tamen tenetur, [illegible] cùi

etiam nocente. Ratio; quia adulterium est causa divortii perpetui. *Resp.* 2. Potest etiam innocens suscipere S. Ordines, Religionem ingredi, vel emittere votum castitatis, absque eo, quòd nocens emendatus illum possit repetere. Ratio; quia amisso ob adulterium jure exigendi debitum & mutuam cohabitationem, innocens ab omni debito conjugali liber efficitur. Debet tamen, ut licitè & absque peccato innocens assumat alium statum, divortium per *sententiam judicis* factum esse, cum aliàs nocens regulariter restitutionem in integrum petere possit.

Q. 6. An conjugum uno in adulterium lapso possit innocens propriâ ab eo authoritate divertere? *Resp.* Aff. 1. Dum adulterium est notorium *c. 9. de sponsal. c. 4. h. t.* 2. Secluso scandalo etiam ob adulterium occultum, saltem *pro foro conscientiæ.* Ratio; quia ea est natura matrimonii, ut conjuges sibi obligentur ad mutuam cohabitationem debitúque redditionem, quamdiu carnem non diviserint, facta hac divisione cessat obligatio in innocente, qui adeóque sibi ipsi jus non dicit, sed jure à matrimonii natura concesso utitur. Habetur hoc ipsum in *can. 2. caus. 32. q. 1.* 3. Innocens propria authoritate volens divertere debet esse moraliter certus de adulterio conjugis. *c. 9. de sponsal.* Ratio, quia nemo ob dubium vel suspicionem tantùm probabilem jure suo est privandus. 4. Licèt innocens non exspectatâ sententiâ, ùt dictum

ctum, separare se possit, si tamen spoliatus restitutionem petat, statim est restituendus, nisi adulterium esset notorium, vel in continenti probaretur. *c. 13. de restit. spoliat.* Spolians tamen certus moraliter de impedimento dirimente utitur *foro externo* compellatur ad cohabitandum, *foro conscientiæ* matrimonio uti non potest. *c. 4. de sent. excommun.* quia talis usus est fornicatio intrinsecè mala & peccaminosa.

Q. 7. An & quæ præter adulterium sint causæ divortii justi quoad thorum? *Resp.* ad 1. Aff. Thid. *sess. 24. can. 8. de Sacram. matrim.* clarè hanc veritatem definit, constátque ex toto *tit. de divort. & conv. conjug.* Quando Christus solam assignavit fornicationem pro causa divortii, de causa separationis perpetuæ, & obstante contractu matrimoniali est locutus. *Resp.* ad 2. Causa *prima* est *Hæresis*, non quæcunque, sed pertinax juxta illud Apost. *ad Tit. 3. & c. fin. de conv. conjug. c. 6. & 7. h. t.* Ratio est; quia ex cohabitatione cum Hæretico pertinaci plerumque imminet periculum perversionis, quo imminente & urgente graviter jure naturali & divino obligatur innocens se separare, etiam propria authoritate. Separatio hæc autem non est perpetua, sed durat, quoadusque Hæreticus resipiscat. *c. 7. h. t.* Facta autem *Judicio Ecclesiæ* est ita perpetua juxta multos, ut non teneatur talem Hæreticum etiam resipiscentem conjux Catholicus ad sui consortium recipere *c. 6. h. t. c. ult. de Hæreticis.* Aliis sententiam hanc de rigore juris valde pro-

probabilem moderantibus, ut tum procedat, si conjux Catholicus ad Religionem transire, non autem, si velit in sæculo remanere; probant *ex c. ult. de Conv. Conjug.* & ex illa *Capitulum 6. h. t.* interpretantur. *Secunda* causa est, *periculum animæ*, dum conjux conjugem ad gravia peccata v.g. latrocinii, veneficii, &c. impellit; cessante autem hac inductione, quantumcunque conjux vitiis sit deditus, excepto adulterio & hæresi, divortium non licet. Ad hanc separationem sententiâ judicis opus non est, quia ipso jure naturali conceditur. *Tertia*, *Periculum corporis*, quod imminere solet v. g. conjugi sano ob alterius lepram, uxori ob latrocinationem viri, &c. *Quarta*, *Sævitia aut furor mariti* v.g. consortem suam odio gravi persequentis, ejúsque vitæ ferro, veneno, &c. insidiantis, vel mortem aut mutilationem seriò minantis, aut aliis modis crudeliter tractantis. *c. 18. & 13. de Restit. spol.* Ratio; quia uxor non est mancipium viri. *Quinta*, *Molesta cohabitatio* ex frequentia jurgiorum & rixarum; quia grave malum reputatur, habere semper offensum illum, quocum quis perpetuò vivere cogitur. Ad separationem à thoro ob tres ultimas causas ferè semper necessaria est authoritas judicis, nisi periculum in morâ sit.

Q. 8. *Apud quem conjugum facto divortio educandi & alendi liberi?* *Resp.* Apud innocentem expensis partis nocentis. *Auth. si pater. C. divortio facto*; adeóque non minùs apud patrem innocentem expensis matris nocentis, quàm apud

matrem innocentem expensis patris nocentis; quia vir & uxor sunt correlativa; ergo dispositum de uno censetur etiam de altero dispositum, ubi eadem, quemadmodum hìc, ratio militat. Ipsa tamen *Auth. cit.* tres patitur limitationes, quas vide.

TITULUS XX.

De donationibus inter virum & uxorem, & de dote post divortium restituenda.

Q. 1. *Donatio inter virum & uxorem quasuplex?* *Resp.* Duplex; alia quæ fit omnino gratis *& ex mera liberalitate L. 1. ff. de Donat.* alia quæ fit *ob causam aliquam*; qualis est donatio propter nuptias facta à marito in compensationem dotis sibi datæ ab uxore.

Q. 2. *An & quatenus donationes inter conjuges valeant vel non valeant?* *Resp.* Donatio *mere liberalis, & quâ donans fit pauperior, cum locupletatione donatarii*, facta *stante matrimonio*, inter conjuges privatos tam de Jure Civili *L. 1. 2. 3. ff. h. t.* quàm de Jure Canonico *c. fin. h. t.* est invalida, non quidem ita, ut careat omni effectu, cum juxta dicenda confirmetur morte donantis, transeátque saltem possessio rei donatæ in donatarium, cum ea sit quid facti. arg. *L. 1, §. 4. ff. de acq. & amitt. poss.* Imò & acquirat fructus suâ industriâ ex

ex re donata perceptos. *L. 17. ff. h.* Extenditur responsio 1. ut donatio purè liberalis adhuc sit invalida, si fiat inter sponsum & sponsam de præsente, matrimonio necdum consummato. *Pirh. h. t. n. 3.* 2. Facta ante matrimonium contractum, dum ejus effectus differtur in tempus contracti matrimonii. *L. 4. C. de donat. ante nupt.* 3. Etiamsi fiat per personam intermediam, ùt dum maritus dat aliquid Titio, ut donet uxori suæ. 4. Ut etiamsi contractus alii v. g. venditio, permutatio inter conjuges validè ineantur, remissio tamen pretii animo donandi facta sit invalida. *L. 5. §. 5. ff. h. t.*

Q. 3. An donatio merè liberalis inter conjuges putativè tantùm tales sit valida? Resp. 1. Si uterque conscius est nullitatis matrimonii, valet quidem donatio pro foro interno, in foro tamen externo fiscus auferre posset rem donatario in pœnam m. f. in qua sunt tales putatitii conjuges. *L. 32. §. fin. ff. h. t.*

Resp. 2. Si solus *donans* conscius est nullitatis, valet donatio; quia talis censetur velle donare extraneo; non verò valebit, si *donatarius* solus nullitatem sciret. Ratio est, quia deficit consensus in donante ob errorem.

Resp. 3. Si uterque ignoravit nullitatem matrimonii, itidem invalida est donatio, non quidem ob resistentiam legis, nam per hanc irritatæ sunt Donationes inter virum & uxorem, quales isti non sunt, sed ex defectu intentionis in donante, nolentis donare extraneo. *L. 32. cit. §. 27. ff. eod.*

Q. 4. *Quomodo donatio inter conjuges confirmetur? Resp.* 1. Confirmatur juramento de non revocando, ex ratione textûs *c. 28. de jurejur. & c. 2. de pact. in 6.*

Resp. 2. Confirmatur per mortem naturalem *donantis*, si is in vivis donationem non revocavit tacitè vel expressè: *c. ult. h. t. L. 32. §. 1. ff. h. t. & L. 25. C. eod.* Ratio; tum quia matrimonio per mortem soluto cessat finis legis; tum quia non revocans in vita, censetur in eadem voluntate perseverâsse, ac proinde per ultimam voluntatem relinquere. Quæ requirantur, ut morte confirmetur donatio, vide apud Schmalgr. *h. à n. 38. ad 41. Leur. h. t. q. 312. n. 2.*

Resp. 3. Per mortem civilem confirmatur donatio respectu fisci, cui aliàs cedunt bona (non verò respectu donantis, cui semper revocare licet) ita nimirum, ut fiscus revocare non possit ante donatam conjugi, sed ut huic maneat, nisi donans revocet ante mortem naturalem. *L. 13. ff. L. 24. C. h. t.* Debet tamen mors civilis in hoc consistere, ut donans deportetur vel mittatur in exilium, vel fiat servus pœnæ v. g. per damnationem ad metalla; si enim fiat servus bonis minis, donatio non confirmatur, sed evanescit. *L. 33. §. 6. ff. h. t.* vel si emittat Professionem in Ordine bonorum capaci, donatione factâ non obstante, donans Professus eam de consensu superioris revocare potest, adeóque irrevocabilem non firmatur ante mortem talis Professi naturalem; in Religione tamen incapace bonorum tem-

pore

porallum per Professionem statim confirmatur. Pirh. *h. n. 20.* Wiestn. *n. 34.* Reissenst. *n. 30.*

Q. 5. Quando dos repeti possit? Resp. Dos (quo nomine hìc venit omne illud, quod marito ratione matrimonii ad ejus onera sustinenda datur, vel promittitur; sive ab aliquo ascendente, vel intuitu patris, quæ dicitur *dos profectitia*; sive ex bonis propriis uxoris, vel extranei sine respectu ad patrem, & est *dos adventitia*) non repetitur, nisi soluto matrimonio. *c. fin. h. t.* Excipiuntur tres casus, quibus stante etiam matrimonio dos potest repeti. 1. Si maritus suâ culpâ ad inopiam vergat. *L. 24. prin. ff. solut. matrim.* 2. si bona mariti fisco inferantur, v. g. ob crimen læsæ Majestatis &c. arg. *L. 31. ff. solut. matrim.* 3. pro liberis prioris matrimonii, pro parentibus, fratribus, aut sororibus egenis alendis. Engel *h. n. 9.* Cæterùm quòd uxor habeat in repetenda dote hypothecam privilegiatam in omnibus mariti bonis, & ante omnes alios creditores, etiam expressam anteriorem hypothecam habentes, solutionem dotis accipere debeat, defendimus cum Fachinæo *Lib. 10. Controv. c. 35. L. 30. C. de Jure dot. L. 12. C. qui potior. in pign. L. fin. C. ibid.*

Q. 6. Quid juris circa dotem in matrimonio QUOAD VINCULUM soluto? Resp. Si matrimonium quoad vinculum solvatur vel per mortem alterutrius, vel per ingressum in Religionem, vel propter impedimentum dirimens, *quod b. f. ignoratum erat*, nunc verò est detectum, *dos* uxori, ejúsve hæredibus, & *donatio propter nuptias* ma-

rito, vel ejus hæredibus est restituenda, salvo men beneficio competentiæ, & seclusis pactis talibus, aut consuetudine contraria, aut statu locali. *L. un. Cod. de rei uxor.* Eadem dicenda jure communi de *paraphernalibus & Morgeng. L. fin. C. de pact. convent. item de acquæstibus lucris*, stante matrimonio uni conjugi particu acquisitis *cap. 2. h. t.*

Q. 7. *Cui restitutio dotis fieri debeat soluto QUO AD THORUM ET HABITATIONEM matrimonio?* *Resp.* Si *absque delicto & culpa* ex conjugibus fiat, v. g. si maritus consentiente uxore suscipiat SS. Ordines, *dos* redit ad mulierem donatio propter nuptias ad maritum. *c. 1. h. t. L. un. C. cit.* Si ob *culpam* v. g. propter unius adulterium separatio quoad thorum fiat, dos vel donatio propter nuptias non restituitur parti adulteræ, sed eam innocens lucratur *per sententiam judicis*, simúlque id, quod dedit, recuperat; si dotem constituens voluerit ad se reverti, vel si pars adultera innocenti fuerit reconciliata, vel si adessent liberi partis adulteræ ex hoc vel alio matrimonio. Habentur hæc in *c. 4. h. t. L. 8. §. & 5. C. de Repud. Nov. 117. c. 8. & 9.*

Q. 8. *An uxor ob adulterium separata amittat etiam paraphernalia?* *Resp.* Bona paraphernalia seu parapherna (qualia sunt, quæ uxor jam dotata habet præter dotem, aut acquirit in suos usus v. g. donatione, jure hæreditario &c.) non amittit uxor adultera, quia pœnalis hæc dispositio de amissione dotis non debet extendi. *c. 15. c. 32.*

de

de R. I. in 6. & licèt *c. 4. h. t.* dicatur *dotem vel dotalitium* repeti posse, non tamen per dotalitium intelligi debent parapherna, sed vel donatio propter nuptias, vel sponsalitia largitas, vel alia bona ex pactis dotalibus, secluso adulterio, uxori debita.

TITULUS XXI.

De secundis nuptiis.

Q. 1. *Num licitæ & honestæ sint nuptiæ secundæ, tertiæ, quartæ?* *Resp.* 1. Aff. est Catholica veritas, antiquissimâ & universali Ecclesiæ consuetudine confirmata, esse *licitas* nuptias secundas; & patet ex illo Apost. 1. *Corinth. 7. v. 39. 1. Tim. 5. c. fin. caus. 31. q. 1. & can. 1. ead. caus. & q.* Ratio; quia ex præcedentibus nuptiis nullum obstat impedimentum, quò minùs semper ad ulteriores procedi possit.

Resp. 2. Sunt etiam *honestæ*, cùm nonnisi quod honestum est, ab Ecclesia possit approbari. Quòd negentur nuptiis secundis benedictiones, non est ideo, quasi inhonestæ sint, sed una ex causis est, quòd in iis deficiat perfecta significatio Sacramenti; & quia alias quoque benedictiones Ecclesia non repetit, utì Virginum, Ecclesiarum, altarium.

Q. 2. *Quæ pœna viduis ante annum luctûs elapsum nubentibus de jure Civili statuta, & num*

ea

ea pariter teneat de Jure Canonico? Resp. a
Statuitur de jure Civ. infamia, ipso facto in
renda tam ab ipsa, quàm à viro eam ducere
1. C. de secund. nupt. L. 11. ff. de his, qui no
fam. L. 15. C. ex quibus caus. infam. irrog. No
c. 22. idque ad tollendam sanguinis turbatio
per secundum matrimonium, & patris incest
dinem.

Resp. ad 2. Leges Civ. statuentes infa
sunt correctæ à Jure Can. *c. 4. h. t.* ubi in: *Se*
illa quæstione, qua quæsitum est, an mulier p
sine infamia nubere intra tempus luctûs per leg
definitum; respondemus, quòd, cum Apostolus d
cat, mulier viro suo mortuo soluta est à lege v
sui, in Domino nubat, cui voluerit, per omnia
& authoritatem Apostoli ejus infamia debe
Unde sequitur in utroque foro non esse am
infames mulieres illas intra annum luctûs
cunda vota transeuntes: quod idem *c. ja.*
confirmatur.

Q. 3. Quotuplicis generis & quæ pœna jure
statutæ sint secundò nubentibus? Resp. ad 1.
plicis generis; *quædam* præcisè in odium
darum nuptiarum, & punitionem præ
transitûs ad alteras nuptias tendunt; *alia*
ciunt primariò favorem liberorum ex pri
trimonio susceptorum, etiamsi post annum
ctûs secundæ nuptiæ ineantur, & cessant
existentibus liberis, vel his ante parentem
bum mortuis. *L. 3. §. 1. C. h. t.*

Resp.

Resp. ad 2. *Pœnæ in odium secundarum nuptiarum sunt seqq.* 1. Infamia, ùt dictum. 2. Uxor viro posteriori, titulo dotis vel ultimæ voluntatis ultra tertiam bonorum suorum partem dare vel relinquere non potest. *L. 1. C. h. t.* etiamsi nulli extent liberi. 3. Fit incapax cujuscunque hæreditatis, legati &c. à quoquam alio, quàm viro consequendi, ut nullum in talibus acquirat dominium, sed omnia vel hæredibus scriptis, vel cohæredibus ab intestato venientibus sint applicanda. *L. 1. C. cit. 4.* Non succedit consanguineis ultra tertium gradum, adeóque nec fratris filio, utpote cui de Jure Civili in quarto gradu conjuncta est. *L. 1. cit.* Pœnæ hæ viros binubos etiam intra annum luctûs non tenent, cum non sit eadem ratio in dicto casu viros inter & fœminas. *Pœnæ primariò in favorem liberorum sunt ferè seqq.* 1. Uxor (idem dicendum de marito ob rationis paritatem, & *L. 5. §. 1. ff. h. t.*) quocunque tempore ad secunda vota transeat, amittit dominium omnium eorum, quæ mortui mariti liberalitate, ultimáve ejus dispositione accepit, eorúmque tantùm usumfr. retinet, proprietate liberis prioris matrimonii reservata. *L. 3. & 6. §. 1. C. h. t.* 2. Mulier, vel vir, novo conjugi sive inter vivos sive ultima voluntate plus relinquere non potest, quàm uni ex liberis prioris matrimonii, & si divisio facta est inæqualis inter liberos, non plus conferre viro potest, quàm illi ex liberis, qui minimum accepit.

cepit. *L. 6. cit. & L.* 10. *pr. C. h.t.* 3. [illegible] liberorum tutelam. *L. 2. & Auth. Sacramenta C. quando. mul. off. Tut.* Nec eam recuperat vo marito mortuo, ùt communiter AA. de curatela dicendum. *L.* 31. §. 14. *ff. de [illegible] edict.* 4. Pupilli poſt ſecundas nuptias à tre licèt aliàs eidem liberorum educatio maximè competat, ſeparandi, & apud [illegible] perſonam educandi ſunt. *L.* 1. *C. ubi pupilli [illegible] deb. & Nov. 22. c. 38.* 5. Vidua ſecundò nubens amittit privilegia honoris & immunitatis [illegible] mariti. *L.* 13. *C. de dignit.* &c.

Q. 4. Num pœnæ prædictæ ſint à Juſtiniano ejus ſublatæ? Reſp. 1. Quoad utrumque forum ſublatæ ſunt cum infamia pœnæ aliæ principaliter ob præproperam reiterationem matrimonii [illegible] annum luctûs ſtatutæ. Ratio; quia ideo [illegible] pœna infamiæ, quòd ob Apoſtoli permiſſionem & Eccleſiæ approbationem vacent culpâ ſecundæ nuptiæ, & matrimonia debeant eſſe libera, [illegible] tari inſuper periculum incontinentiæ, [illegible] ratio non tantùm probat, infamiam, ſed & [illegible] pœnas ſublatas. ergo.

Reſp. 2. Cæteræ pœnæ primariò ob ſervandum liberorum ſtatutæ pro utroque foro in ſuo [illegible] bore perſiſtunt. Ratio; quia Legibus has pœnas inducentibus nullo textu Juris Canonici [illegible] rogatum eſt, neque derogandum ſuaſit [illegible] tionabilis cauſa.

Reſp. 3. Ex *Nov. 22. c. 43. & ſeqq. & Auth. relictum. C. de indict. viduit.* ubi correctum [illegible] jus

Jus Civile antiquum *L. 2. C. de indict. viduit.* liquet, posse conjugem conjugi ita legare, *Lego tibi mille, si non amplius nupseris*, eo quòd nullam hæc dispositio pœnam contineat, sed conditionem honestam, licitam, & validam adeóque observandam. Illa tamen conditio habetur pro non adjecta, si Titius Cajæ nunquam adhuc nuptæ leget mille, si non nupserit. *L. 22. & 72. §. 5. ff. de condit. & demonstrat.*

Q. 5. Utrùm pœnæ transeunti ad secundas nuptias statutæ incurrantur à vidua fornicante? Resp. Si intra annum luctûs fornicetur, incidit in omnes pœnas Jure Civ. statutas secundò nubentibus tempore luctûs; cæteras autem favore filiorum inductas, si post annum luctûs fornicetur. *Nov. 39. c. 2. §. 1.* ubi: *non enim aliquid amplius habebit castitate luxuria.* Neque hæ pœnæ per Jus Can. correctæ sunt; sed neque pœnæ prædictæ locum habent in conscientia ante omnem judicis sententiam, ut vidua intra annum luctûs fornicata nullâ exspectatâ sententiâ restituere teneatur, quidquid à marito accepit. Ratio; quia esto ipso jure privetur bonis, cum tamen hæc privatio statuatur in delicti pœnam, necessariò requiritur sententia criminis declaratoria. Porrò extendi dictas pœnas ad viduum tempore luctûs fornicantem, tenet Palao cum plurib. Ratio; quia pœnæ memoratæ v. g. restitutio bonorum facienda liberis sancita est in satisfactionem injuriæ conjugi de-

fun-

functo per fornicationem illatæ; quæ ratio
in viro quàm muliere fornicante tenet.

Q. 6. Quomodo constare debeat de obitu
jugis, ut liceat ad secunda vota transire?
Certitudo moralis requiritur, sive quis
priâ, sive authoritate judicis velit con
re secundas nuptias. *cap. 2. h. t. c. 19. de*
sal. Ratio; quia novi matrimonii
cedit in præjudicium prioris conjugis,
superstes est, qui proinde jure suo in
bio spoliari non debet. Habetur
certitudo non præcisè per famam,
tam ab incerto authore & sæpe fallaci,
mul concurrant alia adminicula,
nes, & conjecturæ vehementes: quæ
fama etiam adminiculata probari debet
per testes duos omni exceptione majores.
habetur certitudo moralis per testimonium
præcisè & secundùm se, nisi aliæ
circumstantiæ, aut major probatio
possit. Itaque habetur per attestationem
stratûs vel Civilis, vel Militaris, vel
ci, Parochi, Notarii publici, duorum
de visu &c.

Q. 7. Quidsi stante dubio de morte prioris
jugis secundum matrimonium fuerit
an uti licebit matrimonio, vel illud est
Resp. ad 1. Qui stante dubio, adeóque
transit ad secundas nuptias (idem est
qui b.f. iniit matrimonium, & deinde
re incipit de morte prioris conjugis)

non

non potest debitum; quia nemo potest uti re, de quâ dubitat, an sit sua. Tenetur tamen reddere debitum alteri in b. f. constituto; quia is Jure suo privari non debet absque culpâ suâ ob alterius f. m. *c. 6. de eo, qui cogn.*

Resp. ad 2. Matrimonium secundum contractum cum tali dubio *ex parte unius* non statim est dissolvendum. *c. 2. h. t.* neque etiam dum contractum est cum dubio *ex parte utriusque*; quia etiam in hoc casu pro possessione & valore matrimonii standum, quamdiu non constat de contrario, tametsi possessio illa contrahentium Juris utendi matrimonio sit infructuosa. Si tamen conjux secundas nuptias b. f. & fortè etiam Judicio Ecclesiæ iniisset, & ex secundo viro suscepisset liberos, mallétque cum eo remanere, reduce viro priore, remanere cum secundo non potest, sed conjugaliter debet convivere primo. *c. 1. caus. 34. q. 2. c. 2.* ibid. & *c. 2. h. t.* & patet, quia secundum matrimonium nullum fuit.

Q. 8. *Quid sit benedictio nuptiarum, & num adhibenda secundis nuptiis? Resp.* 1. Nomine *Benedictionis* hìc veniunt preces & ceremoniæ ex præscripto Ecclesiæ adhiberi solitæ in solennitate nuptiarum. *can. 1. caus. 30. q. 5.* quæ tum ad majorem Sacramenti honorem, tum ad impetrandam Neo-Sponsis gratiam adhibentur. Videatur de his Trid. *Sess. 24. de Sacr. matrim. can. 11. & Sess. 24. c. 1. ℣. præter. de reform. matrim.*

Resp. 2. Ex præcepto adhiberi debet benedictio

in *primis* nuptiis *can.* 3. *&* 5. *cauſ.* 30. *q.* 1. Trid. *cit.* quod tamen præceptum ſecluſo contemptu non obligat ſub mortali, quia non est gravi materia.

Reſp. 3. In *ſecundis* nuptiis adhiberi benedictio non debet, *quantum eſt de Jure communi*, uterque, vel alteruter in priori matrimonio benedictionem ſuſcepit, ſecus ſi neuter eam accepit. *c. vir autem.* 3. *h. t.* ita dicitur: *Vir autem vel mulier ad bigamiam tranſiens non debet à Presbytero benedici.* cùm ergo loquatur textus *distinctivè*, *vir vel mulier*, ſi alteruter benedictionem accepit in primo conjugio, ejus iteratio, *ſaltem jure communi*, *prohibetur:* dico, *ſpectatâ ſpectandâ Communi*; *quia conſuetudine* benedictio Sacerdotalis in pluribus Diœceſibus ſecundis nuptiis denegatur, quoties ea uni, maximè ſponſæ, & aliquibus etiam ſponſo, in primis nuptiis non impenſa, eáque ſolùm omittitur, quæ ab utroque jam antè recepta.

Pirh. h. t. n. 17.

O. A. M. D. G.

Finis IV. Libri.

LIBER V.
DECRETALIUM GREGORII IX.
DE
DELICTIS
ET
POENIS
PER
QUÆSTIONES AC RESPONSA
IN METHODUM BREVEM ET CLARAM REDACTUS
AUTHORE
R.P. ADAMO HUTH
è Societate JESU SS. Canonum Doctore,
eorumque in Alma Electorali Universitate
Heidelbergensi Professore Publico
& Ordinario.
Editio secunda Emendatior.
Cum Privilegio Sac. Cæs. Majestatis,
& Facultate Superiorum.

AUGUSTÆ VINDELICORUM,
Sumptibus MATHIÆ WOLFF, Bibliopolæ,
M. DCC. XXXII.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Liber V. Decretalium GREGORII IX.

QUn. *De quibus in Libro Vto. Decretalium tractetur?* *Resp.* Adornatur in præsenti Libro Processus *Criminalis*, ut ne, dum in prioribus Libris de causis Ecclesiasticis & ad forum Ecclesiasticum spectantibus civiliter intentandis actum est, crimina, si quæ in foro Canonico occurrerent, forent impunita. Hinc in *primo* statim *Titulo* traditur modus, quo crimina in judicem deducenda, scil. per accusationem, vel per inquisitionem, vel per denuntiationem: dein agitur de criminibus, quæ cultui divino & Religioni adversantur: ab his descenditur ad illa, quæ proximi vitam, famam, fortunas lædunt: tum examinantur delicta reliqua: demum pœnæ tam *vindicativæ*, quàm *medicinales* in delicta statuuntur.

TITULUS I.

De Accusationibus, Inquisitionibus, & Denuntiationibus.

Q. 1. general. *Quid sit & quotuplex delictum?* *Resp.* 1. In ordine ad forum externum est *libera & exteriùs sensibilis transgressio legis divinæ vel humanæ.* 2. Est vel *verum*, dolo nimirum & culpâ verâ perpetratum, vel *quasi tale*, omnem culpâ præsumptâ. It. *Publicum*, quod tendit directè contra Dei cultum, res Sacras, Principis Majestatem, adeóque ad certos effectus jurídicos ordinatum & publicè vindicandum est. Delictum publicum aliâs in specie *Criminis* nomine venit. Vel *privatum*, quod directè tendit ad læsionem privatæ tantùm personæ. Hodie omnia delicta reputantur pro publicis, saltem vi consuetudinis. Item delictum aliud est *ordinarium*, quod certum nomen, formam, & pœnam à Lege taxatam habet; aliud *extraordinarium*, quod talia non habet, sed arbitrariè tantùm à judice punitur. Aliud *exceptum*, aliud *Non-exceptum Ecclesiasticum, sæculare, aut mixtum: notorium, vel occultum.* Qui usum rationis & libertatem habent, ii sunt tantùm capaces delicti committendi. Ratio clara est. Perinde autem est, quoad delictum & pœnam delicti incurrendam, sive quis physicè & moraliter simul, sive tantùm moraliter, mandando, consulendo, vel antecedenter ratihabendo delictum

patra-

patraverit. *L. 1. §. 12. ff. de vi & vi arm. L. 52. §. 21. ff. de furt. c. pen. de sent. excomm. in 6.*

Q. 2. *Quid sit accusatio?* Resp. 1. Ut hìc accipitur pro actione criminali, est *delatio Rei criminis alicujus apud judicem competentem legitimè facta vindictæ publicæ causâ.* 2. Differt accusatio ab actione civili, quia accusatio tendit ad vindictam publicam, non actio civilis; potest tamen de omni delicto vel civiliter vel criminaliter agi: deinde, quia in accusatione non fit conclusio in causa, cum Lex ipsa concludat; si tamen & in libello criminali concluderetur in causa, ille propterea non vitiatur: econtra in actione civili debet necessariò in causa concludi. 3. Differt accusatio ab *inquisitione*, cum inquisitio delationem ex instituto factam non requirat; à *Denuntiatione*, quòd Denuntiatio non semper fiat publicæ vindictæ, sed vel privatæ correctionis causâ, si sit Evangelica; vel sine intentione pœnæ, si sit Canonica, sicque publicam utilitatem respiciat. Ab *utraque*, quia Accusatio modum & formam diversam habet, & fit solenniter.

Q. 3. *Quæ sit forma accusationis criminalis instituendæ?* Resp. 1. Debet fieri apud judicem competentem, qui non est Magistratus municipalis in causis criminalibus, sed qui jurisdictionem criminalem, sive merum imperium habet. 2. Debet fieri in scriptis (saltem in delictis gravioribus) *Auth. offeratur C. ut lit. cont.* per libellum ritè formatum, exprimendo tam suum, quàm delati nomen; indicando ipsum crimen, locum, tempus,

ubi tamen probant *ex L. 3. ff. h. t.* horam vel diem addere necessum non esse. 3. Olim requirebatur inscriptio seu subscriptio Accusatoris, qui is tenebatur ad pœnam talionis se subscribere, obligando se ad crimen objectum probandum, vel si deficeret, ad eandem pœnam subeundam, quam subiturus fuisset reus, probato delicto. Hodie & pœna talionis & subscriptionis necessitas, imo ipsa Accusatio ex usu recessit: sic ut tamen etiamnum servatur jus commune.

Q. 4. Quinam possint accusare? *Resp.* Omnes, exceptis iis, qui specialiter sunt prohibiti, & recensentur fusè *L. 8. ff. de accusat. can.* 13. *caus. 11. q. 1. & pluribus can. caus. 11. q. 7.* Quæ in *c. 1. de accusat. seqq. versic.* complectitur eos, qui prohibentur alios accusare: *Fœmina, pupillus, delatus, crimine tentus, suspectus, quæstu corruptus, sortilegúsque, infamis, servus, pauper, cum multis, Princeps, libertus, socius socium, nec non inimicus. Clericus Ecclesiam nullus deferre valebit.* Vide Engel *h. n.* 11. ubi præterea ait fratrem à fratre, *n.* 13. liberos à parentibus & contra accusari non posse. Hæc dicta procedunt maximè quoad accusationem ad vindictam publicam; plerique enim, si in delictis etiam capitalibus accusationes instituunt ad suum tantùm interesse privatum, ad suam sorúmque injuriam persequendam, admittuntur etiam in delictis valde atrocibus: de verò quis alterum vult deferre, necesse non est laborâsse reum infamiâ, modò delictum probare possit; quia nulla Lex prærequirit infamiam, ut

bérque

bétque potiùs utilitas publica, quàm privati cujusdam fama ſpectari. Ubi tamen delictum adhuc occultum foret, neque ex omiſſione Accuſationis Reip. vel alteri privato damnum aliâ viâ irreparabile immineret, nemo in conſcientia tenetur Reum delicti accuſare.

Q. 5. Quinam accuſari poſſint? Reſp. Regulariter omnes delinquentes absque ullâ ſexûs & ſtatûs differentiâ, etiam impuberes pubertati proximi, qui præſumuntur eſſe doli capaces. *L.* 111. *ff. de reg. Jur.* Reſpectu quorum tamen judex poterit ex commiſeratione ætatis pœnam mitigare. *L. 37. §. in delictis. ff. de minorib.* Excipiuntur à communi regula 1. ſupremi Principes ſuperiorem non agnoſcentes. *can. 13. cauſ. 9. q. 3. Bull. Aur. c. 5. §. 3.* 2. Jam ſemel accuſatus criminaliter, & legitimè abſolutus per ſententiam *c. 4. de Accuſat.* 3. Qui accuſationi jam præſcripſit. *L. 3. ff. de requir. vel abſent. condemn.* quod fit ferè per 20. annos in delictis non habentibus tractum ſucceſſivum & in delictis carnis per *5. L. 29. §. 5. & 6. ff. ad L. Jul. de adult.* excepto ſtupro cum vi publica, & adulterio cum inceſtu. *L. 39. §. 5. ff. ad. L. Jul. de Adult.* 4. Illi, de quibus in *L. fin. ff. ad L. Jul. Maj. L. 38. §. ult. ff. ad L. Jul. de adult. L. 6. C. de Accuſ.* quæ ultima lex potiſſimùm dicit, non poſſe reum abſentem accuſari, ſcil. ad deducendam in judicio & finiendam accuſationem. Porro quomodo contra contumacem & nolentem comparere procedendum ſit, vide aqud Engel. *h. t. n. 18.*

Q. 6. Quid & quotuplex sit Denuntiatio, de qua tertia *pars rubricæ agit? Resp.* 1. Denuntiatio est *delatio sive manifestatio criminis superiori legitimè quidem factæ, sed absque solennitate.* Dividitur communiter à Canonistis in *Evangelicam, Canonicam, Civilem*; à TT. verò *primò* in *Evangelicam*, & *judicialem* ita dictam, quia non sit superiori ùt patri, sed ùt judici, sive ùt habente potestatem & curam publicam; *judicialis* in *Canonicam* & *Civilem.*

Q. 7. Quid sit Denuntiatio Evangelica, & quid circa illam tenendum? Resp. 1. Denuntiatio *Evangelica*, vel alio nomine *fraterna, paterna*, vel *charitativa*, est *rei alicujus criminis moniti & non emendati ad superiorem tanquam patrem factæ delatio, ad hoc, ut reus paternè corrigatur, cum pœnam vel vindictam publicam.* 2. Modus in re *de præcepto* reg. adhibendus præscribitur *Matth. 18. v. 15. & seq. Si peccaverit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum solum .... si te non audierit, adhibe tecum adhuc unum, vel duos, ut in ore duorum vel trium testium stet omne verbum, quod si non audierit, dic Ecclesiæ*, id est, denuntia superiori vel Judici Ecclesiastico tanquam patri. Renuntiari tamen potest huic Denuntiationis ordini. Ratio, quia quilibet est dominus famæ suæ. 3, Non tantùm quilibet potest, quia cuilibet lex charitatis permittit emendationem proximi; sed etiam *regulariter* teneur, proximum charitatis denuntiare. Ratio, quia tum lex divina ex ca *textu Matth. 18.* tum lex naturalis, non modo per-

permittit, sed etiam præcipit, ut proximus peccans in salutis viam reducatur. 4. Si reus aliàs denuntiandus, etiamsi Religiosus foret? jam sit certò emendatus, locus non est huic denuntiationi. *cit. cap. ejúsque vers. 15. si te audierit, lucratus eris fratrem tuum.* Ratio, quia hoc casu deficit finis denuntiationis Evangelicæ, qui est correctio delinquentis.

Q. 8. Quid sit Denuntiatio Canonica, & quid circa eam observandum? Resp. 1. Est *delatio criminis ad superiorem Ecclesiasticum absque solennitate Accusationis.* 2. Est vel *Generalis*, dum agitur ad delictum aliquod, damnum, vel aliud incommodum impediendum, uti habetur in *c. 12. de sponsal. c. 13. de desponsi. impub. c. fin. de cland. desponsi.* Ad hanc, cujus *effectus* est, impedire delictum, regulariter tenentur omnes, si eam possint absque gravi incommodo suo facere *c. 13. de jud.* Nec opus est, ut præcedat monitio. Gloss. in *c. 13. de desponsi. impub.* Vel est *specialis*, quæ fit pariter superiori, ut qui malè præest, vel administrat, corrigatur, vel etiam à Prælatura removeatur. *can. 45. & 46. caus. 2. q. 7. can. 31. caus. 16. q. 7. c. 31. de Simon.* Hæc tantùm permissa est iis, quorum interest, adeóque soli Religiosi Prælatum, Parochiani Parochum eo fine denuntiare possunt, ut removeatur. Requiritur præterea, ut licitè fiat hæc denuntiatio, bina aut trina monitio. *c. cit.*

Q. 9. Quid sit Denuntiatio Civilis, & quid juris circa illam? Resp. 1. *Civilis*, sic dicta, quia

LL. ortum debet, & quam Canoniſtæ ſolent con-
fundere cum *judiciali*, eſt delatio Criminis ad
ſuperiorem tanquam judicem, vel ad interes-
proprium, & dum dicitur *privata*, vel ad vin-
ctam publicam, & nominatur *publica*. 2. Dif-
fert à Denuntiatione *Canonica* non tantùm ratio-
ne *originis*, ſed etiam ratione *judicis*, cum Ca-
nica coram ſolo judice Eccleſiaſtico, Civilis co-
ram ſæculari aut Eccleſiaſtico proponi poſſit;
item etiam ratione *finis*, cum Canonica ſpecia-
damnum aut peccatum removendum, Civilis ſatis-
factionem pro damno vel læſione facta privato
aut Reip. Differt inſuper ab *Accuſatione*, quòd
ad denuntiationem non requiratur inſcriptio. c. 1. §.
h. t. & denuntians, etiam privatus, non ſubeat
onus probandi, ſed tantùm indicia aperiat.
3. Ejus itaque effectus eſt, quòd aperiat judici
viam ad inquiſitionem ſpecialem. 4. Privatus
per ſe loquendo ad denuntiationem Civilem non
obligatur, *arg.* à pari cum Accuſatione, qua cui-
ferè coincidit, paucis exceptis. Officiales ho-
men & cuſtodes ad denuntiandum conſtituti,
eos, qui v. g. vectigalia non ſolvunt, merces ve-
titas im-aut exportant, tenentur ad compenſan-
damna Dominis ſuis vel Reip. illata. Agunt hi
AA. Schmalzgr. à *n. 241.* Pichl. *n. 23.* Pirh.
103. h. t. de criminis delatione *per viam exa-
ptionis*, quæ valdè vicina eſt denuntiationi ſpe-
ciali, qui videantur.

*Q. 10. Quid & quotuplex ſit inquiſitio, &
qua ſecunda pars rubricæ?* *Reſp.* 1. Inquiſitio
ſtri-

criminis vel criminosi per judicem scil. ex officio procedentem legitimè facta investigatio: introducta est justissimè, ne, dum rarissimi sunt, qui velint ad judicem *viâ accusationis*, vel etiam *denuntiationis* reos deferre, crimina maneant impunita *c. 24. h. t. L. 13. ff. de off. Præsid. Resp.* 2, Inquisitio est triplex; *Generalissima*, ab aliis *generalis simpliciter* dicta, est, quando nulla præcedente infamia, nec indiciis criminum Judex aut Superior in genere investigat, num in Provincia, Diœcesi, civitate, monasterio perpetrata sint delicta, prout fieri solet in visitationibus. *Generalis*, quam & alii *mixtam* dicunt, est, quando quidem constat de delicto v. g. homicidio perpetrato, author autem ignoratur, nec suspicio cadit in personam certam. *Specialis* est, dum & constat de certo delicto, & suspicio perpetrati criminis, v. g. homicidii habetur de certa persona. *Generalis* tendit eò, ut in notitia delinquentis veniatur, *specialis*, eò, ut condemnetur & puniatur; ad quod devenitur vel per *inquisitionem mansuetam*; per solas scil. interrogationes & articulos ad examinandum reum formatos. vel per *inquisitionem severam*, sive *torturam*.

Q. 11. *An, quando, & quomodo ad inquisitionem procedendum?* *Resp.* 1. Inquisitio *generalissima* non potest tantùm, sed etiam debet certis temporibus fieri. arg. *c.* 1. *de off. Ordin. c.* 1. *§. sanè de Censib. in 6.* junct. Trid. *Sess. 25. c. 8. de Regular.* non requiritur infamia præcedens, aut denuntiatio. Ita praxis. Inquisitio *generalis*

sive *mixta* etiam debet fieri à judice, dum
delictum commissum constat, author tamen
nescitur, vel etiam dum tantùm suspicio
habetur, &c. Nec ad hanc inquisitionem
stituendam prærequiritur infamia. *L. 1. §. 21*
de Quæst.

Resp. 2. Inquisitio *specialis* non potest
bitu à solo judice inchoari, sed debet præce
aliquid, quod viam inquisitioni aperiat; hinc
debet constare illi de corpore delicti. *L. 1.*
24. ff. ad S. C. Syllan. plenè & liquido,
delictum *facti permanentis*; si sit delictum
transeuntis; id est, nullum post se relinq
vestigium, saltem per conjecturas. 2. Debet
accusatio aut denuntiatio criminis præcedere
si judex procedat ex officio, *infamia* (qua
debeat esse, vide apud Schmalzgr. *h. n.*
vel alia sufficientia indicia. *L. 7. C. c.*
24. h. t. 3. Debet reus præsens esse vel
citari. *c. 24. cit.* 4. Debet judex reo pun
quisitionis communicare; depositiones &
testium, saltem regulariter proponere; si
habet exceptiones, audire, admittere, &
nare. *c. 24. cit.* Hæc si observata non fue
reúsque contra inquisitionem sic protestatus
quisitio & processus *regulariter* erunt
c. 21. & 24. h. t.

Q. 12. Quis sit effectus inquisitionis? Re
Effectus Inquisitionis *generalis* est, quod viam
nat ad specialem, si ex illa emergant indicia
bationes sufficientes contra certam personam.

Resp.

Resp. 2. Effectus inquisitionis *specialis* à judice legitimo *susceptæ* & *inchoatæ* sunt, 1. quod producat obligationem in inquisito ad manifestandam veritatem juxta dicta ad Tit. *de Confess. L. 2. Decret. Q. 5. per totam.* 2. Quòd si reus detrectet fateri, judex tamen habeat legitima indicia, id est valde urgentia, & tanta, ut sola ferè confessio desit; si insuper delictum sit dolosè commissum, & tale, quod pœnam mereatur corporalem & relegatione majorem, judex ad torturam procedet, circa quam quid porro sit observandum, consulantur Criminalistæ, & *Ordin. Carol. art. 18. & seqq.*

Resp. 3. Effectus inquisitionis *specialis terminatæ sive absolutæ* est, ut si reus quidem erat gravatus, nec tamen crimen confessus, nec legitimè de eo convictus, præstito à se juramento purgationis absolvatur, ùt latiùs ad *Tit. 34.* condemnetur autem talis inquisitus, etiam pœnâ ordinariâ, si vel crimen confessus, vel legitimè fuerit convictus. *L. 2. C. de abolition. L. 4. C. de sepulchr. viol. c. 2. de conf. c. fin. de celebr. miss.* Quid de Processu in crimine *notorio*, aut dum delinquens deprehenditur in flagranti, sit statuendum, vide Criminalistas, & Reiffenstuel fusè desuper agentem *h. t. §. 6. 7. 8.*

TITU-

TITULUS II.

De Calumniatoribus.

Q. 1. *Quid sit calumnia & quotuplex?* Resp. Cum ad hunc Titulum interpretes agen triplici modo, quo Accusatores delinquunt, *calumniando, prævaricando, tergiversando*; 1. calumnia propriè dicta est *delictum*, quo *falsum crimen alteri scienter & dolosè imm sive contra alterum proponit*, & qui id facit, tur *calumniator*. *L. 1. §. 1. ad S. C. Turp* 2. Si quis crimen objectum probare non pot dicitur calumnia *præsumpta*, nisi elidatur præs ptio, quod fit, dum quis vel ex necessitate off denuntiat, vel saltem semiplenè probat, v accusator à testibus est deceptus, &c. imo personæ sunt omnino immunes à præsumpt calumniæ. *Vera* autem calumnia est, si c v. g. ex propria confessione, vel testium dep tionibus constet, quòd quis scienter & mal de falso crimine alterum detulerit.

Q. 2. *Quænam sint pœnæ in calumniantes tutæ? Resp.* Calumniator *verus* (idem q pœnas dicendum esse de *præsumpto* arg. c. 2. fit infamis infamiâ juris post condemnationem calumnia. *can. 1. caus. 2. q. 3. L. 1. & 4. ff. de his. qui not. infam.* tenetur ad refusio expensarum, omnisque damni, arg. *Constit. Carol. art. 12.* Clericus calumniosè accusans C ricum privandus est beneficio Ecclesiastico

relegatione in exilium. *c. 1. h. t.* Imò & pœna talionis in calumniatores ſtatuta eſt *can. 2. & 3. cauſ. 2. q. 3. L. fin. C. h. t.* in locum tamen hujus pœnæ arbitraria ſucceſſit in utroque foro, etiam poſt innovatam Conſtit. *Cùm primùm* à S. Pio anno 1566. quia vel non ubique fuit recepta, vel per non uſum abrogata.

Q. 3. Quid ſit prævaricari & tergiverſari? Reſp. 1. Ille dicitur *prævaricari*, qui poſtquam accuſavit vel denuntiavit aliquem de crimine, diſſimulat veras delicti probationes, aut falſas admittit, ut reus abſolvatur. Pœna prævaricationis eſt infamia juris, & alia extraordinaria, ſive arbitraria. *L. 1. & 2. ff. de Prævaricat.*

Reſp. 2. Tergiverſari dicitur, qui accuſationi cœptæ tergum vertit, ſeu deſiſtit. Olim in pœnam erat mulcta. 5. librar. auri & infamia juris. *L. 3. & 4. ff. de Prævar.* hodie ſublata eſſe dicitur, quia judex ex officio inſtituit novum proceſſum inquiſitionis.

TITULUS. III.

De Simonia, & ne aliquid pro ſpiritualibus exigatur, vel promittatur.

Q. 1. Quid ſit Simonia? Reſp. 1. Simonia à Simone Mago dicta, qui primus in Lege nova crimen hoc admiſiſſe legitur. *Actor. 8. v. 20.*

eſt

est *studiosa voluntas emendi aut vendendi aliquid spirituale vel spirituali annexum* Ita D. Thom. vel etiam cum Suarez *Tom. 1. de Relig. L. c. 1. n. 7.* definiri potest, quòd *sit Sacrilegium commissum emptione vel venditione, aut quovis alio contractu, quo spirituale pro temporali commutatur.* Quæ definitio ostendit, Simoniam opponi vitæ Religionis, esse speciem Sacrilegii, non dari pro vitatem materiæ.

Q. 2. Quotuplex sit Simonia? Resp. 1. Simonia *passim* dividitur in Simoniam *juris naturalis vel divini*, quæ committitur, quando pro re temporali datur vel promittitur res in se verè spiritualis, aut huic annexa, vel contra; hoc enim indecens esse lumen rationis dictat. Et in Simoniam *juris positivi Ecclesiastici*, quæ est, quando non quidem datur spirituale pro temporali, vel vicissim, sed dum res una spiritualis vel huic annexa commutatur authoritativè cum spirituali, v. g. beneficium cum beneficio; vel si temporale datur pro temporali, v. g. dum officia Ecclesiastica Oeconomi, Vice-Domini &c. pro pecunia comparantur contra Legem Ecclesiasticam ex motivo Religionis positam sub pœnis Simoniæ juris divini.

Resp. 2. Alia est Simonia mentalis, alia conventionalis (ad quam reduci solet confidentialis) alia realis. 1. Simonia *mentalis* non sumitur pro mero interno proposito committendi Simoniam absque ullo actu externo, hæc quippe nullius dicitur Simonia *interna*; sed Simonia mentalis

talis est, dum quis reipsa dat aliquid temporale pro spirituali vel viciſſim, ſine ullo quidem pacto expreſſo vel tacito externè manifeſtato, cum hac tamen interna intentione & propoſito, ut alterum obliget, moveat, & alliciat ad dandum ſpirituale pro temporali, vel contra. Et hæc Simonia eſſe poteſt tantùm ex parte unius. 2. Simonia *conventionalis* eſt, quæ fit conventione vel expreſsâ vel tacitâ, dandi temporale pro ſpirituali, vel viciſſim, utrimque manifeſtatâ, ut tamen intra terminos Simoniæ conventionalis permaneat, requiritur, vel ex nulla, vel ex una tantùm parte executionem acceſſiſſe. *c. 12. h. t.* Si ex nulla parte ſecuta ſit executio, dicitur Simonia *purè* conventionalis, ſi verò ex alterutra tantùm parte, *mixta* dicitur. 3. *Realis* eſt, quæ præter conventionem & pactum utrimque traditione conſummatur. 4. Simonia *confidentialis*, quæ locum tantùm obtinet in beneficiis Eccleſiaſticis, eſt & committitur, dum quis alteri beneficium procurat quocunque modo, v. g. eligendo, præſentando, conferendo, cum hac *confidentia*, id eſt, pacto vel expreſſo vel tacito, ut is, cui procuratur, vel reſignet beneficium procuranti aut tertio cuipiam poſt aliquod tempus, vel ut certam penſionem ex hoc beneficio præſtet. Vid. Bull. Pii V. apud Reiffenſt. *n. 42. h. t.* Simonia confidentialis iterum ſuas ſpecies habet, quatenus nim. confertur vel reſignatur beneficium cum pacto *acceſsûs*, vel *ingreſſus*, vel *regreſsûs*.

Q. 3. Quid requiratur ad constituendam Si-
niam, & quando pactum Simoniacum interve-
Resp. ad 1. Seqq. ad Simoniam debent concu-
re, *pactum, tanquam forma, pretium tempo-*
& merx, sive res spiritualis aut spirituali ann-
tanquam materia.

Resp. ad 2. Primo: Nomine pacti Simo-
venit omnis contractus reciprocus, seu utri-
obligatorius, quo alter ad rem spiritualem
dendam obligatur, sive dein sit pactum expli-
quo disertis verbis paciscentes dicant, prom-
do, vel dabo temporale pro spirituali; sive ta-
tum, si scil. faciant tale quid, in quo continea-
aut unde eliciatur & præsumatur consen-

Resp. ad 2. Secundò: Pactum Simoniac-
est, promittere vel dare aliquid temporale in
pensationem gratuitam pro spirituali, aut re-
si compensatio gratuita *determinatè* sit exhibi-
ut imponatur obligatio gratitudinis nova &
dificata, quâ quis jure naturali, ad satisfacien-
scil. præcisè obligationi antidotali, priùs no-
ligabatur. Innoc. XI. damnata propositio
Quarta sic inter alia habet: *dare tempora-*
spirituali non est Simonia, si temporale sit
gratuita compensatio pro spirituali, aut eccl-

Resp. ad 2. Tertiò: Pactum Simoniacum
vit dare aliquid temporale pro spirituali, vel
tra, si temporale detur *ùt motivum* conferen-
efficiendi spirituale; vel etiam si detur *ut fi-*
spiritualis, sive primarius, sive secundarius
cit. propos. inter alia habet: *Dare tempora-*
spi

spirituali Simonia non est, quando temporale non datur tanquam pretium, sed duntaxat tanquam motivum conferendi vel efficiendi spirituale. Et *prop. 46. Et id quoque locum habet, etiamsi temporale sit principale motivum dandi spirituale, imò etiamsi sit finis ipsius rei spiritualis, sic ut illud priùs æstimetur, quàm res spiritualis.* Ratio autem est, quia temporale dare ùt motivum conferendi spirituale involvit pactum vel inchoatum, vel virtuale & tacitum, quo alter ad spirituale obligatur: dare temporale ùt finem rei spiritualis est pacisci, & intendere temporale tanquam pretium, æquè vel pluris æstimandum, quàm spirituale.

Q. 4. In quibus casibus non interveniat pactum Simoniacum? Resp. 1. Si detur aliquid temporale *sub spe* tantùm, etiam exteriùs manifestatâ, consequendi quid spirituale, aut huic annexum, vel contrà, non committitur Simonia. Ratio, quia qui sperat tantùm, sibi spirituale dandum intuitu temporalis, si speret ex benevolentia dandum, nec obligat alterum, nec intendit obligare, ergo pactum Timoniacum deficit. Vide Schmalzgr. *h. t. n. 53. & seqq.* Reiffenst. *à n. 87. ad 105.* ubi &, scil. *n. 100.* ostendit, unde pro utroque foro desumi possit, an temporale sit principaliter datum pro spirituali &c.

Resp. 2. Si temporale promittatur *ùt incitamentum* ad opus bonum, v. g. si parentes donent liberis, ut frequentent templa: vel si temporale promittatur *sub conditione & modo*, ut opera pia

exerceantur, Simonia non committitur. Ratio quia nec contractus oneroſus his caſibus intervenit, nec ùt pretium nec ùt compenſatio pro ſpirituali datur temporale, ſed vel ùt remuneratio laboris, vel ùt ſtipendium.

Reſp. 3. Si Sacerdotes vel alii Eccleſiæ Miniſtri conveniant *de ſtipendio*, priusquam administrant ſpiritualia, ad quæ aliunde non tenebantur, Simoniacum non eſt. Ratio, quia quod debetur de jure naturæ, nec eſt conſuetudine aut lege determinatum, licitè in pactum deduci poteſt, ut determinetur. Procedit etiam Reſponſio de Clericis habentibus aliunde, unde vivant. *can. ſa cauſ. 1. q. 2.* &c.

Reſp. 4. Quando ad obtinendum quid ſpirituale pro *redimenda* vexa datur temporale, v. g. pecunia, etiam illud absque Simonia fieri poteſt, ſi jus ſpirituale, quod quis vult hoc modo ma eſt *certum*, jam *quæſitum*, & vexatio eſt injuſta, inſuper etiam non *quid ſpirituale* ſed tantùm *temporale* datur pro vexâ redimendâ. *c. 28.* Ratio, quia hoc caſu temporale non datur pro ſpirituali, ſed vel pro remotione injuſti impedimenti, vel temporale habet ſe ùt medium, quo alterius malitia, & illata ſibi injuria tollatur.

Reſp. 5. Si pactum ex una parte fictum ſit, per fictam ejusmodi promiſſionem rei temporalis reipſa obtineatur quid ſpirituale, Schmalzgr. *n.* 51. ait, non incurri in foro interno Simoniam rationem dat quòd ad hanc incurrendam requiratur

sur animus emendi spirituale pro temporali, qui hìc deficeret ; Contrarius est Pichl. *h. n. 40.*

Q. 5. Quid nomine pretii in hac materia veniat, & quotuplex sit ? Resp. 1. In emptione & venditione pretium quidem consistit in pecuniâ numeratâ, quia tamen hìc nomine emptiònis & venditionis intelligitur omnis contractus onerosus, ideo etiam nomine pretii venit quævis res temporalis pecuniâ vel aliâ utilitate æstimabilis, & vocari solet *munus*, non quòd sit donum liberale & gratuitum, sed potiùs debitum justitiæ commutativæ.

Resp. 2. Triplex communiter adstruitur pretium Simoniæ scil. *munus à manu, munus ab obsequio, munus à lingua.* Intelligitur *per munus à manu* res omnis temporalis. *c. 34. & 36. de Simon.* neque refert, an illa præstetur verè vel virtualiter, cum & is, qui pro consequendo spirituali remittit debitum, aut se promittit remissurum, sit Simoniacus. *c. 45. h. t. c. 10. de testib. Per munus ab obsequio* intelliguntur quæcunque servitia, v. g. Præceptoria, famulatus &c. sub expresso vel tacito pacto, & obligatione rei spiritualis conferendæ. *c. 12. h. t. Per munus à linguâ* veniunt laudes, preces, commendationes apud Principem v. g. in alia causâ interponendæ pro eo, qui beneficium vel quid aliud spirituale contulit ; vel si quis pecunias v. g. det, non Episcopo, à quo vult beneficium, sed tertio, ut hic suam interponat intercessionem, quâ beneficium conse-

quatur. *D. Th. 2. 2. q. 100. a 2. ad 7. arg. et 3. cauſ. 1. q. 5.*

Q. 6. *Quando munera & obſequia ei, qui ... ſpiritualem exhibet, præſtita conſtituant pretium ... moniacum?* Reſp. 1. Si talia munera & obſequia præſtentur merè gratuitè & purè, ſine conditione, ſine pacto, ſine animo, alterum ſibi obligandi, præſtatio talis erit libera à Simonia; ſecus verò, ſi fiat non purè, ſed ſub conditione aut pacto, aut animo, alterum ſibi obligandi, quod animus etiam præſumitur, ſi munera antecedant collationem rei ſpiritualis. Schmalzgr. *h. t. n. 176. & ſeqq. num.* ſequelas ex hac doctrina deducit. Item ſive ipſe is, qui petitor eſt rei ſpiritualis, ſive alius, ejus tamen nomine, quid ejusmodi muneris det aut promittat, ſemper eſt Simonia, prout ... ciditur *in c. 27. h. t.* quod vid.

Q. 7. *Quænam res conſtituant mercem ſeu materiam Simoniæ?* Reſp. 1. Nomine rei ſpiritualis hìc non intelliguntur res incorporeæ, ſed quæ ... aliquo modo ſupernaturales, & ad ſpiritualem animæ ſalutem ordinatæ; ſúntque aliæ vel ... *& intrinſecè* ſpirituales, ùt gratia ſanctificans, dona Spiritûs S. vel *cauſaliter*, ùt Sacramentorum poteſtas, jurisdictio Eccleſiaſtica; vel *ſecundo effectum*, uti operationes, quæ alicui ſpirituali ſupernaturali dono conveniunt, ùt adminiſtratio Sacramentorum, diſpenſatio, commutatio in votis: item aliæ ſunt res, valentes eſſe materia Simoniæ *ſpiritualibus annexæ*, vel *antecedenter* ùt jus Patronatûs ad beneficium; vel *concomitanter*,

tanter, ùt labor in ſpirituali officio; vel *conſequenter*, quemadmòdum reditus beneficiorum.

Reſp. 2. Jure naturali, divino, & humano *c.* 1. *§. 9. 10. & ſeqq. h.t.* Simonlacum foret pretium temporale dare vel accipere pro rebus intrinſecè, vel cauſativè, vel effectivè ſpiritualibus; pro Sacramentis, & labore intrinſeco in iis adminiſtrandis; pro collatione Ordinum, etiam primæ tonſuræ; pro literis dimiſſorialibus, aut examine Clericorum in concurſu pro Parochia ne quidem ſponte oblatum licet accipere: it. Simoniacum foret dare vel accipere pretium temporale pro officiis divinis, horis Canonicis, precibus, Proceſſionibus, verbi divini prædicatione, jurisdictione Eccleſiaſtica, ejúsque actibus tum fori in- tum externi. Ratio omnium horum eſt ipſa natura Simoniæ. Interim tamen titulo *ſuſtentationis & ſtipendii*, titulo *laboris extrinſeci*, titulo *gratitudinis* in ſenſu ad *Q. 3. Reſp.* 2. *ad ſecundum* explicato; titulo *conſuetudinis*, ſed *ſuo modo* juxta *c.* 42. *de Simon.* aliquid licet accipere.

Reſp. 3. Simoniacum etiam eſt pro Sacramentalibus permanentibus, ſive pro rebus conſecratis & benedictis, & antecedenter rei ſpirituali annexis, utì ſunt templa, altaria, patenæ, pretium dare aut accipere; ſi in concreto res hæ vendantur aut emantur. *can.* 7. *&* 12. *cauſ.* 1. *q.* 3. Ratio, quia hæ res in concreto involvunt conſecrationem & benedictionem. Poſſunt tamen probabiliùs absque Simonia in abſtracto emi aut vendi, ſi ſcil. pretium in ſolam materiam, aut ſi

quam habent, in formam artificiosam confirma-
tur. *can.* 10. 15. 16. caus. 12. *q.* 2. *c.* 7. *de Sp.*
Patr.

Q. 8. Quid in specie de Simonia circa bene-
Ecclesiastica sit statuendum? *Resp.* 1. Dare vel a-
cipere aliquid temporale pro præsentatione, electi-
one, confirmatione ad beneficium aliquod, si
propriè sive minùs propriè dictum, est Simonia
etiam secundùm multos Juris naturalis vel divini
quòd sit Simonia, habetur *c.* 34. *h. t. c.* 4. *X.*
ult. de pact. quòd sit Simonia juris naturalis
de probant, quia ita connectitur jus percipiendi
reditus temporales & jus officii spiritualis, ut
unum esse censeatur *c.* 25. *de Præb.* atqui vende-
re aut emere jus sacri officii est Simonia juris na-
ralis, ergo.

Resp. 2. Simonia juris positivi Ecclesiastici
resignare beneficium in favorem alterius in ma-
nibus Prælati Papâ inferioris. *c. fin. de pact.* C-
stit. *Quanta Ecclesiæ Pii V. c. un. decret. pœn.*
in 6. Engel *h. n.* 30. quærit, utrùm, si benefi-
sint inæqualium redituum, pacisci liceat, ut
qui minus beneficium recepit, fiat compensa-
pecuniaria; & resolvit, fieri id non posse
parte partium. & *n.* 32. ait, nec transactionem
lite beneficiali fieri posse ut v. g. adversarius ac-
ptâ pecunia desistat, probatur ex *c.* 2. *&* 7. *de Tra-*
2. Simonia juris positivi est resignare benefici-
cum onere, ut resignatarius expensas solvat
ctas in ejus adeptione. Ratio, quia datur hoc
su beneficium sub obligatione solvendi expen-
ades

adeóque non gratis, quod reprobatur à jure. 3. Conferre beneficium alteri, ut dimittat beneficium cum novo compatibile jam priùs habitum. Ratio, quia sic subiret cessionarius onus indebitum, & obligationem, quæ aliunde non existeret.

Resp. 3. Simoniacum non est, sed licitum, si vendantur, permutentur, aut locentur fructus beneficiales sive pendentes, sive à solo separati. Ratio, quia sunt quid merè temporale. 2. Nec Simoniacum est resignare beneficium cum pacto, ut resignatarius solvat debita ob utilitatem vel necessitatem Ecclesiæ contracta. Ratio, quia hoc absque eo de jure inest, 3. Licet consuetudo exigendi prandium, aut convivium in receptione Canonicorum, item Auffschwer-Gelder/ reprobetur in *c. 44. h. t.* & Trid. *Sess. 24. c. 14. de ref.* AA. tamen cum Pirh. *h. t. n. 91.* non audent eam damnare tanquam Simoniacam, eoquòd & ab Episcopis, & à S. Pontifice toleretur.

Q. 9. An & quomodo Simonia circa ingressum Religionis committi possit? Resp. 1. Si pro ipso ingressu in Religionem, id est, vel pro ingressu in Novitiatum vel pro Professione Religiosa temporale quid detur, exigatur, aut accipiatur, Simonia est juris divini & naturalis. *c. 8. 19. Extrav. 1. inter Comm. h. t.* Ratio, quia uterque ingressus ordinatur ad salutem æternam.

Resp. 2. Potest tamen monasterium, licèt dives accipere ab ingressis vel ingressuris quid sponte oblatum. *Extrav. cit.* vel si sit inops,

titulo sustentationis. *S. Th. 2. 2. q. 100. a. 3.* 4. & arg. ex Trid. *Sess. 25. c. 16. de Regular.* titulo dotis, etiamsi monasterium sit bene fundatum. Patet ex privileg. *Innoc VIII.* id expr. Monialibus concedentis; aut etiam in monast. is virorum titulo donationis propter nuptias legitimæ. Pichl. *h. n. 50.*

Q. 10. Quænam sint pœnæ in Simoniacos humano statutæ? *Resp.* 1. Nec Simonia mentalis in foro externo pœnam annexam habet, sed in solo animo consistit, sufficit per pœnitentiam fori interni peccatum hoc expiare. *c. ult. h.* Nec Simonia *conventionalis purè* talis certas inde pœnas annexas, quia Ss. Canones, dum pœnas statuunt in Simoniacos, dationis & acceptionis meminêre. *c. 8. 34. h. t. Extrav.* 1. & 2. *Comm. eod.* Imo multi sunt, qui dicunt, Simoniam *conventionalem mixtam* subjacere pœnis, exceptâ confidentiali, de qua pœnis. Ratio eorum est, quia versamur in materiâ odiosa, adeóque cum *dantes & accipientes* pœnis statutis tantùm subjiciantur, non debere ad alios extendi. Possunt tamen, imò debent Simoniaci, quorum peccatum in actum externum prodit, arbitrariè à Judice puniri.

Resp. 2, Simonia *realis* non quidem omnis, sed in tribus solùm casibus, scil. quæ committur circa ordinationem, circa provisionem beneficiorum, & circa ingressum in religionem, punitur determinatis à Jure pœnis: sic 1. ob Canones Simoniacè scienter & cum culpa collatos

dinans & Ordinatus incurrunt excommunicationem Papæ reservatam & suspensionem ab omnibus officiis & functionibus Ordinum. *c. 37. & 44. h.t. Extrav. 2. inter Comm. eod.* 2. Ob Simoniam realem in provisione beneficiorum præter excommunicationem Pontifici reservatam, quam omnes scienter concurrentes incurrunt, electio, præsentatio, & quævis alia collatio ipso jure nulla est, nec ullum proviso jus acquiritur, sed ante omnem sententiam fructus beneficiales restituere, & ipsum beneficium tenetur dimittere. *Extrav. 2. cit.* Inhabilitatur etiam (per sententiam) ad idem & alia omnia beneficia, privatur jam habitis, deponi debet à ministerio altaris, Pius V. in *Constit. Cùm primùm.* Nullitas provisionis etiam inducitur, non tamen pœnæ aliæ, licèt quis ignoranter sit Simoniacè promotus, pecuniâ v. g. à parentibus vel tertio inscio promoto Collatoribus datâ. 3. Ob Simoniam commissam circa ingressum in Religionem, quæ rarissima est, hodie solùm incurritur suspensio, quia *Extrav. cit.* quo ad excommunicationem [à Nav. Less. & aliis dicitur non esse recepta.

Resp. 3. Simonia *Confidentialis* præter excommunicationem reservatam, nullitatem resignationis & collationis, inhabilitatem ad idem beneficium, & ad alia omnia, seq. habet speciales pœnas in Bulla Pii IV. *Romanus.* & in Bull. Pii V. *Intolerabilis* expressas, scil. 1. est interdictum ab ingressu Ecclesiæ latum in Episcopos aliósque Prælatos superiores loco excommunicationis, si for-

tè hujus criminis rei sint. 2. Privatio non beneficiorum tantùm priùs obtentorum, sed etiam pensionum. 3. Applicatio fructuum malè perceptorum Cameræ Apostolicæ. 4. Reservatio ipsius beneficii ita nulliter acquisiti, quæ tamen reservatio apud Germanos propter Concordata non obtinet.

Q. 11. *Quis sit judex competens in Crimine Simoniæ?* *Resp.* Solus Ecclesiasticus privativè cognoscit & pronuntiat, licèt delinquens sit laicus *c. 2. de jud.* Deinde inter Ecclesiasticos solus Pontifex *per se loquendo* absolvit à Censuris in hac materia incursis, & in pœnis dispensat, etsi dispenset rarissimè. Præterea si delictum Simoniæ sit adhuc occultum, absolvere à Censuris potest Episcopus vi Trid. *Sess. 24. c. 6. de ref.* Mendicantes vi privilegii, si excipiatur Simonia in violatione & susceptione Ordinum commissa, ubi recepta est Bulla Sixti V. *Sanctum.* Item Episcopus dispensat cum eo, qui per tertii Simoniam se intrusit commissam ad beneficium promotus est. *cap. 1. de nult. de elect.* vid. etiam *can.* 1. *caus.* 1. *q.* 5.

TITULUS IV.

Ne Prælati vices suas vel Ecclesias sub annuo censu concedant.

Q. 1. *Quid in præsenti titulo Prælatis vi primæ rubricæ partis prohibeatur?* *Resp.* 1. In hoc titulo (qui cum seq. est quasi appendix ad pri-

rem,

rem, quia in utroque de quadam Simoniæ ſpecie agitur) prohibetur Prælatis, ne vices ſuas, id eſt exercitium jurisdictionis, poteſtatis aut adminiſtrationis Eccleſiaſticæ pro annua penſione elocent, ſive dein omnimodè relinquant ſuam jurisdictionem, ſive potiùs habitualiter retineant. *c. 1. 2. 3. h. t.* Trid. *Seſſ. 5. 6. 1. de ref.*

Reſp. 2. Non autem prohibetur Epiſcopis conſtituere Vicarios Generales, iisque committere jurisdictionem diœceſeos ſuæ, præſtando ſimul annuum ſalarium in pecuniis conſiſtens. Ratio, quia hoc ſalarium non conſtituitur per modum pretii ſed per modum ſtipendii. Sic etiam licet Epiſcopo remittere jurisdictionem ſibi competentem, eximendo ſcil. Eccleſiam vel Monaſterium à jurisdictione, ut præſtetur ſibi tamen ſingulis annis penſio. Ratio, quia penſio hæc datur tantùm in recognitionem præteritæ ſubjectionis, & in ſignum libertatis conceſſæ.

Q. 2. *Quid prohibeatur Prælatis vi poſterioris rubicæ partis? Reſp.* 1. Prælati non poſſunt ipſas Eccleſias, ut v. g. quis ibi pro libitu celebret, pro penſione annua dare. rubr. *hujus tit.* Poſſunt autem ipſos fructus Eccleſiarum, attamen juxta Extrav. *Ambitioſæ inter Comm. de reb. Eccl. alien.* ubi hæc in uſu eſt, tantùm ad triennium, elocare. &c.

Q. 3. *Quæ pœnæ ſint ſtatutæ contravenientibus prohibitioni prædictæ rubricæ? Reſp.* 1. Prælatis locantibus pro cenſu Eccleſias pœna in jure ſtatuta non legitur, licèt, ſecundum dicta, locatio

tio prohibeatur. 2. Prælati vices suas aliis con-
cedentes sic per sententiam puniri debent, ut dans
& accipiens ab Ecclesia excludantur. *c. 38. de Si-
mon.* dein, ut dans pecuniam pro exercitio jurisdi-
ctionis, aut officii, id perdat, conferens autem
potestatem conferendi amittat. *c. 1. h. t.* demum,
ut dans pecuniam removeatur à Clero; confe-
rens, etiamsi Episcopus, pro qualitate delicti re-
deponatur, vel suspendatur *c. 2. h. t.*

TITULUS V.

De Magistris & ne aliquid exigatur pro licentia docendi.

Q. 1. *Quid de Magistris, de quibus mentio h. t. dicendum? Resp.* 1. Licèt pars prior
hujus tituli non eam habeat cum præced. con-
nexionem, qualem posterior, *notandum* tamen
1. Quòd nomine *Magistrorum vel Doctorum* ve-
ant omnes insigniti in facultate quadam supre-
laureâ, usus interim in Germania duo illa vocabu-
la sic distinxit, ut qui in Theologia, Jure, Me-
dicina supremum gradum sunt consecuti, Doc-
res, qui in Philosophia, *Magistri* vocentur. Do-
ctores in dignitate sequuntur *Licentiati*, quibus
dignis repertis facta est *licentia* sive facultas, in-
tendi & capessendi supremam in aliqua scien-
lauream: Licentiatis inferiores sunt *Baccalau-*
ii scil. qui sui in scientia profectûs primum pro-
cum testimonium adepti sunt. *Notandum* 2. Q.

alii sint Doctores in Universitate quadam promoti; dicti *Academici*, alii *Bullati*, & quòd penes diversos pro diversitate Jurium Academicorum sit potestas, DD. creandi. *Notandum* 3. quòd vel examen, idque non umbratile, vel æquivalens positionum ex præcipuis Facultatis partibus selectarum defensio publica & sufficiens (præter fidei professionem juxta Trid & Constit. Pii IV. *injunctum*. sub pœna nullitatis edendam) debeat præcedere. *L. 7. C. de Prof. & Med. Libr.* 10. *Notandum 4.* quod varia competant Doctoribus privilegia, scil. *nobilitas.* arg. *c. 28. de præb. Recess. Imper. de anno 1577. tit. 11. & 12.* dein *exemptio* à conditione plebeja. *Clem. 2. h. t. specialis honor & reverentia. L. 2. & 3. C. de off. diverf. jud. præsumptio* insignis scientiæ, & virtutis, *c. 7. de elect. exemptio* à tortura. Vid Schmalzgr. *h. à n. 4. Notandum 5.* A. Conc. Later. *in c. 4. h. t.* relato *& Trid. Sess. 5. c. 1. de ref.* varia, quæ videri possunt, circa Præbendam Theologalem esse constituta; & passim conveniunt AA. ad hanc præbendam Theologicam admitti etiam posse Canonistam, probant id tum ex variis Congreg. Declarat. tum ex ipsa ratione.

Q. 2. *An illicitum sit vel Simoniacum pro datione licentiæ docendi seu tradendi scientas aliquid accipere?* *Resp.* 1. Illicitum est & graviter sub pœnâ restitutionis perceptorum & privationis officiorum ac beneficiorum prohibitum, dare vel exigere pecuniam aut simile quid pro concessione licentiæ docendi, vel sacram vel profa-

nam

nam ſcientiam. *c. 1. 2. & 3. h. t.* Ratio, quia ſe-
ditiem ſapit, viros idoneos, quos utilitas publi-
ca invitari muneribus ad docendum poſtulat, ex-
actionibus velle arcere. Nihilominus juxta ta-
xam à Majoribus & uſu approbatam pro incom-
moditate & labore, quem Profeſſores examinan-
do & approbando Candidatos ſubeunt, ſportulas
accipere, licitum omnino eſt.

Reſp. 2. Etiam loquendo de ipsâ licentiâ docen-
di concedendâ, licèt illicitum ſit, pro ea aliquid
accipere; *propriè* tamen Simoniacum non eſt. Ra-
tio, quia nec ipſa doctio eſt quid ſpirituale, prout
in materia Simoniæ ſumitur, neque ex ſe eſt ordi-
nata ad actus propriè ſpirituales, cum tendat ad
ſcientiam in intellectu Auditorum generan-
dam.

*Q. 3. An illicitum ſit vel Simoniacum pro ip-
ſa actuali doctione ſtipendium accipere? Reſp.*
Neg. quæcunque demum ſcientia tradatur,
etiamſi ſit Theologia ſpeculativa, ſcriptura, à
Jus Canonicum. Ratio, quia talis doctrina im-
mediatè & per ſe non dependet ex principiis ſu-
pernaturalibus, cum non ſupponat neceſſariò ei-
dem in docente: nec intendit per ſe movere
voluntatem ad actus ſupernaturales, ſed tantùm
illuſtrare intellectum ad cognitionem veritatum
Theologicarum, ergo. 2. Nec Simoniacum
eſt aut illicitum accipere ſtipendium pro dati-
ne conſilii non tantùm Medici, & reſponſi ju-
ridici, ſed etiam Theologici aut Canonici. Ra-
tio, quia talis inſtructio *ſupponitur* ordinari ta-
tùm

tùm ad intellectum veritatis moralis cognitione erudiendum.

TITULUS VI.

De Judæis, Sarracenis, & eorum servis.

Q. 1. *Quid & quotuplex sit infidelitas? Resp.* Infidelitas (de qua ideo post titulos de Simonia positos agitur, quia ipsa opponitur multò maximè Religioni, cum fundamentum cultûs divini evertat) Propriè dicta est peccatum ita oppositum internæ fidei ex suo objecto, ut cum eo incompossibilis sit voluntas credendi, & actus fidei vere divinæ. 2. Tres numerat species; *Paganismum*, *Judaismum*, & *Hæresin*. Ad *Paganismum* reducuntur etiam Sarraceni, ùt constat ex *c. 10. & 18. h. t.* strictè tamen differunt à Paganis, quia *Pagani* sunt, qui idola colunt, verum Deum negantes; *Sarraceni* autem, qui non baptizati unum tamen & verum adorant Deum, nec tamen novum Testamentum, nec vetus saltem totum recipientes, dogmatibus Mahometis in Alcorano contentis inhærent. Deinda *Judaismus* est infidelitas illorum, qui legem duntaxat Mosaicam absque fide in Christum sectantur. De Sarracenorum & Judæorum origine, appellatione &c. plurima referunt Historici. Demum de *Hæresi*, tertia specie infidelitatis, agetur *seq. Tit.*

Q. 2.

Q. 2. *Utrùm licitè Judæi à Principibus Christianis recipiantur, & recepti tolerentur?* Resp. 1. Judæi possunt quidem absolutè loquendo recipi licitè, ubi priùs non fuerunt, id tamen non expedit. Ratio, quòd recipi possint, est, quia perpetuum dant testimonium non solùm Scripturæ veteris Testamenti, sed etiam Religioni Christianæ veritati. Quod autem non expediat, inde est, quia eorum multiplicatio summè est damnosa & periculosa, immanésque ab eis blasphemiæ & injuriæ in Christum redundant.

Resp. 2. Ubi semel recepti, & de protectione sunt assecurati, expelli pro libitu non possunt, nisi legitimâ causâ, qualis causa eos expellendi foret, dum sibi non temperarent à blasphemiis, fraudibus, maledictione, seductione ad suam superstitionem. Ratio, quia fides semel justè data etiam gentili & judæo servanda est. Secundum eruitur ex *L. 11. 14. 16. 18. C. h. t.*

Q. 3. *Quid commodi præterea Judæi consequuntur ex sui receptione, quidve eis sit interdictum?* *Resp.* ad 1. Habere permittuntur ad ritus suos exercendos Synagogas veteres, easque possunt restaurare, non tamen novas ædificare, aut habitas ampliores efficere. *c. 3. & 7. h. t.* 2. Sua sua & Sabbatha celebrare permittuntur, nec eo tempore in jus vocari debent. *c. 9. h. t. & L. 4. & 13. C. eod.* ut tamen nihil agant in contemptum Religionis Catholicæ. *c. 14. & 15. h. t.* 3. non debent cœmeteria illorum violari, nec unde temerè offendi. *c. 9. h. t.* imò si ad [illegible]

conversi fuerint, bonis & possessionibus spoliari non debent. *c. 5. ff. si quis. h. t.* retinent itaque jus successionis erga parentes æquè ac reliquos.

Resp. ad 2. Non possunt Judæi officio publico fungi inter Christianos, neque jurisdictio in hos ipsis committi. *c. 16. h. t. L. fin. pr. C. eod.* sed etiamsi Judæi à Christianis conveniantur, ab Ordinariis judicibus Christianis lites dirimendæ. *L. 8. C. h. t.* 2, Non possunt institui hæredes à Christianis *L. 1. C. de judæis.* 3. Licèt non prohibeantur de Jure communi habere bona immobilia. *c. 18. de usur. c. 16. de decim.* in pluribus tamen locis id eis interdictum. 4. Distinctum, quo à Christianis secernantur, vestitum adhibere debent. 5. Non possunt usuras ultra 5. pro 100. accipere. *L. 8. C. h. t.*

Q. 4. Qualis communicatio cum Judæis, Paganis & Sarracenis prohibita sit Christianis? Resp. 1. Patet, quòd non liceat cum eis communicare *in divinis* v. g. Sacramentorum participatione, ritibus & cultu superstitioso; imò nec vesci azymis licet. *can. 13. caus. 28. q. 1.* nec eorum templa adire, quo tempore superstitiosa à Judæis vel Paganis sacra celebrantur, ob scandalum & perversionis periculum; hoc si absit, peccatum grave non erit, imo nullum, si finis bonus præfigatur. 2. Etiam non licet cum Judæis communicare in *multis politicis*, in quibus ex familiaritate nimia scandalum aut perversionis periculum metui potest: sic prohibentur Christiani cohabitare Judæis. *can. 13. caus. 28. q. 1.* contractus celebrate

cum ipsis possuut, non tamen matrimonium, qu
ob cultûs disparitatem nullum est. Item pro
bentur Christiani uti eodem cum Judæis balne
can. cit. Medicos Judæos aut medicinas ab ip
præparatas extra casum necessitatis adhibe
Constit. Gregor. XIII. *Aliàs piæ.* ann. 1581. ad
convivia, nuptias, choreas. *can. 14. caus. 28.*
eadem prohibitio procedit respectu pagano
& Sarracenorum. Ulteriùs prohibentur Chris
ni famulari judæis, probabiliùs etiam, licèt fiat e
illorum ædes, aut non frequenter, quia filias
beræ filiis ancillæ inservire non decet; per bo
tamen non prohibetur, quo minus possint Chr
stiani suas Judæis operas locare. Denique inter
alia prohibentur Christianæ mulieres nutrire &
lactare liberos judæorum. *c. 5. & 8. h. t.* Consti
Pauli III. *Cùm enim.* Constit. Gregor. XIII. *de
qua.* idque ob familiaritatem.

*Q. 5. Quid specialiter circa Saracenos, ad
infideles Christianis sit interdictum? Resp.* 1. V
pacis, multóque minus belli tempore licet C
stianis ad Sarracenos, aliósque infideles arma
ferre, aliáve ad bellum servientia. *Jure Civ.* C
hujus delicti plectuntur capite, & bonorum c
fiscatione. *L. fin. C. quæ res exportar. Jure Can.* e
sunt ipso facto excommunicati excommunica
ne S. Pontifici reservatâ *per Bullam Cœnæ in C
septimo*, séque non ad Paganos tantùm, sed
Hæreticos extendente: aliæ pœnæ legi po
*c. 6. 11. ¥. illi quoque, & c. 17. h. t. Extrav.
Joan. XXII. eod.* 2. Tempore belli qui alias,

quæ

quascunque merces, ad prædictos Sarracenos & alios Paganos deferunt, eandem incurrunt excommunicationem. Ratio, ne occasione mercium ipsis consilia Christianorum manifestentur. Imo ulteriùs adhuc proceditur *cit. Bullâ Cœn. caus. 7.*

Resp. 2. Loquendo *practicè* nunquam ferè licet Principi Catholico inire fœdus cum Sarracenis & infidelibus auxilii contra fideles ferendi causâ, etiamsi bellum contra fideles justum foret. Ratio, quia in praxi rarissimè abest periculum perversionis, scandali, propagandæ infidelitatis: *speculativè* tale fœdus defendi potest tum exemplo Patriarcharum veterum, tum quod quisque jus habeat ad necessariam sui defensionem.

Q. 6. An Judæi, aliive infideles inviti ad fidem Catholicam cogi possint? Resp. 1. Directe cogi non possunt. *can. 3. & 5. dist. 45. c. 9. h. t.* & ex praxi Ecclesiæ. Ratio, quia Ecclesia non habet jurisdictionem in infideles. *1. Cor. 5.* nec Principes suam ad spiritualia possunt extendere.

Resp. 2. Tanquam valde probabile defendunt Engel. *h. t. n. 9.* Pichl. *n. 12.* posse contra infideles licitè moveri bellum ob idololatriam, & alia peccata contra jus divinum & naturale, præs. si summi Pontificis consensus accedat. Ratio, qua licitum est habenti jurisdictionem vindicare injurias homini illatas, ergo multò magis illatas Deo.

Resp. 3. Eodem modo infidelium infantes probabiliter baptizantur licitè, invitis etiam parentibus, modò spes sit, eos religiosè educandos, aut

si Princeps, cujus imperio subsunt, id fec
Ratio, quia universale præceptum Christi
omnes esse baptizandos, quod prævalet &
guit jus omne & potestatem parentum in lib
neque parentes contra istud Christi præce
possunt juste esse inviti, ergo.

TITULUS VII.

De Hæreticis.

Q. 1. *Quid sit Hæresis, quis Hæreticus, &*
eorum Credentes &c.? *Resp.* 1. Hæresis,
scil formalis, est error intellectûs volun
pertinax contra fidem assertus ab eo, qui
stianum profitetur. Ille itaque, qui est
tus, & tamen errorem in intellectu, sive
um erroneum voluntarium, id est, vinci
culpabile habet contra veritatem aliquam
tam & sufficienter à vera Ecclesia propos
mul etiam cum pertinacia in voluntate
profitetur, Hæreticus dicitur. Confer
AA. inter quos Brunnem. in *L. 2. C. h. t.*
sic habet: Hæreticus est, qui vel in levi
fidei ab Ecclesia verè Catholica pervicaciter
sentit. Quæ pervicacia & voluntatis
consistit in deliberata & efficaci voluntate
dicendi veræ Ecclesiæ, illi nimir. quam
& notæ ostendunt, prudenter credi posse
bere esse veram.

Resp. 2. Hæretici alii sunt *formales* jam
scripsi

ſcripti, *materiales* alii, qui quidem adhærent errori fidei Catholicæ contrario, ſed absque pertinacia, v. g. ex ſimplicitate, ex defectu informationis debitæ &c. Alii *interni*, qui mente ſolâ errorem retinent. *Externi* alii, qui eum etiam exteriùs produnt. Cæteras diviſiones vide paſſim in Canoniſtis.

Reſp. 3. *Credentes* Hæreticorum dicuntur, qui quidem nihil in particulari & actu credunt contra fidem, verbis tamen vel factis profitentur, aſſentiri ſe illorum doctrinæ, vel etiam, qui doctrinam veræ fidei contrariam audiunt, animo vel abſoluto conſentiendi, vel conditionato, ſi motiva placuerint. *Receptatores* vel Receptores ſunt, qui Hæreticos quà tales hoſpitio accipiunt. *Defenſores*, qui eos quà tales protegunt. *Fautores*, qui quovis modo iis quà talibus favent.

Q. 2. An & qualiter prohibitum vel licitum ſit communicare cum Hæreticis? Reſp. 1. In rebus ſacris & divinis cum illis communicare jure divino & naturali vetitum eſt, ſi vel ſcandalum, vel ſuſpicio, vel periculum ſpirituale animæ inde ſequatur, ùt patet, 2. Olim etiam quævis communicatio in profanis erat prohibita, hodie tamen cum omnibus, etiam manifeſtis & notoriis, etiam generaliter in Bulla Cœnæ contentis, modò non ſint ſpecialiter & nominatìm excommunicati, ſecluſo ſcandalo & periculo perverſionis in actibus profanis communicare licet. Bulla Martini V. *Ad evitanda.* 3, An, quibus, & quando liceat diſputare cum ejusmodi hominibus, vide latè

apud Leur. *h.t. Q. 154.* Pichl. *h. à n. 23. 4.* exercitio Religionis videantur AA.

Q. 3. Quænam pœnæ in jure contra Hæresin statutæ. Resp. Pœnas spirituales & Canonicas Hæreticos formales & externos (item in eos Credentes, Receptatores, Defensores, Fa res) videre est in *c. 8. 9. 15. h.t. c. 2. eod.* in Bulla Cœna *cas.* 1. Pænas *temporales* & in *c. 9. 13. 15. fin. h.t. L. 4. 5. 8. & Auth. Ga ros. C. h. t.*

Q. 4. Quid præterea de jure circa hanc ma am decretum? Resp. 1. A variis emitti debet fessio fidei, de quâ dictum ad *Tit. 1. Libri Decretal. Q. 2.* & habetur in Trid. *sess. 24. c. 12. de ref. sess. 25. c. 2. de ref.* Constit. Gregor. XIV. *Onus Apostolicæ.* Pii IV. *injunctum nobis.* Pii *in Sacrosancta.*

Resp. 2. Absque licentia & in materia li legere scienter ex quocunque fine libros Hæ corum de Religione tractantes, vel hæresin tinentes, imò & eos retinere, imprimere, fendere, per se graviter prohibet Ecclesia, sub pæna Excommunicationis Pontifici reserv *c. 4. h. t.* CC. & Extrav. præcipuè Bulla Cœ Vid. Pichler *h. n. 7. & 8.* in quo posteriori rigorem Bullæ prædictæ in prohibenda lect & retentione librorum ejusmodi, saltem resp virorum piorum & doctorum, licèt Bulla recepta sit, videri esse mitigatum per consue nem, & ob moraliter impossibilem observan Contrarius est Reiffenstuel *eod. tit. §. 3. per to*

Resp.

Resp. 3. In indice librorum prohibitorum, quem Pius IV. juxta decretum Tridentini primitus confici curavit, & plures postea Pontifices continuârunt & auxerunt. 3. continentur classes de quibus quid ulteriùs dicendum, consule Engel *h. n. 9.* Reiffenst. *n. 111. & seq.* Pichl. *n. 9.*

Q. 5. Quis sit judex in causa hæresis? Resp. Judex Ecclesiasticus privativè, sive quæstio hæc principaliter, sive incidenter in judicium deducatur *c. 18. h. t. in 6.* Ratio, quia hoc crimen est merè Ecclesiasticum. Schmalzg, *h. t. à n. 175.* refert in specie illos judices Ecclesiasticos, qui hac in causâ cognoscere possunt.

Q. 6. Quinam possint ab hæresi absolvere? Resp. 1. Præter summum Pontificem, qui ab hæresi quacunque pœnitentes absolvit, Episcopi vel per se ipsos, vel per Vicarium ad hoc specialiter deputatum pro foro interno ab hæresi completâ & occultâ, eique annexâ excommunicatione possunt absolvere. Trid. *sess. 24. c. 6. de ref.* Idem dicendum de capitulo Sede vacante Leur. *in Vicar. Episc. Q. 467.* Idem de Prælatis quasi jurisdictionem Episcopalem habentibus. Ratio, quia hi æquiparantur Episcopis in iis, quo competunt Episcopis tanquam *Ordinariis*, atqui potestas absolvendi videtur concessa à Trid. Episcopis tanquam Ordinariis, ergo. Quid circa absolutionem ab hæresi potestatis competat Religiosis, indulta & privilegia ipsis concessa & non revocata, inspiciantur.

Resp. 2. Potestas ab hæresi & aliis delictis occul-

cultis à Tridentino concessa Episcopis, probabi-
ter non est revocata per Bullam Cœnæ, saltem
Germania. Ratio est 1. Quia specificè & ex
terminis tantùm generalibus decretum alicu-
Concilii generalis, ut illi censentur derogare
revocari debet, hoc non fit in Bulla Cœnæ reje-
ctu Concilii Tridentini, in quo Episcopus data fa-
cultas à criminibus occultis absolvendi, ergo
Correctio jurium, quoad fieri potest, vitanda e
potest autem vitari, dicendo, Bullam Cœnæ rev
cantem quasvisfacultates absolvendi ab hæresi
intelligi debere de hæresi publica & pro foro
terno. 3. Quòd addatur, *saltem in Germania* ra-
tio est, quia pro hac speciales militant rationes.

TITULUS VII.

De Shismaticis & Ordinatis ab eis

Q. 1. *Schisma quid & quotuplex sit?* Resp.
Schisma græcè, *scissura* latinè, est sepa-
tio seu disjunctio, quâ quis se separat à comm
nione & unitate Ecclesiæ Catholicæ, quatenus
illa est corpus mysticum, ex universis fidelibus
tanquam membris, & Rom. Pontifice tamquam
capite constans. 2. Differt ab hæresi, quòd q
dem omnis hæreticus sit schismaticus, licèt non
purè talis, quatenus scil. deserendo fidem est
quoad unum articulum, utpote quæ quoad re
ne una est, separat se à præcipua Ecclesiæ u
tate in fide consistente; non tamen contrà o
nis schismaticus est hæreticus; hinc

Resp.

Resp. 2. Datur aliud schisma *purum*, quod descripsimus; & est dum quis S. *Pontifici quà tali*, licèt cum agnoscat esse caput Ecclesiæ, omnésque alios fidei articulos credat, pertinaciter nihilominus detrectat obedire. *Non purum sive conjunctum cum hæresi* est, dum quis aliquem præterea negat fidei articulum.

Q. 2. Quænam sint pœnæ Schismaticorum? Resp. Si non purè tales sunt, omnes hæreticorum incurrunt pœnas, ùt patet. *Purè* autem & *propriè tales* incurrunt 1. Excommunicationem majorem, quæ respectu ipsorum hodie vi *Bull. Cœn. cas. 1.* est reservata S. Pontifici, non tamen respectu fautorum ipsorum. 2. Redduntur inhabiles ad obtinenda beneficia, & Dignitates Ecclesiasticas, antequam dispensetur cum ipsis, probabiliùs licèt jam egerint pœnitentiam, & reversi sint ad unitatem Ecclesiæ. *c. 5. de elect.* 3. Privantur ipso facto iurisdictione Ecclesiastica, ut nec excommunicare, nec absolvere, nec indulgentias concedere, aut beneficia possint conferre. *c. 1. h. t. 4.* Confiscationem bonorum incurrunt. *c. un. h. t. in 6. &c.*

Q. 3. Num Ordinationes à Schismaticis factæ, & alii actus valeant? Resp. 1. Ordinationes seu collationes Ordinum, aliorúmque plerorumque Sacramentorum *validè* ab ipsis conferuntur. Ratio, quia collatio Ordinum dependet à potestate Sacramentali Ordinis, quam non amittunt Schismatici, modo substantialia observent; taliter tamen Ordinati executionem Ordinis citra dispensationē non recipiunt. arg. *c. 1. & 2. h. t.* Ti-

TITULUS IX.

De Apostatis reiterantibus Baptisma.

Q. 1. *Apostasia quid & quotuplex?* Resp. 1. Apostasia est recessus vel defectio, quâ ceditur temerariè à vitæ prioris instituto, quod quis publicâ & solenni professione tuendum susceperat; adeóque ille *Apostata* est, qui ita a Deo aut vitæ instituto recedit. 2. Apostasia est triplex, scil. *Apostasia à fide* vel *perfidia*, *à Religione*, *ab Ordine*. Apostasia *à fide* & *proprie talis* est, dum quis à fide Christiana penitus recedit, eàmque totaliter deserit, transeundo v. g. ad Paganismum, Judaismum, Turcismum. Differt hæc *ab hæresi*, quòd licet vulgò quis dicatur Apostata, si transeat ad Lutheranos aut Calvinistas non tamen *ex toto*, sed parte duntaxat in uno vel pluribus à fide deflectit. *Apostasia à Religione* est, dum quis sine licentia sui superioris regularis vel alterius, qui eam dare potest, ab Ordine vero religioso post emissa vota substantialia etiam simplicia tantùm, recedit à Religione sine proposito redeundi, vel cum proposito nunquam redeundi, sive dimisso, sive retento habitu. *Fugitivus* dicitur, qui non obtentâ licentiâ recedit, sed cum animo redeundi. *Apostasia ab Ordine* est, dum quis constitutus in *Sacris* Ordinibus ad statum laicalem vel conjugalem, propriâ temeritate transit.

Q. 2.

Q. 2. Quæ sint Apostatarum pœnæ? Resp. 1. Apostatæ *à fide* pœnas omnes incurrunt, quas utroque Jure hæretici, cum omnes sint veri hæretici, licèt non omnes hæretici sint Apostatæ; nec ipsos juvat in Imperio toleratio certarum Religionum, *c. 13, de hæret. in 6.* Imò graviùs contra hos Apostatas proceditur ob gravius peccatum, dum & semper, quamdiu vivunt, & post mortem ad quinquennium accusari & in suis puniri possunt. *L. 2. & 4. C. h. t.*

Resp. 2. Apostatæ *à Religione* sic puniuntur, ut sint feriendi excommunicatione, quæ adeóque est ferendæ tantùm sententiæ, nisi dimiserint habitum. *c. 2. ne Cler. vel Monach.* aut nisi sint Apostatæ à Societ. Constit. *Greg. XIII. Ascendente.* 2. Suspensi sunt ab executione Ordinum in Apostasia susceptorum, quoad accesserit dispensatio Pontificia. *c. fin. h. t. 3.* Amittunt omnia privilegia Religionis suæ, saltem si sequatur sententia declaratoria & Apostatæ habitum dimiserint. Trid. *Sess. 9. 25. c. 19. de ref.*

Resp. 3. Pœnæ Apostatarum ab Ordine Sacro sunt, quòd amittant privilegium *Canonis. c. 1. h. t. c. 23. de sent. Excomm.* 2. Quòd incurrant excommunicationem, quæ est *ferendæ* sententiæ, assumpto tantùm statu laicali; *latæ* autem per *c. 3. h. t.* si matrimonium attentent contrahere. 3. Quòd durè sint incarcerandi juxta *c. 5. h. t.* 4. Quòd fiant infames, & irregularitatèm incurrant, attentato præsertim matrimonio ob bigamiam similitudinariam.

Q. 3.

Q. 3. Qui intelligantur per rebaptizantes [illegible] *reiterantes baptismum, & quæ pœnæ iterantium* [illegible] *ptisma? Resp.* 1. Intelliguntur ii per rebaptizantes, qui semel ritè & absolutè baptizatos scienter sæpius, quàm semel baptizant, & hinc Anabaptistæ dicuntur, De similibus agitur in *can.* [illegible] *& 112. dist. 4. de Consecr.*

Resp. 2. De *Jure Civ.* rebaptizans, & rebaptizatus scil. scienter afficiuntur ultimo supplicio *L. 1. & 2. Cod. ne sanct. bapt. iter.* neque gaudent immunitate, quâ tolerati in Germania. De *Jure Canonico* rebaptizans, rebaptizatus, omnesque in eo officio ministrantes irregularitatem incurrunt. *c. 2. h. t.* non tamen si iteretur aliud Sacramentum, v. g. Confirmationis, quia irregularitas non incurritur, nisi in jure expressa. Deinde si fuerit Clericus, punitur depositione; si fuerit laicus, excommunicatione ferendæ [illegible] *can. 118. dist. 4. de. Conser.*

TITULUS X.

De his, qui filios occiderunt,

Q. *1. Quinam comprehendantur hoc titulo? Resp.* Tametsi hoc titulo juxta ejus rubricam solùm agi videatur de iis, qui filios occiderunt, postquam in prioribus actum erat de criminibus religioni & cultui divino immediatè adversantibus, veniunt tamen parricidæ omnes tam propriè quàm impropriè dicti. *Parricida pro-*

dictus

dictus est, non tantùm, qui patrem vel matrem occidit, juxta *L. 1. ff. ad Leg. Pompej. de parricid.* sed etiam, qui vel avum aut aviam, aliósve ascendentes, aut contrà, qui filios, vel nepotes ex filio aut filia, aliósque descendentes in lineâ rectâ occidit. *Parricida impropriè* dictus est, qui occidit consanguineum collateralem usque ad quartum gradum. *L. cit.*

Q. 2. Quænam sit pœna parricidii? Resp. 1. De *Jure Civili* pœna parricidii impropriè dicti est Legis Cornel. de Sicar. id est, gladius *L. 9. ff. ad Leg. Pomp.* & Jus Palatin. *p. 5. tit. 20. in fin.* pœna parricidii propriè talis olim erat pœna culei. *L. pen. ff. ad Leg. Pomp. L. un. C. de his qui fil. occid. §. 6. Inst. de publ. jud.* juxta *Const. Crim. Caroli V. ar. 131.* eidem succesſit, ut si mater (idem est de patre) occidat suam prolem, viva in terram defodiatur, palo per ejus corpus transfixo, vel ut aquâ suffocetur ad vitandam desperationem. Verùm & hæc pœna usu sublata est, & aliæ succesſerunt, cum exasperatione tamen pro ratione circumstantiarum delicti. Jure Palat. maribus parricidium committentibus ad minimum rota, fœminis vel gladius vel suffocatio *l. cit.* dictatur pro circumstantiis cum vel sine exasperatione. De *Jure Canonico* pœnæ statutæ in *can. 15. caus. 33. q. 2. & c. 1. h. t.* solùm habebant locum in foro conscientiæ, ut satisfieret Deo, sed neque nunc in usu amplius sunt. Judex Eccleſiasticus modò parricidam Laicum jurisdictioni suæ subjectum statim remittit

tit judici sæculari, Clericum verò priùs depo
& degradatum idem tradit Curiæ sæculari. P
h. t. n. 5.

Resp. 2. Fœmina, quæ procurat abortum
tûs animati, verè est rea parricidii, & pun
de *Jure Civili* secundùm antecedenter dicta
re Pal. *p. 5. T. 21.* suffocatione, vel etiam
gâ gladii punitur. *Jure Ecclesiastico* juxta
Sixti V. *Ad effrænatam* (quam Gregor. X
in Const. *Sedes Apostolica* nonnisi quoad abs
tionem ab Excommunicatione. & quoad
curantes abortum fœtûs necdum animati
gavit) directè vel indirectè, per se vel
quocunque modo ad abortum cooperantes
currunt pœnas omnes quocunque jure
homicidas; quas refert Leur. *h. t. Q. 21*
Cui pœna subjaceant parentes, qui in eo
cum lecto proles collocant, easque sine dolo
lo, non tamen sine culpa opprimunt. vide
idem *Q. 216.*

TITULUS. XI.

De infantibus & languidis expositis.

Q. 1. *Quinam intelligantur per infantes & languidos expositos?* *Resp.* 1. Intelliguntur per *infantes* liberi recenter nati vel septem
nores, qui à parentibus, vel aliis, cum
tu, scientiâ, aut ratihabitione parentum

nuntur, & relinquuntur ad hoc, ut vel alimentis destituti pereant, vel ab aliis suscipiantur alendi & educandi. Ubi & id notandum, parentes *ordinariè*, nisi excuset egestas summa &c. peccare graviter, liberos exponendo, cum eos censeantur necare, ùt dicitur *L. 4. ff. de agn. & alend. lib. c. ult. dist. 87.* Pichl. *n. 3.* ait, fœminæ aliàs bonæ famæ licitum esse, loco tuto, & premente egestate exponere infantem absque peccato, & absque infamia.

Resp. 2. Nomine *languidorum* veniunt omnes, qui gravi ac diuturno morbo, præsertim perpetuo & incurabili detinentur, quoad labores, negotia, alimenta quærenda inhabiles sunt, in quacunque demum ætate fuerint constituti.

Q. 2. Quænam pœna sit liberos suos injustè exponentium? Resp. 1. De *Jure Civili*, si infans fuerit extinctus, eo quòd in loco periculoso, v. g. solitario esset expositus, est pœna Capitis. *Constit. Crimin. Carol. art. 132. in fine.* Consent, Jus Palat. *p. 5. Tit. 22.* ut talis exponens, morte infantis secutâ, vel capite plectatur, vel suffocetur aquis. Si verò mortuus non fuerit infans, pœna arbitraria obtineat. *l. cit.* Pater, si illicitè exponat proles suas, amittit potestatem patriam, nisi in qantum favorabile est infanti *c. un. h. t. L. 2. 3. 4. C. eod.* Idem de servis propriè dictis, si languidi sint, & exponantur, dicendum, quòd hi statim in libertatem & ingenuitatem asserantur *cit. c. un.* De *Jure Can.* obtinet,

in

in taliter exponentes pœna arbitraria. Leur. *h. n. 2.*

Q. 3. Quis teneatur alimentare & educare infantes expositos? Resp. 1. Si ignorentur eorum parentes, & in loco, ubi repertí fuerint tales infantes, existat hospitale vel brephotrophium pro ejusmodi piis officiis erectum, illud eos tenetur suscipere & alere. Leur. *h. t. n. 221.* his deficientibus Ecclesia, & hac non habente sufficientem reditus, Communitas loci. Pichl. *h. n. 3.*

Resp. 2. Qui tamen talem, talésve infantem suscipit & sustentat, nihil propterea in eos acquirit juris. *cit. c. un. L. 3. C. h. t. L. 24. C. de Episc. audient.* Potest nihilominus suscipiens & alendo expositos, si parentes resciantur, sintque facultatibus habentes, repetere ab iis expensarum rationem. Ratio quia nemo præsumitur, velle parentum onus vitum liberos alere, &c.

Q. 4. Utrùm infantes expositi habeantur pro legitimis? Resp. Aff. si non sciantur eorum parentes. arg. *c. un. h. t.* in quo cap. liberantur expositi à potestate patria, quæ non nisi in legitimos jus habet. Deinde, quia subinde exponuntur legitimi, quibus ne fiat præjudicium, legitimitas omnibus conceditur. 2. Ad officia civilia, Dignitates, & Canonicatus, in quibus certum acquiritur nobilitas, tales non admittuntur. Vide Pichl. *h. n. 7.*

Q. 5. An & qualiter Dominus famulo aegroto teneatur providere de necessariâ curâ? Resp. Ratione *famulatûs* tenetur talis dominus famulo aegro-

ægrotanti suppeditare alimenta, & tenues saltem expensas facere in Medicos & pharmaca. Schmalzgr. *h. n. 21.* Ad majores expensas tenetur Dominus ex *charitate*, si ipse dives, famulus pauper sit. Ratio, quia quilibet tenetur alteri in extrema vel gravi necessitate constituto de sibi superfluis subvenire.

Resp. 2. Tenetur insuper Dominus famulo ægrotanti mercedem dare integram pro illo anno, quem servire incepit. *L. 38. ff. locat. L. 1. §. 13. ff. de var. & extraord. cogn. L. 15. C. de Advoc. div. jud.* Ratio, quia in locatione operarum seu factorum merces etiam datur pro ipsa obligatione serviendi. Vid. Gail. *L. 1. Obs. 44. n. 12. & L. 4. §. 5. ff. de statu liber.*

TITULUS XII.

De homicidio voluntario vel casuali.

Q. 1. *Homicidium quid sit & quotuplex? Resp.* 1. Est violenta exanimatio hominis, seu separatio animæ à corpore, facta ab homine. 2. Juxta rubric. Tit. præcipuè dividitur in voluntarium & casuale. *Voluntarium* est, quod vel per se & directè, ac expressè intenditur, ùt dum alterum pugione petis, animo illum occidendi, vel quod citra intentionem quidem committitur, positâ tamen causâ, directè volitâ, ex quâ moraliter certò mors alterius secutura prævidetur, ùt si mulier prægnans conculcatur pedibus, ut inde

fœtus animatus moriatur. Voluntarium divi-
tur in *justum* & *injustum*, sive *illicitum*; hoc in
simplex & *qualificatum*; qualificatum est vel *assa-
sinum*, vel *proditorium*, vel *insidiosum*, vel *veneſ-
cum*; quò pertinent *parricidium*, *latrocinium*, *sa-
crilegium*. *Casuale* est, quod nec directè nec in-
directè intenditur, fieríque potest *sine culpa*, aut
cum culpa. Sine culpa fit, dum quis quid facit,
ex quo occisio sequitur, nullo modo vel prævisa
vel volita, ùt si quis feram in silva petat, & ho-
minem casu intervenientem tangat. *Cum culpa*,
si quid fiat, unde prævideri potuit alterum posse
occidi, & tamen, quo minus contingeret, debi-
ta diligentia non fuit adhibita,

Resp. 2. Aliter Civilistæ dividunt homicidium,
scil. in *Necessarium*, quod fit vel authoritate pu-
blica, vel etiam privatâ ad sui necessariam defen-
sionem cum moderamine inculpatæ tutelæ. *Do-
losum*, quod fit dolo malo, sive animo & inten-
tione occidendi. *Culposum*, quod committitur
absque tali intentione & dolo, culpam tamen in-
volvit. *Casuale* propriè dictum, quod cit-
omnem vel directam aut indirectam intentionem
& citra omnem culpam merè fortuitò & casu ac-
cidit.

*Q. 2. Quinam constituantur rei homicidii in-
justi? Resp.* 1. Occisor alterius, licèt id fiat in æ-
iracundiæ. *L. 16. §. 2. ff. de pœn. Constit. Car.
art. 137.* vel sit semi-ebrius, quia & talis retinet
usum rationis. Vel etiamsi plenè sit ebrius, ma-
dò eâ se intentione inebriâsset, quò redderetur au-
dacior;

dacior; quia tali homicidium esset voluntarium in causâ. Item reus est homicidii, ut culpam, & pœnam (hanc tamen mitiorem) incurrat, qui filiam in adulterio deprehensam vel adulterum in flagranti occidit. Patet ex damnata ab Alex. VII. propositione *19. non peccat maritus occidens propriâ authoritate uxorem in adulterio deprehensam.* Ratio, quia nulli privato dominium competit in vitam & necem alterius. Unde & sequitur, reum homicidii injusti effici, qui vel servum proprie dictum, vel judæum & infidelem vel se ipsum directè occidit. Num & quando licitum vel illicitum sit occidere Bannitum. habet Leur. ad *h. t. à Q. 245.*

Resp. 2. Damnatæ sunt præterea seqq. propositiones in hac materia. 1. ab Alex. VII. damnata est propositio 18. *Licet interficere falsum accusatorem, falsos testes, ac etiam Judicem, à quo iniqua certè imminet sententia, si aliâ viâ non potest innocens damnum evitare.* 2, ab Innoc. XI. propositio 31. *Regulariter occidere possum furem propter conservationem unius aurei.* Propositio 32. *Non solùm licitum est defensione occisiva defendere: quæ actu possidemus, sed etiam, ad quæ jus inchoatum habemus, & quæ nos possessuros speramus.* Propositio 30. *Fas est, viro honorato occidere invasorem, qui nititur calumniam inferre, si aliter hæc ignominia vitari nequit.* Ab Alexandro VII. propositio 17. *Est licitum Religioso vel Clerico calumniatorem gravia crimina de se, vel de Religione sua spargere minantem occidere, quando alius mo-*

dus defendendi se non suppetit, aut suppetere videtur.

Q. 3. Quando occisio excusetur à culpa & pœnâ? Resp. 1. Scelerati & Reip. noxii licitè à Magistratu habente merum Imperium ad mortem condemnantur, & per Ministros justitiæ occidi tur, modò juris ordo servetur delictique gravitas id postulet. *Exod. 22. Rom. 13. v. 4. can. 2. caus. 23. q. 4.*

Resp. 2. Licitè etiam occiduntur à Ducibus & militibus in bello justo, sive sit offensivum, sive defensivum tantùm; nocentes tamen solùm & arma sumentes *directè*. Ratio, quia si bellum licet, licita paritur esse debent media, per quæ geritur bellum, ergo. Imo hostes devicti, capti & arma deponentes regulariter non amplius occiduntur licitè. Reiffenstuel *h. n. 74.*

Resp. 3, Licitè insuper occiditur aggressor injustus sive formaliter sive materialiter talis respectu vitæ & membrorum propriorum; & aliorum scil. parentum, fratrum, & quorumcunque. Ratio, quia omni jure licitum est vim vi repellere tam respectu sui, quàm proximi, quem ut ipsum oportet diligere: modò tamen semper servetur moderamen inculpatæ tutelæ. *c. 18. h.* quod requirit *causam justam*, hoc est, ut aggressio actualis injusta præcedat: *modum*, ut aliter non evitari non possit, sitque defensio aggressioni justæ proportionata: *tempus*, ut fiat in continenti. An realis aggressor famæ & honoris possit licitè occidi,

occidi, habet Leuren. *h. n. 242.* an & quomodo invasor bonorum temporalium. *n. 243.*

Resp. 4. Licita quoque, sive non peccaminosa est occisio alterius merè & propriè casualis. Per se patet, & sumitur ex *c. 9. 13. seq. c. 22. 23. fin. & Clem. si furiosus. h. t.* 2. Fit tamen illicita, si accedat aliqua culpa, eáque si sit Theologica in foro etiam conscientiæ, si Juridica, in foro saltem externo. arg. *c. 7. & 8. h. t.* & ratio est, quia sic censetur aliquo modo voluntaria occisio. 3. Si-quis operam dederit rei cuipiam illicitæ, quæ tamen prohibita non est tanquam periculosa, aut facilè inductiva homicidii, occisio secuta præter intentionem adhibitáque sufficienti diligentiâ caret omni culpâ & pœnâ, quia *merè casualis* reputatur; si autem actio sit prohibita, quia periculosa & facilè inductiva homicidii, pro foro saltem externo censetur homicidium præsumptivè voluntarium in causa, nisi casus necessitatis excuset.

Q. 4. Quænam pœnæ in homicidas statutæ sint? *Resp.* 1. Pœna homicidii dolosi à quocunque perpetrati, de *Jure Civili* est ultimum supplicium, subinde gladius, si simplex est, subinde rota pro qualitate circumstantiarum delicti. *Constit. Crim. Carol. V. art. 137.* Consentit Jus Palatin. *p. 1. tit.* 16. von Straff des Todschlags & 17. von Straff des Mords. Culposi pœna est extraordinaria, prout culpa vel lata, vel levis est. 2. Tenetur quoque injustus occisor (idem de mutilatore dicendum) ad compensationem damnorum illis præstandam, qui ex tali homicidio per se & di-

rectè læsi sunt. Ratio, quia id exigit justitia commutativa, ut resarciatur damnum omne cum peccato mortali injustè datum; & quidem ante omnem judicis sententiam, si dolosum fuerit homicidium, aut ex culpâ latâ cum peccato grav conjunctâ commissum. Vid. Engel *h. à. n. 36.*

Resp. 2. Pœna homicidii injusti à laico perpetrati *de Jure Canonico* est excommunicatio ferendæ sententiæ. *can. 20. caus. 24. q. 3.* à Clerico commissi depositio ab omnibus beneficiis & Ordinibus; & ubi depositus se non correxerit, excommunicatio, dein anathematizatio, demum degradatio & traditio Curiæ sæculari. Reiffenst. *h. t. àn. 21.* Demum & Clerico & Laico homicidæ statuta est irregularitas, ita ut, licet homicidium sit occultum, Ordines laicus suscipere, Clericus in susceptis nequeat ministrare absque dispensatione S. Pontificis. *c. 21. de Accusat.* ibid. Gloss. *ibid.* ℣, *si homicidium. Clem. un. h. t.* Trid. *Sess. 14. c. & 7. & Sess. 24. c. 6. de reform.*

Q. 5. Quinam in specie irregularitatem ex delicto contrahant, & qui non? *Resp.* 1. Irregularitatem hanc, *ex delicto* dictam, ipso facto incurrit, qui committit homicidium *culposum* cum culpâ latâ & mortaliter peccaminosâ. *c. 7. & 8. h.* Ratio, quia irregularitas propter delictum infecta rationem pœnæ, ejúsque gravis habet, ergo & delictum debuit grave fuisse. 2. Multò magis is, qui committit homicidium *dolosum* ipso effectu occidendo, sive directè, sive indirectè, sive physicè & moraliter simul, sive tantùm moraliter

cau-

mandando scil. consulendo, consentiendo concurrat, item sive positivè aut negative, scil. non impediendo, dum ex justitia tenebatur. *c. 4. & seq. Dist. 50. Clem. un. h. t. &c.* 3. Etiam is debet se pro irregulari gerere, & pro irregulari haberi, qui dubitat, utrùm homicidium, quod factum esse constat, contigerit suâ culpâ, &c. *c. 12. & 18. h. t.* 4. Imò is etiam efficitur irregularis, qui mutilat, id est, truncat aut amputat membrum propriè dictum sui aut alieni corporis *c. 4. & seqq. Dist. 55. c. 5, Ne Cler. vel Mon. c. fin. h. t. in 6.*

Resp. 2. Non incurrit irregularitatem, neque ex delicto, neque ex defectu lenitatis Christianæ, qui tanquam furiosus, amens, infans, dormiens, aut merè casualiter, aut se defendendo contra aggressorem injustum vitæ membrorum, bonorum, alterum occidit. *Clem. un. h. t. & c. 13. eod.* Regula generalis hæc est, quam tradit Palao *de Cens. d. 6. p. 15. n. 9. quicunque privatâ authoritate licitè occidit, irregularis non est.* 2. Nec irregularis est, qui purè ratihabet homicidium antecedenter commissum. *Suar. Covarr.* nec mandans aut consulens, si mandans revocet, aus consulens novis rationibus enervet priores suasivas homicidii. Ratio, quia sic cessat mandans aut consulens esse causa moralis homicidii.

Q. 6. Quinam ex defectu lenitatis Christianæ contrahant irregularitatem? Resp. 1. Qui authoritate publica concurrunt propinquè ad occisionem aut mutilationem, licèt justè, sanctè & licitè

agant, irregulares fiunt. *can. 1. dist. 51. can. 21. & 29. cauſ. 23. q. 8. c. 5. & 9. Ne Cler. c. 21. h. t. & c. 2. eod. in 6.* tales ſunt *Judex*, *Aſſeſſores*, *Conſiliarii*, *Accuſator*, ad vindictam publicam, *Advocatus* ſtans contra reum, *Notarius*, *Miniſtri juſtitiæ*: à multis *teſtes* excuſantur. Immunes etiam ſunt ab irregularitate *S. Pontifex*; *Inquiſitores* hæreticæ pravitatis, licèt aliquem jubeant occidi; *Epiſcopi jus gladii* habentes, ſi vel conſtituant judices in cauſa ſanguinis, vel mandent juſtitiam adminiſtrari, etiam circa particularem perſonam: *Judex Eccleſiaſticus* tradens Curiæ ſeculari; *Confeſſarius* renuens abſolvere judicem, detrectantem ferre ſententiam mortis; *Profeſſor* explicans LL. *Civiliter* de crimine conveniens; *opifices* gladium aut furcam conficientes; *ſpectatores* etiam Clerici, aut ſi *infidelis*, utpote non ſubjectus Legibus Eccleſiæ, quoquo modo concurrat.

Reſp. 2. Irregularitatem etiam incurrit, ex defectu ſcil. manſuetudinis Chriſtianæ, qui in bello juſto offenſivè per ſe ipſum, vel proprio filio mutilat. *c. 1. dist. 51. c. 24. h. t. c. 3. de Cler. pugnant.* Imo etiam is, qui prudenter dubitat, num propria manu quempiam occiderit. *c. 24. cit.* In bello vero injuſto omnes cooperantes & pugnantes, licèt unicus tantùm fuerit occiſus aut mutilatus.

Q. 7. Quis diſpenſare poſſit in irregularitate? *Reſp.* 1. Regulariter ſolus S. Pontifex diſpenſat, quia hic eſt ſupra jus Eccleſiaſticum, quo irregu-

lari-

laritas introducta est. 2. Episcopus tamen etiam in irregularitate hac potest dispensare, si delictum sit occultum, & necdum ad forum contentiosum deductum, v. g. mutilatio ; aut si sit, homicidium hoc non fuerit plenè & perfectè voluntarium, quale foret casuale cum culpâ gravi. Trid. *Sess. 24. c. 6. de ref.* 3. Prælatis Regularibus vi specialis privilegii competit potestas, cum suis subditis dispensandi in eâ etiam irregularitate, quæ est ex homicidio plane voluntario, injusto, occulto, & justo ex defectu lenitatis. Schmalzg. *h. n. 266.*

TITULUS XIII.

De Torneamentis.

Q. 1. *Torneamenta quid sint & quotuplicia? Resp.* Torneamenta germanicè **Thurnier** sunt nundinæ, seu feriæ & hastiludia, aut solennes pugnæ equestres, quibus milites, vel, ùt olim in Germania, Nobiles equestris Ordinis ex condicto convenire, & ad ostentationem virium ac animositatis suæ congredi solebant. *c. 1. h. t.* & AA. comm. Fiebant vel temerè hastis, habentibus acutas sibi cuspides præfixas, aliisque armis ad infligenda vulnera expeditis, vel adhibitâ cautelâ, v. g. hastis cuspide carentibus. Torneamentis affines sunt *Agitationes Taurorum.*

Q. 2. *An & sub quibus pœnis torneamenta sint prohibita? Resp.* Torneamenta *primi generis* licèt

fortè jure veteri Civili permissa fuisse videri po
sint. arg. *L. 7. §. 4. ff. ad L. Aquil. L. 2. ff. de aqu*
Jure tamen novo Codicis *L. unic. C. de gladiat*
Libr. 11. & præcipuè Jure Can. *c. 1. & 2. h. t.* pro
hibita sunt sub pœnis aliàs in homicidas statutis
respectu eorum, qui occidunt, & sub pœna pri
vationis sepulturæ Ecclesiasticæ in eum *Latum*
qui ibi occubuit. *Posterioris generis* torneamen
ta pariter olim prohibuerat Clemens V. Const.
Passiones. idque ob immodicos sumptus; Cons
tutionem tamen illam, & censuras in eâ conte
tas ad instantiam Regis Galliæ & Principum Ge
maniæ Joannes XXII. in *Extrav. un. h. t.* revoca
vit; unde hodiedum torneamenta, *Ludi eque*
stres, modò fiant cum moderatione, *licent Lo*
cis? Clericis enim adhuc hodie interdicta sunt,
quia referunt speciem exercitationis bellicæ. De
cret. *Conc. Herbipol.* tempore Honorii *IV.* an. 4.
& Conc. Salisburg. pœnam Excommun. in Cle
ricos secundi tantùm generis torneamenta exer
centes statuunt. Quod de torneamentis, idem
de *agitationibus Taurorum* dicendum, has enim
pariter *si fiant temerè* & cum periculo vitæ, S. Pius
V. sub pœna excommunicationis contra Dom
nos permittentes tales agitationes, & sub pœna
privationis sepulturæ Ecclesiasticæ contra ibidem
decedentes, prohibuit.

T.

TITULUS XIV.

De Clericis pugnantibus in Duello.

Q. 1. *Quid & quotuplex sit Duellum? Resp.* 1. Græcè *Monomachia*, latinè *duellum* sic dictum, quasi bellum duorum, est singularis pugna duorum inter se ex condicto suscepta. Explicatiùs & in ordine ad incurrendas pœnas ex Gobat duellum describit Pichl. *h. t. n. 1.* quòd sit certamen singulare ex privatis causis, & ex condicto ab utraque parte deliberatè susceptum, designato tempore & loco ad occisionem, mutilationem, aut gravia vulnera infligenda,

Resp. 2. Aliud est *Solenne*, quod fit servata certâ formâ & solennitatibus, adhibitis scil. patrinis seu secundantibus, missis literis provocatoriis, in loco securitatis privilegio munito. *Privatum* est, quod fit quidem ex condicto, & loco ac tempore statuto, citra tamen solennitates alias quoad loci securitatem aut adhibitionem patrinorum.

Q. 2. *An & quale duellum sit illicitum? Resp.* 1. in genere Duellum sive solenne, sive privatum regulariter loquendo illicitum & prohibitum est jure naturali & divino, jure humano Civili *L. un. C. de gladiat. Libr.* 11. & jure Canonico *c. 1. & 2. h. t.* &c. Trid. *Sess. 15. c. 19. de ref.* Constit, Julii II. Leonis X, Pii IV. Gregorii XIII. Clem. VIII. Alexandri VII.

Resp. 2.

Resp. 2. in specie. 1. Illicitum est duellum respectu acceptantis æquè ac offerentis, quod initur ad manifestationem veritatis, probationem innocentiæ, purgationem criminis. 2. Magis illicitum est, quod suscipitur vel ad ostentandam animositatem, aut peritiam duellandi, vel ad oblectandos spectatores, vel ad vindicandam injuriam privatam, aut determinandam litem Civilem. Ratio, quia quoad omnia hæc duellum non est aptum medium, exponitur periculo vel vita propria, vel justitia causæ, sine que viæ aliæ ad finem obtinendum. 3. Imò & illicitum est duellum, eâ conditione initum, ut si alteruter sit vulneratus, aut post certum congressuum vel ictuum numerum cesserit; quia & hoc periculosum est quoad vitam; item quod & ctè suscipitur, aut absque animo se vulnerandi, sed tantùm Legibus duelli satisfaciendi; quibus dalum præbetur, & prohibitum est duellum etiam non fatale, à Clemente VIII.

Resp. 3. Illicitum est omni jure acceptare, multò magis offerre duellum, ob punctum honoris, seu dum quis videt, se casu quo illud respuit, non modicam incurrere infamiam. Damnata ab Alex. VII. *24. Sept. 1665.* propositio cunda sic habet; *Vir equestris ad duellum provocatus potest illud acceptare, ne timiditatis notam apud alios incurrat.* Ratio, quia acceptatio duelli nec defendendi honoris necessarium medium est, nec idoneum. Interim tamen cautum ex P. Seybold in *Dicæomach. suæ p. 2. Sect.*

§. 1

§. 1. n. 14. refert Pichl. *h. t. n. 8.* quo liceat ad honoris sui defensionem acceptare vel etiam offerre duellum, si scil. recusans periclitaretur de amittendo officio, statu, dignitate, ex qua sustentatio statui competens dependeat. Ratio, quia hoc casu non ageretur præcisè de puncto honoris, sed talis injurians foret perpetuus aggressor in rebus fortunæ magni momenti aliter, ut supponitur, non recuperabilibus; propter quam causam natura & Leges permittunt defensionem etiam occisivam.

Q. 3. Quibus casibus licitum sit, & honestetur duellum? Resp. 1. Si duo rei ad mortem à Principe sint condemnati, eisque indicatur duellum, ut ei, qui superstes manserit, vita condonetur, illicitè quidem agit Princeps, cùm talis oblatio duelli speciem quandam crudelitatis habeat, ipsi tamen rei facultatem sibi à Principe factam licitè exequuntur. Ratio, quia à Jure naturali alienum non est, reum unum alterius constitui ministrum. 2. Si assumatur ob bonum Reip. v. g. ad finiendum bellum, bellique calamitates, & decidendam Principum controversiam, multorum aliàs sanguine vix terminandam. Exempla plura S. Literæ & Historia profana suppeditat. 3. Si suscipiatur ad defendendam vitam vel bona, ut siquis intentet certam mortem, direptionem bonorum, incendium, nisi cum ipso duello congrediaris, ex supposito, aliam rationem hæc defendendi non apparere. Ratio, quia hoc casu acceptatio vel oblatio duelli est potiùs præla-

tio

tio minoris mali, quam invitatio ad malum; acceptatio periculi dubii ad evitandum damnum certum. Nec paritas est cum acceptante duellum præcisè ad punctum proprii honoris tuendum. 4. Ob defensionem honoris divini, Religionis, boni communis, dum quis à blasphemia, profanatione rerum sacrarum, persecutione fidei desistere non vult, nisi duellum cum ipso ineat; licitè item duellum acceptatur. Ratio, quia bonum commune honoris divini, Religionis, Reip. multò pluris æstimandum, quàm privatæ vitæ propriæ &c.

Q. 4. Quænam pœnæ illicitè duellantibus statutæ? Resp. 1. Duellum propriè dictum de jure Civili, si provocans occiderit provocatum, punitur pœnâ Legis Corneliæ scil. gladii; si provocatus provocantem occiderit, mitiùs punitur pœnâ nimirum extraordinariâ, quia ignoscitur ei, qui provocatus se ulcisci voluit, ut dicit *L. 14. §. 6. ff. de Bon. libert. L. 4. C. ad Leg. de adult.*

Resp. 2. De Jure Can. Conc. Trid. Sess. *c. 19. de ref.* sequentes pœnas statuit verbis: *Imperator, Reges, Duces, Principes, Marchiones, Comites, & quocunque alio nomine Domini temporales, qui locum ad monomachiam in terris suis inter Christianos concesserint, eo ipso sint excommunicati, ac jurisdictione ac dominio civitatis, castri, loci, in quo vel apud quem duellum fieri permiserint, quod ab Ecclesia obtinent, privati intelligantur, si feudalia sint, directis Dominis statim acquirantur.*

tur: qui verò pugnam commiserint, & qui eorum patrini vocantur, excommunicationis, ac omnium bonorum suorum proscriptionis, ac perpetuæ infamiæ pœnam incurrant, & ut homicidæ juxta Ss. Canones puniri debeant. Et si in ipso conflictu decesserint, perpetuò careant Ecclesiastica sepulturâ. Illi etiam, qui consilium in causa duelli, tam in jure, quam facto dederint, aut aliâ quacunque ratione ad id quemquam suaserint, nec non spectatores, excommunicationis & perpetuæ maledictionis vinculo teneantur; non obstante quocunque privilegio, seu pravâ consuetudine etiam immemoriali. Hæc Trid. Postmodum Gregor. XIII. in Bullâ; *Ad tollendum.* extendit easdem pœnas ad duella privata, dum Trid. non erat locutum nisi de publicis. Clemens VIII. ita extendit in Bulla: *Illius vices.* ut absolutionem Sedi Apostolicæ reservaverit. Demum ulteriorem Constit. Trid. explicationem videre licet apud Pichl. *h. t. n. 10.* Reiffenst. *h. t. n. 41.*

Resp. 3. Clericus tam provocans ad duellum, quàm acceptans oblatum præter pœnas communes illi cum Laicis duellantibus juxta Bull. Pii IV. quæ incipit: *Ea, quæ à Prædecessoribus.* incurrit privationem beneficiorum & inhabilitatem ad illa; & licèt olim juxta *c. 1. h. t.* solùm per senten. tiam fuerit deponendus, hodie tamen tam privationem & inhabilitatem, quàm excommunicationem & infamiam ipso facto incurrit. Engel *h. n. 4.*

TITULUS XV.

De Sagittariis.

QUn. *Quinam hìc veniant nomine Sagitta-rum, & quid jura circa illos ſtatuant?* Ad 1. *Sagittariorum nomine* veniunt, qui ex arcubus unâ vice plures ſagittas, & nomine *ſtariorum*, qui ex balliſtis ſeu catapultis ſtu verant dextrè jacere in hoſtem, cum ſtrage tium, vel etiam cum dejectione murorum, hodie ſucceſſerunt, qui ex Tormentis & mor riis bellicis globos, glandes, pilas in hoſtium arces ſciunt ejaculari.

Reſp. ad 2. Olim uti arte ex arcubus Sagitta aut ex catapultis lapides ejaculandi, & hodie arte tormentariâ pro hoſtibus Chriſtiani nomine, v.g. pro Turcis contra Chriſtianos, vel etiam tem hanc docere tantùm infideles, prohibentur *c. un. h. t.* & quidem ſub pœna latæ & reſerv excommunicationis. arg. *c. 6. de Judæis* & *Cæn.* Ratio de tormentis eſt, quia horum Sagittis & balliſtis ſucceſſit. Non autem hibitum eſt in bello juſto ejusmodi armis Chriſtianos contra infideles, aut Chriſtianos Catholicos contra ſe invicem. *can. 2. cauſ. 23.* modò artes illicitæ, quales forent incantat & ſuperſtitiones, aut venena non adhibeantur certiùs hoſti nocendum.

Ti

TITULUS XVI.

De adulterio & ſtupro.

Q. 1. *De quibus agatur in præſenti titulo? Reſp.* Poſt homicidium, quo corpus & vita proximi læditur, tranſit Compilator ad ea delicta, per quæ proximi vel thorus vel pudicitia violatur; & licèt rubrica duas tantum habeat partes, de adulteriis unam, alteram de ſtupro, ſolent tamen AA. hìc etiam tractare de aliis delictis carnis, fornicatione, concubinatu, inceſtu &c. Reiffenſtuel *ſ. 3.* Schmalzgr. *ſ. 1. 4. & 5. h. t. &c.*

Q. 2. Quid & quotuplex ſit adulterium? Reſp. 1. Proprié ſumptum eſt carnalis ad alienam vi conjugii non ſuam acceſſio, cúmque eâ conjunctio, quâ fides & thorus conjugalis violatur: vel breviùs juxta *can. 2. cauſ. 36. q. 1.* eſt voluntaria violatio alieni thori. Continet duplicem malitiam, luxuriæ ſcil. & injuſtitiæ, quæ conſentiente etiam alterâ parte non tollitur, cum adhuc inferatur injuria DEO authori naturæ, qui vinculo indiſſolubili conjugem utrumque aſtrinxit. Innoc. XI. damnavit hanc propoſitionem: *copula cum conjugata, conſentiente marito, non eſt adulterium, adeóque ſufficit dicere in confeſſione, ſe eſſe fornicatum.*

Reſp. 2. Dupliciter dividitur adulterium; ſi una coëuntium perſonarum ſit ſoluta, dicitur *ſimplex*; ſi utraque ſit ligata, *bilaterale* vel *duplex* vocatur. Committitur adhuc adulterium, licet

præcesserit divortium quoad thorum inter conjuges; quia vinculum matrimoniale durat. Et licèt sponsa, quacum peccatur, sit tantùm de præsenti, necdum cognita à viro suo; quia sponsalia de præsenti verum constituunt matrimonium; non autem committitur adulterium propriè tale à soluto cum sponsa alterius de futuro. Ratio, quia adulterium est violatio alieni thori, quod in casu posito non fieret.

Q. 3. Quinam accusare vel accusari possunt de adulterio? Resp. ad 1. Licet aliqua dicta sint ad *tit. 18. Libr. IV. Decretal. Q. 3.* notanda sunt tamen seqq. 1. Super adulterio agere civiliter in ordine scil. ad lucrandam dotem. vel donationem propter nuptias, permittitur soli marito & uxori; marito verò & liberis legitimis ad petenda alimenta pro prole spuria ab adultero & adultera, & ut excludatur hæc à successione paterna, & suo modo etiam à materna. Ratio, quia hi soli in suo interresse læsi sunt. In ordine ad divortium solus agit conjux innocens; quia in hoc solius favorem concessum est à jure divortium. Vide Pichl. *h. t. n. 5. & n. 6.* ubi resolvit, hominam quæ concepit & peperit ex adulterio, non teneri ordinariè marito vel spuriæ proli delictum suum aperire, ut viro caveatur damnum ex aliunda prole adulterina, reliquis liberis legitimis à successione hæreditaria oriturum. Rationem, quia si revelaret *marito*, subiret periculum mortis vel exprobrationis perpetuæ; si *proli adulterinæ*, hæc non teneretur credere, etiamsi jure

mater,

mater, aut in articulo mortis constituta assereret. 2. Ad accusandum criminaliter adulterium ante omnes admittitur maritus. *L. 2. §. 8. ff. ad L. Jul. de adult.* & vice versâ uxor de jure Canonico. *can. fin. caus. 32. q. 5.* quam Juris Can. dispositionem secutus est Carolus V. *Constit. Crim. art. 120.* Post maritum nolentem accusare admittitur pater adulteræ, post hunc consanguinei, his negligentibus quilibet de populo, modò mas sit & 25. annis major. *L. 43. §. 10. ff. de ritu nuptiar.*

Resp. ad 2. Omnes adulterii rei aut reæ, minores, senes, Clerici; Nobiles, & in dignitate constituti de hoc crimine accusari possunt, modò adulterium formale commiserint, Leur. *h. t.* Q. 281.

Q. 4. *Quis sit judex competens in causa adulterii, & quomodo huic adulterium probari debeat?* *Resp.* ad 1. Si criminaliter ad pœnam sanguinis agitur, solus Judex Laicus; ùt patet. 2. Si agitur criminaliter, sed ad alias pœnas, locus est præventioni, quia tum adulterium est delictum mixti fori *c. 8. de for. compet. L. 30. C. ad L. Jul. de adult.* 3. Si agitur civiliter vel mixtè ad divortium, solus Judex Ecclesiasticus est competens. *c. 5. de Procurat. c. 3. & 4. de divort.* ubi & notandum, vel per viam accusationis ùt supra, vel per viam inquisitionis judicem respectu delicti hujus procedere posse.

Resp. ad 2. Sufficit & requiritur ad hoc, ut judex condemnare possit reum adulterii, si ha-

beat eas probationes, quæ faciant contra reu[illegible] præsumptionem violentam & vehementissimè ur-gentem, aut ortam ex talibus indiciis, ut certi-tudo moralis patrati delicti inducatur. *L. fin. C. de probat. c. 12. de præsumpt.* Ratio, quia alia adulterium nunquam ferè posset pœnâ ordinari puniri. Porro quænam in specie sint tales præ-sumptiones, vide apud Leur *h. t. Q. 285.*

Q. 5. Quænam pœnæ sint statutæ adulterio? Ref. 1. Pœna *Criminalis* de Jure *divino* pro V. T. est lapidatio tam adulteri, quàm adulteræ. *Levit. 20. ℣. 10.* Joan. *c. 8. ℣. 5.* Jure *humano Civili*, licèt olim obtinuerit tantùm pœna deportationis; po-stea autem pœna gladii. *L. 30. C. ad L. Jul. de adult.* & *Constit.* Crim. Caroli V. *art. 120.* hæc tamen ferè nullibi in usu est, sed attendi debet lo-ci cujusque consuetudo. Imò licèt Jure Pal. p. 5. *tit. 30.* in adulterio etiam simplici tam adulteri, quàm adulteræ pœna gladii aut suffocationis ec-tetur, id tamen per consuetudinem pariter ele-rogatum. 3. Jure *Ecclesiastico* pœna criminis adulterantis *Laici* erat Excommunicatio ferendæ sententiæ. *c. 6. h. t.* mulieris adulterantis, si ea vir recipere nollet, detrusio in monasterium. *c. 19. de conv. conjug.* hodiè relinquuntur omnes laici Curiæ seculari. Clerici autem adulterantes dēque adulterio vel confessi vel convicti de jure Can. pœna est, ut deponatur ab officio, ab or-dine Clericali, à beneficio; privetur communione fidelium & Sacramentorum, collocetur in mo-nasterio ad agendam totâ vitâ pœnitentiam. *can.*

& seq. dist. 81. Sed & hæc detrusio exolevit, eique succcessit incarceratio, aut similis pœna, *subinde* etiam pecuniaria. Deinde Clerico suspecto, aut infamato de hoc crimine, indicenda est purgatio Canonica. *c. 5. h. t.* Demum siquis Clericum cum matre, filia, vel sorore deprehensum percutiat, excommunicationem non incurrit. *c. 3. de sent. excomm.*

Resp. 2. Pœna *Civilis* constituta contra adulteros est, quòd innocens possit agere ad divortium, quoad thorum scil. *c. 2. 4. 5. de divortiis.* & secundùm dicta, ad alimentationem prolis adulteræ, & 2. Quòd adultera amittat dotem, quam maritus innocens latâ sententiâ lucratur. *c. 4. de donat. inter vir. & ux. L. 8. §. 4. & seq. C. de repud.* 3. Quòd vir adulter perdat donationem propter nuptias, eámque uxor innocens lucretur. *L. 8. cit.* 4. Causas excusantes à pœnis adulterii tam Civilibus quàm Criminalibus recenset Leur. partim *Q. 288. h. t.* partim *Q. 289. eod.*

Q. 6. Quid sit stuprum & quotuplex? Resp. 1. Stuprum *propriè* sumptum est Virginis nondum corruptæ, vel viduæ honestè viventis illicita defloratio, nullâ præcedente pactione conjugali. *§. 4. Inst. de publ. Jud. Propriissimè* sumptum est defloratio Virginis illicita, dum non præcessit pactio conjugalis. *can. 2. caus. 36. q. 1. ℣. stuprum.* 2. Duplex est, violentum, vel voluntarium. *Violentum*, quo virgo vel vidua honesta per vim opprimitur; *secundum quid violentum*, id est, per insidias, fraudem, metum extortum conti-

net præter peccatum luxuriæ, etiam peccatum in-
justitiæ, adeóque utrumque distinguitur à *fornicatione simplici.* Stuprum *voluntarium* seu non *violentum est*, quod infertur virgini aut viduæ in
sui violationem consentienti.

Q. 7, *Quæ pœnæ statutæ stupro? Resp.* 1. De *Jure Civili attentatum* punitur extraordinariè et arbitrariè. *L. 1. §. 2. ff. de extraord. crim.* 2. Consummatum, *sed non violentum* olim puniebatur publicatione dimidiæ partis bonorum in honestioribus, in personis autem conditionis vilioris fustigatione cum relegatione. *§. 4. Inst. de publ. Jud.* hodie ex usu recessit hæc pœna, observarique dicunt Jus Can. de quo statim. 3. Consummati *violenti* pœna statuitur ultimum supplicium, scil. gladius *L. fin. ff. de re milit.* L. 29. *§. fin. ff. ad L. Jul. de adult.* Jus Palat. *p. 5. tit.* 4. De Jure *Canonico* Clericus olim puniebatur depositione ob officio. *can. 44. caus. 2. q. 7.* Simque tenebatur dotare puellam. *arg. c. 1. h. t.* hodie præter dotationem punitur arbitrariè. Laicus stuprator violenter oppressam vel ducere debet vel decenter dotare, *c. 1. h. t.* in quo dum dicitur, quòd, qui seduxit virginem, eámque oppressit, debeat eam *dotare & uxorem habere*, Ly. intelligitur disjunctivè juxta *c. 2. h. t.* juxta dictamen *Libr. IV. Decretal. tit. 1. q. 2.* casus datur ubi deflorans determinatè defloratam ducere tenetur. Econtra & dantur casus, ubi ad neutrum tenetur stuprator, v. g. si fœmina liberè in violationem sui consensit: si liberè remisit dationem

dotis: si puella, etiam vi aut fraude violata, commodum postea matrimonium iniit. Vide Leur. *h. t. Q. 294.*

Q. *8. Quid de aliis speciebus Luxuriæ consummatæ dicendum? Resp. Fornicatio* simplex sive *strictè* sumatur, scil. pro concubitu soluti cum soluta, sive *strictissimè* pro concubitu soluti cum soluta jam defiorata, omni jure, divino & naturali, & humano positivo vetita est. Patet ex damnata ab Innoc. XI. Anno 1679. propositione hac: *tam clarum videtur, fornicationem secundùm se nullam involvere malitiam, & solùm esse malam, quia interdicta, ut contrarium omnino rationi dissonum videatur.* Variè pro consuetudinibus locorum particularibus & statutis puniri solet. De *concubinatu* dictum ad *Libr. 3. Decretal. Tit. 2.*

Resp. 2. *Incestus*, qui est concubitus inter personas consanguineas vel affines in eo gradu, in quo vi juris divini aut humani prohibentur inter se contrahere matrimonium, punitur gladio juxta *art. 19. §. 21. Ord. Crim.* Josephi 1. quam *hìc n. 21.* allegat Pichler, quem etiam vide *num. seqq.* de Sacrilegio, Lenocinio, Sodomia, bestialitate, mollitie, & *à n. 25.* de delictis luxuriæ non consummatæ differentem. Quid circa incestum statuat Jus Palat. vide *p. 5. tit. 32.*

TITULUS XVII.

De Raptoribus, Incendiariis, & Violatoribus Ecclesiarum.

Q. 1. *Raptus personarum quid sit, & quæ pœnæ raptoribus sint constitutæ?* *Resp.* 1. De raptu in ordine ad matrimonium dirimendum, actum est ad *Libr. IV. Decretal. Tit. 1. §. 3. Q. 7.* in ordine ad pœnas alias definitur raptus, quod sit delictum publicum, quo virgo aut alia mulier, sive soluta, sive ligata, honesta tamen & ingenua violentè abducitur de loco in locum moraliter diversum libidinis exercendæ, aut etiam matrimonii cum eâ contrahendi causa. *Pirh. h. t. n. 1.* Wiestn. *n. 1.* arg. *L. un. C. de rapt. Virg.*

Resp. 2. Pœna raptui mulieris inhonestè viventis *de Jure Civili* est tantùm arbitraria, quia raptus propriè non est; de *Jure* tamen *Canon.* v. Trid. statutas pœnas talis rapiens incurrit. Dein Pœnas in raptores virginum, & aliarum fœminarum honestarum de Jure Civ. statutas videre est in *L. un. C. de rapt. Virg.* per quam parentibus & propinquis licebat raptorem in raptu deprehensum, eíque auxiliantes impunè occidere, post fugam deprehensus & legitimè convictus raptor & Socii jubebantur ultimo supplicio affici, quam pœnam confirmavit *Constit. Crim. a. 1.* bona mobilia eorundum raptæ addicebantur, matrimonium inter raptorem & raptam non poterat

terat consistere. Demum de jure Canonico *antiquo* licet potuerit inter raptorem & raptam matrimonium consistere per *c. fin. h. t.* raptor tamen efficiebatur servus mulieris, si eam invitam rapuisset, patris autem, si consentientem quidem, sed patre reluctante abduxisset. *c. 3. caus. 36. q. 1.* raptor & ejus fautores excommunicabantur, si Laici essent. *can. 1. caus. 36. q. 2.* si Clerici, deponebantur à gradu & ordine Clericali. *can. 4. caus. & q. cit.* Quid jure novo Trid. statuatur, vide *Sess. 24. c. 9. de ref. matr. & dicta supervs ad Libr. 4. l. cit.*

Q. 2. Raptus rerum seu rapina quid sit, & quæ pœnæ raptoribus constitutæ? Resp. 1. Rapina proprie sumpta est injusta rei alienæ mobilis aut se moventis per vim facta ablatio. Hodie ex *Constit. Carol. a 126.* est delictum publicum. Distinguitur ab *invasione*, quia res *immobiles* propriè invaduntur, non rapiuntur: à *furto*, quod committitur absque vi; à *concussione*, in quâ quidem *vis compulsiva* per metum, non *ablativa* intervenit, cum concussio sit delictum, quo alicui terror absque vi parata incutitur, pecuniæ v. g. extorquendæ causâ: à *prædatione* seu *viarum grassatione* (*robbaria* etiam dicta) quòd prædatio addat violentæ ablationi insidiosam aggressionem, cui aggressioni si accederet occisio, *latrocinium* diceretur: à *raptu* & *plagio*, quia raptus committitur, dum quis personam honestam per vim abducit &c. *plagium*, dum quis aliâ de causa furatur hominem liberum vel servum, eúmque ven-

dit, aut persuadet, ut filius à parentibus, serva à Domino aufugiat.

Resp. 2. Præterquam quòd raptor contrahat duplicem obligationem, unam, quæ ad reparationem damni tendit, ejusque gratiâ proditæ sunt remedia persecutoria rei; alteram ad pœnam, quò spectant remedia pœna persecutoria, inter actio vi bonor. raptor. &c. hodie, cum ea non recesserit *actio vi bonor. rapt. & furti.* raptores propriè dicti de *Jure Civili* puniuntur criminaliter ex *Constit. Carol.* quæ juxta *art. 126.* est ultimi supplicii, gladii scil. vel pro consuetudine loci. De *Jure Canon.* raptor est ab Episcopo loci, ubi contigit rapina, excommunicandus, & donec renuat satisfacere, mortuus caret sepultura Ecclesiasticâ. *c. 1. 2. 3. h. t. c. 2. de furt.* Pyratæ infestantes mare ad ditionem Rom. Eccles. pertinens & qui bona Catholicorum in mari naufragantium diripiunt, excommunicationem incurrunt latæ sententiæ, Bulla Cœn. *casu 3. & 4.* Grassatores viarum & latrones publici excludantur asylo Constit. Gregor. XIV. *Cùm alias.* & Const. Benedicti XIII. *Ex quo*, edit. 6. *Id. Junij* 1725.

Q. 3. Incendiarii qui dicantur, & quæ eorum pœna? Resp. 1. Propriè dicti incendiarii sunt, qui dolo & deditâ operâ sive scientes prudentes appositò igne urbes, domos, prædia, ædificia aliáve bona aliena, per se vel per alios accensa, aut ad hoc mandatum, auxilium, consilium præstant.

Resp. 2. *Jure Canonico* incendiarii tales [illegible] com-

communicandi sunt & privandi sepulturâ Ecclesiasticâ, nisi ante mortem pœnituerint, & factâ pro modo facultatum damni reparatione absoluti fuerint *c. 5. h. t.* obligatio satisfaciendi etiam transit ad hæredes pro viribus hæreditariis *c. 5. cit.* per quod cap. Jus Civile statuens ex delicto defuncti non teneri hæredem, correctum est. De jure autem *Civili* ex cit. *Constit. Carol. art. 125.* & hodie in incendiarios *propriè* dictos pœna ignis statuta, Pœna incendii non quidem *dolo* sed *culpâ* facti pro modo culpæ est arbitraria; quod negativè probatur, quia non reperitur in jure certa pœna. Locum tamen habet Actio Civilis ad reparanda damna. *t. t. Inst. ff. C. ad L. Aquil. &c. ff. de injur.* ad quorum reparationem tum modò quis ante sententiam judicis obligatur, si culpa Theologicè gravis subsit. Demum & illud ex Pichl. *n. 8. h. t.* notandum, quòd si in cujusquam ædibus ortum sit incendium, non præsumi quidem *dolo* inhabitantium id factum, quia dolus non præsumitur, aliquam tamen culpam inhabitantium *in genere* præsumi, saltem levem vel leviſſimam. *L. 3. §. 2. ff. de off. Præs. Vig.* nullus autem *in particulari* absque indiciis. Ulteriùs pergit, casu quo de nullo in particulari præsumptio culpæ emergat, nec Patremfam. nec alium compelli posse ad reparandum damnum, sed quoad hoc inter casus fortuitos incendium esse reputandum ex *L. 23. in fin. ff. 3. R. I.* Ratio, quia grave adeo onus absque præsumptione moralem certitudinem faciente non imponendum. Quòd si

vero

verò constet de alicujus culpa, tunc si ipse Pa terfam. sit, esse ipsum conveniendum ab iis, qui damnum passi sunt, si verò *servus*, isque emn officium deliquerit, aut pro diligente semper ha habitus, Patremfam. non posse conveniri.

Q. 4. Quinam sint violatores Ecclesiarum, & quæ illis pœnæ statutæ? Resp. 1. Violatores Eccle siarum *hìc* dicuntur, qui Ecclesias, aliáque loca Sacra & Religiosa violenter effringunt & spoliant. Fures *Sacrilegi* vocantur illi, qui citra effractio nem & violentiam vel rem sacram de loco sa cro, vel rem sacram de loco non sacro (vel rem non sacram de loco sacro juxta Jus Can. *can. 21. §. Sacrilegium. caus. 17. q. 4.*) auferunt.

Resp. 2. *Hodierno Jure* juxta *Ord. Carol. art. 172. & seq.* qui Hierothecam (die Monstrantz) cum hostiâ consecratâ abstulerit, etiamsi sine effractio ne factum, jubetur comburi vivus: qui aliud ma sacrum argenteum, cum vel sine reliquiis, cha cem, patenam, alio mortis genere plectendus. De *Jure Canonico* autem excommunicatione ipso facto, & privatione sepulturæ, nisi satisfiat, *c. 2. de sent. excomm. c. fin. de furt. c. 16. de for. comp.*

TITULUS XVIII.

De furtis.

Q. 1. *Quid & quotuplex sit furtum? Resp.* 1. Fur tum juxta Thom. D. *2. 2. q. 68. art. 3.* occulta acceptio rei alienæ, domino rationabili invito: vel aliquanto fusiùs, est contrectatio

ſa ſive acceptio rei alienæ, vel usûs ipſius, aut etiam poſſeſſionis, lucri faciendi gratiâ. §. 1. *Inſt. de obleg. quæ ex delict. L. 1. princ. ff. h. t.* Ex quâ utraque definitione ſequitur, rem, circa quam furtum verſatur, debere eſſe corporalem, alienam, actu *ad incurrendas pœnas* auferri, fieri contrectationem animo fraudulento & lucri faciendi gratiâ, & dominum debere eſſe rationabiliter invitum. Ulteriorem explicationem vide apud Leur. *h. t. Q. 322.* Ratione *rei ablatæ* furtum varia ſortitur nomina: ſi homo auferatur, *plagium*; ſi pecora e paſcuis &c. *abigeatus*; ſi pecunia publica, *peculatus*; item ſi pecunia publica ab eo, cujus fidei erat commiſſa, dicitur *crimen de reſiduis &c.*

Reſp. 2. Præterquam quòd juxta dicta furtum dividatur in furtum *rei*, *usûs*, *poſſeſſionis*, aliud eſt furtum *manifeſtum*, aliud *non-manifeſtum*: ab *objecti quantitate* aliud *magnum*, aliud *parvum*: ratione *qualitatis* objecti, aliud *rerum ſacrarum*, vel *ſacrilegium*; aliud *publicum* ſcil. *peculatus*, *reſiduum* aliud; aliud *privatum*, de quo hìc. Item ratione *adjunctorum* aliud eſt *diurnum*, aliud *nocturnum*; aliud *loci*, ſcil. in navi, caupona, ſtabulo perpetratum, aliud *infortunii*, tempore incendii, naufragii, ruinæ commiſſum: ratione *circumſtantiarum* aliud eſt *ſimplex*, in quo circumſtantiæ aggravantes non concurrunt, aliud *qualificatum* vel *periculoſum*; aliud *primum*, aliud *reiteratum*.

Q. 2. Quando & per quem actum cenſeatur quis furtum committere? *Reſp.* 1. Non tantùm is, qui rem alienam vel per ſe vel per alium aufert in-

invito Domino, ut sibi acquirat, furtum commit-
tit, sed etiam is, qui citra voluntatem Domi-
(quæ vox hic latè sumitur) illam tantùm tan-
trectat aut eâ utitur, §. 3. *Inst. de obl. qua ex del.*
hinc dominus Creditori auferens rem oppigno-
ratam. §. 14. *Institit. cit.* Creditor, si contra volun-
tatem domini, pignore; commodatarius, si com-
modato aliter, atque conventum, utatur, fur
reus est. *L. 40. & 54. princ. ff. h. t.* liberi, si fra-
dulenter quid de rebus patris; uxor, de rebus
mariti aliquid sublegat, licèt in tales actio furti
non competat, furtum committunt: uti & is, qui
rem furtivam scienter à fure emit. arg. *L. 2. &*
5. C. h. t. & de Jure Can. qui beneficium Ecclesia-
sticum absque legitima institutione occupat. *c. 54.*
de elect. & c. 18. de restit. spol.

Resp. 2. Furti reus non est, qui videnti & ac-
centi, itáque in ablationem consentienti rem au-
fert. arg. *can. 5. dist. 83.* nec is, qui præcisè fu-
rem non indicat, nisi ex officio publico id facere
tenebatur. *L. 48. §. 1. ff. h. t.* nec ille creditur,
qui debitori aufert tantum, quantum hic ipsi de-
bet, modò hæc ablatio debitis conditionibus in-
instructa, de quibus Schmalzgr, *h. n. 39.* an
inventor rei alienæ, dum rei inventæ domi-
ignoratur, debitóque modo in rei inventæ do-
num est inquisitum. Ratio, quia talis res cen-
tur non amplius habere dominum, sed derelict
& naturalem libertatem esse consecuta, Nec
furti reus est, qui in necessitate *extrema*, vel
extrema aliquid surripit. arg. *can. 26. dist. 5.*

Con

Consecr. Ratio, quia tali casu desinit res ablata esse aliena. Imo qui in tali necessitate constitutus rem abstulit & consumpsit, probabiliùs non tenetur, ad pinguiorem fortè sortem perveniens postea, restituere illam. Ratio, quia adversarii non probant res in extrema necessitate fieri communes *tantùm sub conditione restitutionis*, sed dicendum *absolutè* fieri cummunes. Deinde talis est reputandus pro b. f, possessore, qui juxta comm. fructus b. f. consumptos irrevocabiliter suos facit.

Q. 3. Quodnam dicatur furtum Theologicè & juridicè magnum? *Resp.* 1. Furtum *Theologicè* censetur magnum, adeo ut inducat obligationem restituendi ante omnem actionem aut sententiam, si auferatur tantum, quantum requiritur ad sustentationem pro unâ die, congruam respectu ejus, cui auferatur. Ratio, quia meritò ab omnibus multùm æstimatur, posse pro una die honestè subsistere, & cui tantum tollitur, verè censetur grave damnum pati & rationabiliter esse invitus, ergo.

Resp. 2. Furtum *juridicè* magnum & in ordine ad pœnas publicas, dicitur, si æquârit pretium, valorem & æstimationem 5. solidorum, *Constit. Carol. art. 160.*

Q. 4. Quæ actiones ex furto competant domino? *Resp.* 1. Actiones *rei persecutoriæ*, ad rem ipsam scil. consequendam, sunt *actio ad exhibendum*, *rei vindicatio*, *condictio furtiva*, quarum duæ postremæ sunt actiones principales, & quarum una vel altera cum actione furti concurrit, & unà cum

hac

hac apud eundem judicem institui potest. Lauterb. *ff. h. t. §. 34. & seq. Rei vindicatio* est actio realis & datur domino non tantùm contra furem, sed etiam contra *queimcunque* talis rei possessorem. §. *fin. Inst. de obl. quæ ex del.* Condictio *furtiva* est actio personalis, quâ repetitur res ipsa furto ablata, si adhuc exstet, & dicitur *condictio certi L. 8. ff. de Cond. furt.* Competit soli rei furtivæ Domino. *L. 11. ff. de Condict. furt.* Condictio furtiva *incerti*, etiam non Dominis. *L. 12. §. fin. ff. eod.*

Resp. 2. Actio *pœnæ persecutoria* est *Actio furti*, quæ non Dominis tantùm, sed omnibus competit, quorum immediatè interest, rem non fuisse sublatam. *§. 3. & 13. Inst. h. t.* Dum oritur hæc actio ex furto *manifesto*, datur ad quadruplum si ex *non manifesto* ad duplum; de quibus passim Inst. & Lauterb. *l. cit.* Utraque tamen hæc actio videtur ex usu recessisse, & plerumque furtum hodie criminaliter punitur.

Q. 5. Quæ pœnæ in furtum hodie sint statutæ?

Resp. 1. Pœna Criminalis pro foro *Civili* juxta Constit. *Crimin. art. 157.* est pœna laquei. Consentit. *Jus Palatin. p. 5. à tit. 42.* ubi tamen & *in conseq.* pro qualitate & frequentia Furti, circumstantiis &c. vel mitigat, vel exasperat pœnas. Hìc & illud notari oportet, quòd res furtiva apud furem reperta non Fisco applicanda, sed Domino cui ablata, sit restituenda. *L. 20. ff. de Capit. L. 2. C. h. t. &c.* It. quòd, sive fur morte, sive pœnâ aliâ corporali punitus fuerit, résque etiamnum extet, Domino restitui debeat; si verò non

extet

extet amplius, neque fur, neque ejus hæredes ad aliquid teneantur per *Nov. 22. c. 20.*

Resp. 2. De Jure *Can.* fur notorius aut de furto condemnatus fit infamis, ſicut infamis fit fur laicus condemnatus de furto in foro ſæculari. *can. 17. cauſ. 16. q. 1.* adeóque & irregularis. arg. *can. 5. diſt. 51.* & arg. à ſenſu contrario ducto ex *c. ſin. h. t.* Clericus in furto notabilis quantitatis deprehenſus vel convictus deponendus eſt ab Ordine & officio Clericali. *can. 12. diſt. 8.* depoſitio illa tamen verbalis tantùm eſt, non realis. Si depoſitus non reſipiſcat, excommunicari, ſi & incorrigibilis evadat, Curiæ ſæculari tradi jubetur *c. 10. de jud.* Pœnitentiæ antiquorum Canonum non ſunt amplius in uſu.

TITULUS XIX.

De Uſuris.

Q. 1. Quid & quotuplex ſit Uſura? Reſp. 1. Uſura in genere ſignificat uſum alicujus rei, in ſpecie ſumitur vel *pro contractu uſurario*, qui definitur à Covarr. *Conventio dandi vel accipiendi lucrum aliquod temporale ultra ſortem ex vi & cauſa mutui principaliter.* Vel ſumitur *pro incremento ex contractu uſurario proveniente*, & eſt lucrum immediatè ex mutuo & ratione mutui præcisè proveniens tanquam debitum; & hæc dicitur uſura *objectivè ſtrictè* ſumpta ſive *merè lucratoria.* Nomine lucri autem intelligitur omnis res temporalis pretio æſtimabilis, ex juſtitia indebita,

quam mutuans ultra sortem præcisè ratione mutui tanquam debitam vel titulo justitiæ, vel gratitudinis specialis aut benevolentiæ exigit aut recipit. Vide Pichl. *h. n. 9. Latè* dicta est lucrum ex mutuo non præcisè vi mutui, sed vi alterius justi tituli proveniens, potestque esse vel *Compensatoria*, quando aut lucrum cessans aut damnum ratione mutui emergens compensatur; vel *punitoria*, quæ ex adjecta contractui pœnali stipulatione, ùt puta, *si intra certum tempus non restituat*, solvitur.

Resp. 2. Dividitur insuper usura in *mentalem* & *realem*, quam alii *conventionalem* appellant; hæc in *apertam*, seu *expressam & formalem*, & in *palliatam* sub specie scil. alterius contractûs à mutuo distincti latentem. Rursus aliæ sunt usuræ *Centesimæ*, aliæ *Bessales*, aliæ *Semisses*, *Quincunces*, *Quadrantes*, *Trientes*: aliæ demum *simplices*, aliæ *usuræ usurarum*: addunt alii, alias esse usuras *mordentes*, alias *non mordentes*.

Q. 2. Quænam & quo jure usura sit prohibita? *Resp. Merè Lucratoria* prohibita est 1. *Jure Divino. Levit. 25. Deutr. 23. Ezech. 18. v. 5. Ps. 14. v. 12. Luc. 6. v. 35.* unde concludit Pontifex *c. 1. h. t.* quòd *usurarum crimen utriusque Testamenti pagina detestetur.* 2. Prohibita est *jure humano Ecclesiastico.* patet *t. tit. de usur. x. & in 6. Clem. un. §. fin. eod.* 3. Prohibita est etiam *Jure naturali.* Ratio, quia absque justo titulo aliquid exigere aut accipere, qualis injustus titulus esset titulus sortis mutui: aliquid ultra summum rei pretium exigi rei

re: ex re non amplius sua lucrum acquirere, est contra jus naturæ; quæ tamen omnia per usuram merè lucratoriam fierint. 4. Non tamen prohibita erat, sed permissa *Jure Civili*, antiquo saltem, ût constat ex *L. 1. & 28. C. de usur. L. 29. ff. eod.* 5. Usura *punitoria* seu *moratoria* nullo jure est prohibita *c. 4. de arbitr. L. 14. C. de pact.* modò fraus & dolus absit, mutuatarius verè sit in morâ culpabili & notabili; & pœna sit proportionata culpæ. 6. Usurâ etiam *compensatoria* non est prohibitâ, sed licet. Ratio; quia non accipitur aliquid ultra sortem præcisè vi mutui, sed ex aliis justis titulis; de quibus sit.

Q. 3: *Quinam sint justi tituli, ut quid supra sortem accipi possit? Resp. 1. Lucrum cessans & damnum emergens*; quia in neutro casu aliquid exigitur vi mutui, sed ratione damni, quod subit mutuans ob mutuum datum; vel ratione carentiæ lucri, aliàs ex pecuniâ sua percipiendi. *2. Periculum morale amittendæ sortis*; quia exponere rem suam periculo in gratiam alterius est pretio æstimabile. 3. *assecuratio sortis*, si creditor in se suscipiat periculum sortis, ità ut eâ amissa mutuatarius ad nihil reddendum teneatur; quia & talis molestia ac solicitudo ex assecuratione resultans onerosa est. 4. Probabiliùs etiam *statutum Magistratûs vel consuetudo* usuram lucratoriam minùs strictè sumptam permittens, modò sit moderata, nec aliunde charitati repugnans. Ratio, quia sicut *Resp.* per *præscriptionem* dominium rei alienæ transfert à Domino in possessorem, ita omnino sufficit

dominium altum Reip. disponendi de rebus & bonis subditorum præsente causâ publicâ, quales sunt plurimæ concedendi, ut 5. pro 100. singulis annis accipiantur.

Resp. 2. Neque sola carentia pecuniæ, neque obligatio eam non repetendi ad certum tempus titulus sufficiens est aliquid petendi aut ultra sortem accipiendi. Ratio, quia carentia rei mutuatæ est quid intrinsecum ipsi mutuo, ratione mutui autem accipi nihil potest. Innoc. XI. 1679. damnavit hanc propositionem: *Cùm numerata pecunia pretiosior sit numerandâ, & nullus sit, qui non majoris faciat pecuniam præsentem, quam futuram, potest creditor aliquid ultra sortem a mutuatario exigere, & eo titulo ab usurâ excusari.* Quomodo usura committi possit, aut non committatur, si adjectum sit pactum mutuo, ut res mutuata restituatur in eadem mensurâ & bonitate, licèt pretium ejus creverit tempore restitutioni præfixo, vide apud Leur. *h. t. Q. 347.*

Q. 4. An debitor ex mutuo teneatur solvere usuras lucratorias promissas, & an possit repetere solutas? *Resp.* 1. Debitor talis usuras mere lucratorias licèt promiserit, solvere non tenetur *ex justitia*, quia mutuans vi promissionis de re prohibita exigi & accipi factæ jus ad illas nullum potuit acquirere. 2. Si juratò promisit solvere usuras debitor, ex *virtute Religionis* tenebitur. *c. 6. de jurejur.* potest tamen creditor adigi ad juramentum & consequenter ad usurarum solutionem relaxandam. Reiffenst. *h. t. n. 161.* 3. Si forte tu-

tuatarius vi juramenti solvisset usuras, possunt eæ etiam in judicio repeti, & creditor ad restituendum compelli *c. 6. cit.* Imò etiamsi quis jurâsset, se non repetiturum usuras solutas, potest tamen & debet judex usurarium compellere ad restitutionem *c. 13. h. t.*

Q. 5. An usurarius acquirat dominium rerum per veram usuram acceptarum? Resp. Si vel debitor non habuerit verum animum usuras solvendi, vel res usurariæ remanserint inconfusæ, creditor non acquirit illarum dominium. *L. 31. ff. de acq. rer. dom.* 2. Si verò eas commiscuerit cum suis, v. g. pecuniam cum suâ pecuniâ, vinum cum vino, oleum cum oleo, ut discerni amplius nequeat, acquirit illarum dominium, non secus ac fur rerum furtivarum. *§. 27. & 28. Inst. de rer. div.* 3. Si usurarius cum pecuniâ usurariâ negotietur, ex eâque faciat lucrum, aut si ex eâ res alias emat, & lucri & rerum illarum dominium acquiret. *L. 1. & 8. C. si quis alteri, vel sibi.* Ratio, quia censetur ex industriâ propriâ lucrum, résve alias ex pecuniâ comparatas acquisivisse, cum pecunia de se sit sterilis. 4. Si usurarius ex re aliâ usurariâ, quàm pecunia sit, v. g. ex re usuraria frugiferâ fructus percipiat, horum dominium non ipse, sed dominus acquirit. *§. 35. Inst. de rer. div.* Si vendat rem usurariam frugiferam b. f. emptori, dominium quidem rei venditæ in emptorem non transfert. *L. 12. §. 2. ff. de act. empt.* usurarius tamen fit dominus pretii ab emptore accepti, quia pretium rei usurariæ non est usurarium.

Q. 6. *Ad quid teneatur usurarius mutuatarius ob solutas sibi usuras, sive an & quomodo teneatur usurarius ad restitutionem? Resp.* 1. Usurarius ipse, (etiamsi judæus sit *c. 12. h. t.*) non tantùm usuras, sed etiam, si res frugifera pro illis data sit, fructus inde perceptos, & quos mutuatarius percipere potuisset; simul & damnum ob solutas usuras mutuatario emergens, & lucrum, quod illi ideo cessavit, restituere tenetur. Ratio, quia est pessimæ fidei possessor, ergo. Extenditur responsio etiam ad usurarium mentalem ob *c. 19. h. t.* 2. Tenentur in defectum usurarii ad restitutionem mutuatario faciendam omnes, qui ex parte mutuantis causa efficax fuerunt, cur usuræ exigerentur & solverentur, sive ut non daretur mutuum gratis; quia sunt hi verè causa omnis damni mutuatario dati. 3. Tenentur & compelli possunt hæredes ad restituendas usuras à defuncto usurario perceptas, & quemadmodum obligatio solvendi alia debita, ita & hæc solvendæ usuras transit ad hæredes, *c. 9. h. t.* ubi & notandum dignum est. *c. ult. de sepult. & c. 5. de raptor.* si tamen plures sint hæredes, singuli in solidum non tenentur, sed solum secundùm portiones hæreditarias; quia sicut commoda & jura, sic & onera inter hæredes sunt dividenda. 4. Omnes, ad quos res usurariæ quoquo modo pervenerunt, si etiam num extent. Ratio, quia sunt res alienæ. Denique. 5. restitui usuræ debent iis, à quibus sunt acceptæ; iis defunctis, eorum hæredibus

his autem non extantibus, vel si ignorentur, causis piis. Engel. *h. n. 27.*

Q. 7. Quænam pœnæ sint in Usurarios statutæ? *Resp.* 1. Cum usura sit crimen mixti fori, ut & à Judice Ecclesiastico per *c. 2. & 7. h. t. & Clem. 2. de Jud.* & à Laico, sive quæstio facti sit, sive juris, possit judicari. *c. 12. h. t.* variæ in usurarios maximè manifestos pœnæ statutæ sunt; præcipuè autem de Jure Can. 1. infamia. *can. 2. §. fin. caus. 3. q. 7. c. 13. de excess. Præl.* 2. Suspensio Clerici usurarii, & si emendatio non sequatur, depositio. *can. 1. & seq. caus. 14. q. 3.* Excommunicatio laici usque ad satisfactionem. *c. 3. & 7. h. t.* 4. Privatio sepulturæ Ecclesiasticæ. *c. 2. eod. in 6.* 5. Intestabilitas activa, nisi ante mortem usurarius ejusmodi restituerit usuras, aut de earum restitutione sufficienter caverit. *c. 2. cit.* Schmalzgr. *h. t. à n. 313.* plura habet de Testamentis Usurariorum. Deinde *de Jure Civili* cum permissæ fuerint usuræ etiam lucratoriæ, de eo non puniebantur, nisi modum à LL. definitum excesserint. Juxta Recess. Imper & imprimis juxta reformationem guter Policey zu Auspurg. Anno 1530. tit. 26. von wucherlichen Contracten/ usurarius quartam partem Capitalis amittit &c. Quos contractus Jus Palatin. pro usurariis habeat, quas item pœnas usurariis dictet, vide in Chur-Pfaltz Landt-Ordnung tit. 14. von wucherlichen Contracten.

Q. 8. In quibus aliis pactis præter contractum mutui usura committatur? Resp. 1. Licèt usura

propriè tantum committatur in contractu mutui juxta Comm. *& can. 1. cauſ. 14. q. 3.* in aliis verò contractibus v. g. emptione, venditione, locatione dolus annexam habens obligationem reſtituendi, non uſura habeat locum, quatenus tamen & illi *palliatum mutuum* ſubinde continent; hinc de ipſis non quoad pœnas in foro externo, ſed quoad forum conſcientiæ quæſtio procedit. Inque.

Reſp. 2. Uſura palliata eſt, ſi venditor ob dilatam *præcisè ſolutionem pretii* pluris ſupra juſtum alias pretium rem vendat, aut minoris ob præſentiam in continenti ſolutionem. Primum probatur ex *c. 10. h. t.* damnata Innoc. ſupra *Q. 3. Reſp. 2. cit.* & ratio eſt, quia dilatio ſolutionis eſt mutuum implicitum, quatenus, dum ob ſolutionem dilatam pretium auctum, re ipſa & in effectu idem eſt, acſi pretium emptor ſolviſſet, dein autem emptori iterum mutuò datum ea lege, ut poſt annum v. g. præter ſortem certam pecuniam ſuperaddat. Quoad ſecundum eadem pugnat ratio. Eodem modo dicendum, quòd emptio *chirographi* ſive debiti alieni ob *ſolam dilationem ſolutionis aliquando certè futuræ* ſit uſura palliata, pro minori pretio, ac debitum eſt, ematur.

Reſp. 3. Contractus *Mohatra*, quando quis vendit rem magno pretio cum pacto, ut ipſi emens ſtatim revendat pro pretio minore, eſt illicitus uſura palliata. Damnata ab Innoc. XI. prop. 40. ſic habet: *Contractus Mohatra licitus etiam reſpectu ejusdem perſonæ, cum contractu*

trovenditionis præviè inito, cum intentione lucri.

Resp. 4. Usurarius est etiam *Anatocismus*, quo nomine veniunt usuræ usurarum, seu lucrum ex ipsis usuris non solutis & in sortem redactis petitum. Ratio, quia hæ usuræ, si merè lucratoriæ sint, sunt æquè ac ipsæ usuræ, quæ vi mutui exiguntur, imò magis quàm istæ jure divino & naturali prohibitæ; si non sint merè lucratoriæ, sunt de jure saltem positivo prohibitæ. *L. 29. ff. & L. 3. & 28. C. h. t.*

Resp. 5, Pactum *Antichreticum*, quo Creditor rei frugiferæ v. g. prædii pro mutuo sibi oppignorati fructus lucratur, & sortem nihilominus recipit integram, *regulariter* est usurarium. *c. 1. & 2. h. t. c. 6. de pignor.* excipitur casus in *c. 1. de feud. c. 16. h. t.* & si alius titulus justus adfuerit.

Q. 9. In quibus pactis & contractibus licèt usura videatur committi, non tamen committatur?
Resp. 1. Licitum est *Cambium*, quod est negotiatio seu contractus innominatus, in quo pecunia pro pecunia permutatur cum *moderato lucro?* sive dein sit *reale* (quod & *minutum*, aut *manuale* dicitur) dum scil. pecunia unius speciei v. g. flor. pro pecunia alterius speciei, v. g. prò ducatis permutatur; sive *locale*, si pecunia præsens, quæ scil. est in hoc loco, permutatur cum absente. Ratio, quia lucrum, quod pro eo accipitur, variis titulis justum est.

Resp. 2. *Olla fortunæ* in Germania usitata nul-

lam continet usuram aut injustitiam. Ratio, quia ollæ hujus is usus est, ut quot quis domino illius seu eam exponenti numerat v. g. florenos, tot ex ea schedas tollere possit, & quod in eis scriptum, sibi habere, sorte omnino incerta, periculo jacturæ spem lucri exæquante; atqui hoc non est usurarium aut injustum, cum ludus hic emptio sit, quâ non ipse scyphus v. g. vel res extracta, sed ejus consequendæ spes, cum pari periculo jacturæ conjuncta, emitur, ergo.

Resp. 3. *Montes pietatis* etiam immunes sunt ab usura. Imprimis *Montes* hi sunt ærariæ à Principe aliquo, Domino, vel Communitate ex liberalitate vel piorum privatorum largitionibus constitutæ ad sublevandas indigentium necessitates, in quibus pecuniæ ad certum tempus iis datur mutuæ sub pignoris sufficientis cautione, ea lege, ut si debitum præfixo tempore non solvatur, vendatur pignus, sórsque Monti, residuum autem, si quod est, Domino restituatur. Alii sunt *puri*, in quibus nihil omnino ultra sortem exigitur; *mixti* sunt, in quibus aliquid solvitur ultram sortem, non pro lucro quidem aut incremento ipsius montis, sed pro sumptibus ad montis conservationem necessariis. Hi sunt vel *Italici*, qui Summam suam Capitalem habent ex piorum fundatione, ut adeóque mutuatarii tantum aliquid modici pro sustentandis Ministris, conservandis ædificiis, & aliis necessariis dare teneantur: vel *Belgici*, qui Summam suam Capitalem non habent saltem adæquatè ex fundatione pia,

sed

sed ex pecunia per censum acceptâ, ut adeóque ultra Ministrorum sustentationem &c. ad solvendos censuum canones aliquid exigatur. Quòd autem Montes hi pietatis honesti & liciti sint, non tantùm probatur ex Conc. Later. *Sess. 10. sub Leone X.* Conc. Trid. *Sess. 22. c. 8. de ref.* sed ex ipsa etiam ratione, quia nihil exigitur aut accipitur ultra sortem propter mutuationem, sed ob expensas necessariò faciendas &c.

Resp. 4. De Censu seqq. *1. Census* est annua pensio vel potiùs jus annuam pensionem percipiendi vel ex re alterius frugifera, & hic est census *realis*, vel ex alterius industria, & est *personalis*. 2. Uterque potest esse vel *redimibilis*, aut ex una, aut ex utraque parte, vel *irredimibilis*. Realis alius est *census reservativus*, dum quis in alterum transfert dominium rei utile & directum, sibique reservat solùm vel certam pecuniæ summam solvendam, vel portionem aliquam fructuum; alius *consignativus*, dum quis retinet utrumque jus utile & directum, cedit tamen alteri, consignat aut vendit jus exigendi & percipiendi ex re illa pensionem annuam vel in fructibus vel pecunia consistentem. 3. Qui habet jus exigendi pensionem annuam, vocatur *Creditor*, *Emptor*, *Censualista*; qui verò habet obligationem solvendi, *censuarius*, *venditor*, *debitor*. 4. Emptio imprimis censûs realis licita est. *Extrav. 1. & 2. de empt. vend. inter Comm.* Pius V. in Constit. *Cum onus Apostolica*. Ratio est, quia licitè emitur totum prædium, adeóque & jus omnes fructus percipiendi, ergo

&

& jus partem fructuum, sive pensionem fructuariam, ergo & jus pensionem pecuniariam, cui hæc omnium rerum æstimationem recipiat. Dubium est, utrùm census realis tam *redimibilis* quam *irredimibilis* permittatur, & spectato jure naturali certum est, utrumque permitti; jure positivo per *Extrav.* cit. permittitur quidem emptio census ex parte venditoris redimibilis, rejicitur autem emptio censûs irredimibilis, & redimibilis ex parte utriusque. *Extrav. & Constit.* Pii V. cit. & *Constit.* Caroli V. *in Com. Augustan.* 1548. ob periculum *usurariæ intentionis.* Utrumque tamen consuetudo fecit licitum, Schmalzgr. *h. t. num. 178.* §. Denique & emptio census personalis licita est, modò census constituatur in persona potente ex suâ industriâ lucrum facere, & pretium sit justum. Ratio, quia ex pactione cum censu reali juri naturæ non repugnat census personalis, jus autem positivum scil. Constitutio S. Pii V. *Cum onus. edit. 14. cal. Febr.* 1571. saltem in Germania vel non videtur recepta, vel contrariâ consuetudine abrogata.

TITULUS XX.

De Crimine falsi.

Q. 1. *Crimen falsi quid sit & quotuplex?* Resp. *Falsum* vel *falsitas* propriè & juridicè pro crimine per *L. Cornel. de falsis* accepta, est fraudulenta seu dolosa immutatio veritatis facta in præjudi-

judicium alterius. *Nov. 73. princ.* Requiritur ergo ut pervertatur veritas; ut fiat dolo malo seu animo decipiendi alterum, nec enim is habetur, nec punitur pro falsario, qui ex errore vel ignorantia falsum dicit. *L. 31. ff. h. t.* Ut falsitas hæc notabile damnum alteri inferat, vel inferre saltem possit, licèt id fortè impediatur. Pirh. *h. t.* n. 1.

Resp. 2. Crimen falsi dividitur in *Verum*, quod Lege Cornelia de falsis notatur, v. g. quod committitur circa testimonia, testamenta, nummos; & in *quasi tale*, quod non Lege Cornelia, sed aliis Principum Constitutionibus vindicatur, ùt siquis rationes falsaverit. *L. 1. §. 2. & 4. & c. ff. de lege Cornel. de fals.* 2. Dividitur in *personale*, quod circa personam committitur, ùt mutatio nominis, suppositio partûs, judicis corruptio; & in *Reale*, quod committitur circa res.

Q. 2. *Quot modis committatur crimen falsi?* *Resp.* quatuor: 1. *Dicto*, dum verbis dolosè immutatur veritas, à *Teste*, scienter in judicio falsum circa substantialia causæ deponente, aut verum supprimente &c. ab *Advocato* causam clientis sui prodente, vel admittendo probationes falsas vel dissimulando proprias; à *Judice* vel ex malitia, vel ob corruptionem per munera sententiam falsam proferendo. 2. *Scripto*, quando per falsam scripturam immutatur veritas, quod potest fieri à *Notario* testamentum vel instrumentum, ab *alio* chirographum, manum, sigillum vitiante; modos novem recenset Pontifex in *c. 3. h. t.* quibus

Lite-

Literæ Apostolicæ possint falsificari. 3. *Facto*, fa-
re, quando per aliquod factum veritas immuta-
tur, v. g. dum quis propriâ authoritate cudit mo-
netam, vel ex materia adulterina cudit; vel qui
adhibet ad monetam aurum aut argentum pe
Alchimiam confectum; vel qui falsificat mensu
pondera, mensuras &c. 4. *Usu*, vel potius abu
quando quis falsitate ab aliis confictâ scienter u
tur, v. g. instrumenta, leges, probationes fa
sas producendo in judicio, dolosè colligendo fa
expendendo monetam falsam, nomen dignitat
insignia familiæ alienæ usurpando &c.

Q. 3. Quænam sint pœnæ falsariorum? Resp. 1.
Pro modo admissi criminis *hodie* in utroque foro,
præter resarcitionem damni ante omnem senten-
tiam faciendam, sunt pœnæ ferè arbitrariæ, Jure
tamen novo Civili statutæ sunt pœnæ in seqq. ca
testis, qui juratò falsum deponit in causâ civili, fit
infamis, eique amputantur duo digiti in præsta-
tione juramenti erecti. *Const. Carol.* à 107. pœ
rans in causâ criminali punitur pœnâ talionis ar
Const. ar. 68. falsò cudens monetam adulterinam,
eámque expendens, præcedente strangulatione,
igne punitur, cudens quidem, sed non expendens
gladio. *Const. Carol. ar.* 111. Consentit *Jus Pal.*
p. 5. tit. 12. De *Jure Canonico* in seqq. cau
obtinent pœnæ: *Testis* sive in civili, sive crimi-
li causâ falsus præter infamiam, detrudendus e
in monasterium, hodie in carcerem, aut ad mo
mes relegandus. *can. 9. caus. 3. q. 6. Judex* Eccle
sticus dolo malo vel pecuniâ corruptus profere
sen-

sententiam falsam, ultra æstimationem litis incurrit suspensionem. *c. 1. de sent. & re jud. in 6. Falsarius Literarum Apostolicarum* excommunicatur ipso facto, & si Clericus sit, deponitur ab officio & beneficio *c. 7. h. t. Bull. Cœnæ cas. 6.* De aliis certorum falsariorum pœnis vide *c. 2. de empt. c. 3. h. t. Extrav. Joan. XXII. h. t. Extrav. un. eod. inter Comm.*

TITULUS XXI.

De Sortilegiis.

Q. 1. *Sortilegium quid sit & quotuplices sortes?* *Resp.* 1. *Sortilegium* seu *sortium missio* (de qua uti & de *Collusione in seq. Tit.* ideo post *Tit. de Crim. falsi*, quia falsitatem & deceptionem aliqua saltem ejus species continet) est adhibitio & observatio rerum quarundam veluti signorum facta eo fine, ut quid hìc & nunc faciendum vel futurum sit, vel quod occultum est, innotescat.

Resp. 2. Sortes ex triplici fine, ad quem assumuntur, dividuntur in divinatorias, consultatorias, divisorias. *Divinatoriæ* sunt, quæ adhibentur aut observantur, ad occultum quid vel futurum per media improportionata cognoscendum; usus talium sortium *divinatio* vocatur, cujus varia est divisio pro varietate rerum & signorum, quæ adhibentur ad cognitionem occultorum; sic *Geomantia* dicitur, si fiat divinatio per terram: *Hydromantia*, si per aquam; si per animalium intestina, *Aruspicium*; *Chiromantia*, si

per

per inspectionem manuum, & generali nomine, si pactum cum dæmone aliavè similia intervenirent, *Necromantia* ; & si non tantùm ad cognitionem rei occultæ, sed etiam ad effectionem mirabilis cujus operis dæmonis opera adhibeatur, *Magia* dicitur. *Sortes Consultatoriæ* sunt, quæ adhibentur ad cognoscendum, quæ sit in re dubia Dei voluntas. *Divisoriæ* sunt, quibus jus indivisum aut dubium pluribus competens, inter eos dividitur, aut uni applicatur.

Q. 2. Quænam sortes permissæ aut prohibitæ sint?

Resp. 1. Sortilegium *divinatorium*, seu usus *sortium divinatoriarum* omnino est illicitus, etiamsi non interveniat pactum expressum cum dæmone *can. 3. 5. 6. 7. caus. 26. q. 5. c. 1. h. t.* Ratio, quia talibus sortibus, cum sint medium omnino improportionatum ad effectum intentum consequendum, admixta est tacita saltem dæmonis invocatio, ut sortes velit regere & occulta manifestare. Non prohibentur tamen aut illicitæ declarantur conjecturæ, quæ ex signis naturalem cum rebus futuris connexionem habentibus desumuntur.

Resp. 2. Usus *sortium consultatoriarum* per se est licitus, sive licet explorare divinam voluntatem in ancipiti quopiam negotio, modò id fiat necessitate urgente, servatâ debitâ erga Deum reverentiâ, ex speciali Dei instinctu, non ad lucrum temporale. Ratio, quia absolutè nihil in illis mali apparet, sed potius actus Religionis fieret: patétque exemplis tam V. quàm N. L.

Resp. 3.

Resp. 3, Usus *sortium divisoriarum* etiam per se loquendo est licitus. Ratio, quia nec superstitionem aut divinationem continet, cùm ex supposito animo simplici fiat, nec à Deo, nec ab Astris &c. eventus sortis exspectetur; nec continet injustitiam, cùm usurpetur ex mutuo consensu habentium æquale jus; hinc licet sortibus divisoriis uti in judiciis familiæ herciſc. & Commun. dividundo *L. 5. ff. fam. herciſc. & L. 3. C. Commun. de legat.* plura exempla habet Scmalzgr. *h. à n. 27.* Specialiter tamen usus sortium in *electionibus* ad prælaturas aut alia beneficia Ecclesiastica prohibitus est, adeo ut electio per sortes facta, si indigni æquè ac digni ad sortes admittantur, sit jure naturæ, si soli digni, electio tamen celebranda fuisset juxta *c. 42. de elect.* jure saltem positivo nulla. *c. fin. h. t.*

Q. 3. Quænam sint pœnæ Sortilegorum? Resp. De *Jure Canon.* Laicis admonitis & non emendatis, si fuerint personæ viles, verbera; si honestioris conditionis, perpetua incarceratio dictanda; item excommunicatio, & è diœcesi ejectio. *c. 1. h. t. can. 10. & 12. cauſ. 26. q. 5.* præterea infamiam incurrunt, & si admixta sit Sortilegio hæresis, pœnas hæreticorum. *c. 8. §. sanè de hæret. in 6.* Clerici verò Sortilegi secundùm Canones in foro externo præter infamiam, quam incurrunt, sunt deponendi ab officio & beneficio, & in monasterium detrudendi. *can. 4. & seq. cauſ. 26. q. 5.* De *Jure Civili*, cui ferè laicorum pœnæ, exceptâ excommunicatione, & ubi hæresis immix-

ta foret, relinquuntur ob crimen hoc sortilegii *mixti fori* infligendæ, sunt publicatio omnium bonorum, & *magiæ* propriè dictæ cum damno tertii ultimum supplicium etiam ignis. *L. 3. & 5. C. de malef. & Ordin. Crim. a. 109*, Concord. *Palat. p. 5. tit. 9.*

TITULUS XXII.

De Collusione detegenda.

Q. 1. *Collusio quid sit, in quibus causis, & inter quos committi possit? Resp.* ad 1. Est fucata & fraudulenta conventio inter Actorem & Reum: potest fieri vel *prævaricando*, vel *tergiversando*, ut dictum ad *Tit. 2. hoc Libro de Calumnia.*

Resp. ad 2. Locum habet collusio in causis *criminalibus* & *beneficialibus*; quod utrumque negatur à nemine, & ratione causarum beneficialium casus habetur in *c. 3. h. t.* In causis Civilibus habet tunc locum, si vel sint causæ matrimoniales, vel præjudicium tertii concernant, aliàs non. Ratio, quia in civilibus Actori & Reo licet inter se transigere.

Resp. ad 3. Committere possunt collusionem tam Clerici quàm laici, imò non principales tantùm, sed etiam Advocati & Procuratores, qui Advocati tamen & Procuratores magis faciles juxta *Tit. 20. h. t.* sunt vocandi arg. *L. 1. §. 1. ff. de Prævar.* Porro in casu commissæ collusionis, si collusor forsan per sententiam fuerit absolu-

tus,

tus, potest nihilominus *accusari* denuo, & contra eum *inquiri*. arg. *c. ult. h. t. L. 3. §. 1. ff. de prævar.*

Q. 2. Quæ sint pœnæ Collusionis? Resp. Si circa beneficium Ecclesiasticum facta sit, & probetur esse facta, privatio beneficii perpetua quoad utrumque colludentem. arg. *c. 3. h. t.* In Criminalibus cum incursione infamiæ est pœna arbitraria pro modo criminis, & qualitate circumstantiarum. *L. 2. & 4. ff. de prævar.*

TITULUS XXIII.

De Delictis Puerorum.

Q. 1. An & qualiter puniantur? Resp. 1. *Infantes*, id est, ii, qui septimum ætatis annum necdum compleverunt, nullâ penitus pœnâ plecti possunt. Ratio redditur in *L. 12. ff. ad L. Cornel. de Sicar.* Idem ferè dici oportet de *pueris infantiæ proximis*, id est, septennium non multùm egressis, sive omissionis, sive etiam commissionis delicta patrârint. *§. 10. Inst. de inutil. stipulat.* 2. *Pueri* doli jam capaces & pubertati proximi ob delicta commissionis non sunt immunes à pœna legali extraordinaria. *c. 1. h. t.* pœnæ autem ordinariæ non subjacent regulariter, nec torqueri possunt. *L. 1. §. 33. ff. ad S. C. Syllan.* 3. *Minores* pubertatem adepti, id est, egressi quidem 14. non tamen 25. ætatis annum à pœnâ quidem ordinaria exempti non sunt, præsertim in delictis

gravioribus, & in delictis commissionis, ubi spes emendationis non adest. *L. 9. §. 2. & L. 37. §. 1. ff. de Minor.* ordinariè tamen possunt & solent mitiùs puniri, quàm majores. *L. 108. ff. de R.I.*

Q. 2. *An pater teneatur ex delicto filii puberis proximi aut minoris ad mulctam pecuniariam, ad quam hic condemnatur?* Resp. Neg. si nec particeps delicti, nec in filii correctione negligens fuit, nec etiam factus est exinde ditior. *L. 22. & 26. C. de pœn. L. 1. & L. 3. C. ne fil. pro patre.* nec tenetur dare legitimam, ut filius exinde solvat. arg. *L. 1. §. 21. ff. de collat. bon.* Valeret tamen Lex statutaria, quæ Patrem pro filio obligaret. Ratio, quia cùm pater se possit obligare pro filio per pactum, poterit etiam per statutum obligari, utpote quod cederet in bonum publicum, & patrem in educandis liberis diligentiam acueret.

TITULUS XXIV.

De Clerico Venatore.

Q. 1. *Quæ sit hujus cum prioribus Tituli connexio, quid venatio, & quotuplex?* Resp. 1. Cùm dictum sit hucusque de delictis, quibusvis personis communibus, ab hoc usque ad 31. Titulum inclusivè de delictis vel statui soli Clericali propriis vel eum dedecentibus agitur, & quidem primò de Venatione. 2. Venatio est persecutio & occupatio animalium, quæ cœlo, terrâ & mari nascuntur, & nullius sunt. 3. Venatio alia est

specificè & propriè dicta, quæ & *saltuosa* & *silvática* dicitur, & hæc ad feras terrestres capiendas: alia *aucupium*, quæ ad volucres, alia *piscatio*, quæ ad capiendos pisces ordinatur. Venatio specificè dicta dividitur in *clamosam*, quæ magno apparatu retium, canum, hominum, magnóque tumultu, & in *quietam* seu *placidam*, quæ sine strepitu, sine magnis clamoribus, cum exiguo hominum vel etiam canum numero exercetur. Item ex parte objecti venatio alia est *maxima*, alia *major*, alia *minor*.

Q. 2. Quænam venatio prohibita sit Clericis? Resp. Non *piscatio*, quam & Apostoli post conversionem exercuerunt; nec venatio *quieta* & *placida*, quæ vel necessitatis aut utilitatis corporalis, vel etiam recreationis causâ rariùs instituitur, est prohibita Clericis, inprimis non jure naturali, ùt patet; nec jure positivo, utì à contrario arg. ex Trid. *Sess. 24. c. 12. de reform.* ubi, utì & *c. 1. & 2. h. t. Clem. 1. §. porro. de statu Monach.* prohibetur solùm venatio *clamorosa*, quia multum abstrahit à divinis officiis &c. Consuetudo tamen venationem clamorosam à Clericis aliunde non prohibitis absque peccato mortali facit exerceri, modò non frequens sit, & absque scandalo, absque magno temporis pro cultu divino ordinati dispendio. Pœnas in *c. 1. h. t.* in Clericos Venatores constitutas eadem consuetudo abrogavit.

Quærì hìc etiam potest, *An Princeps possit universaliter suis subditis justè prohibere venationem, sibique soli jus venandi reservare?* *Resp.* Aff. quia

justas causas ad id habere potest, quales v.g. forent, ne subditi ab aliis functionibus cum damno Reip. abstrahantur. Ne armis tractandis cum periculo seditionis assuescant. Ne sub specie venationis prædas agant, latrocinia exerceant. Pichl. *h. t. n. 5.* præterea affert rationes ex præscriptione, voluntaria subditorum cessione, occupatione bellica petitas. 2. Non peccat tamen per se loquendo graviter subditus, si unam alterámve feram contra Principis prohibitionem capiat. Ita habet communis persuasio, optimi LL. humanarum interpres. 3. Nec peccat regulariter contra justitiam, quia prohibito non fundatur in jure proprietatis. 4. Nec obligatur ad restituendam feræ illicitè captæ æstimationem. Ratio, quia licèt quis contra edictum Principis venetur, fera tamen ipsius fit, utpote antecedenter nullius. &c.

TITULUS XXV.

De Clerico Percussore.

Q. 1. *An prohibitum sit Clericis, ne Laicum percutiant?* *Resp.* ad 1. Omnibus Clericis, præcipuè constitutis in Ordinibus sacris, prohibita est percussio laici propriâ manu facta. *can. 1. & 7. dist. 45. can. 25. dist. 86. c. 1. h. t.* Si fecerit verberatio gravis, graviter, si levis, leviter reg. est prohibita. Ratio, quia repugnat grave graviter, levis leviter charitati proximi, modestiæ

stiæ Clericali, & mansuetudini Christi. Possunt tamen Præceptores, Moderatores, & Magistri AA. LL. venire ad verbera moderata. *can. 19. dist. 1. de pœnit.* etiamsi discipuli, quos corrigunt ita, sint Clerici. *c. 10. & 54. §. fin. de sent. Excomm.* Episcopi etiam & superiores Regulares possunt Clericos sibi subditos, si fuerint in minoribus, ob causas leves, si in majoribus constituti, ob graviores verberibus castigare. *can. 8. dist. 45. can. 25. pr. dist. 86.* non tamen propria manu Episcopus potest percutere. *can. 25. cit.* sed percussionem committere debet Clerico, non laico *de jure*, ni velit ipse cum Laico percutiente excommunicationem incurrere, etiamsi justa verberationis causa subsit. arg. *c. 24. de sent. Excomm.*

Q. 2. *Sub quibus pœnis prohibitum sit Clericis, percutere Laicum? Resp.* Si Clericus percusserit laicum, pœna primâ vice pro qualitate & circumstantiâ percussionis, est arbitraria; si se Clericus non emendaverit, sed facilè ac passim ex indignatione subitaneâ ob leviores etiam defectus ad verbera procedat, deponi potest & debet. arg. *c. 1. h. t.*

TITULUS XXVI.

De Maledicis.

Q. 1. *Maledictum quid & quotuplex? Resp.* 1. In genere maledictum, nomine à maledicendo vel loquendo derivato, est mala locutio de

altero : & qui ita malè loquuntur, vocantur *maledici*. Dividitur maledictum in Blasphemiam, quæ Deum, Contumeliam & Detractionem, quæ homines respicit. *Blasphemia* est; quando vel aliquid affirmatur de DEO, quod ei non convenit, v. g. dicendo, quòd sit injustus; vel negatur, quod ei convenit, v. g. omnipotentia, providentia; vel si creaturæ tribuatur, quod Creatori competit, & hæc Blasphemia dicitur *formalis*. *Simplex* est, quando quis detestatur Deum, vel ei malum imprecatur, aut Christum Dominum, ejúsque vulnera per despectionem indecenter nominat. Ad Blasphemiam reducuntur verba injuriosa & contumeliosa in Deiparam, Angelosque Sanctos conjecta. *Contumelia* est, dum quis præsenti & in faciem malum objicit, quod si sit falsum, *convitium* dicitur. *Detractio* est, quando absentis honor læditur. *Imprecatio*, quâ malum aliquod optatur proximo in futurum, hoc loci non est.

Q. 2. Quænam sint pœnæ maledicorum? R. *1. Blasphemi* in L. V. lapidibus obruebantur *Levit. c. 24. ℣. 26.* Jure Can. antiquo Clerici blasphemi deponebantur, Laici excommunicabantur *can. 10. cauſ. 22. q. 1.* postea præter priorem sententiam publicam mulcta pecuniaria est exacta *c. h. t.* rursus aliæ pœnæ in Clericos æquè ac in blasphemantes à Leone X. Julio III. & Pio V. statutæ, De Jure Civili *Nov. 77. c. 1. §. 2.* præter amprutationem linguæ decretum est ultimum supplicium, quod in blasphemos saltem

Deum

Deum disjunctivè innovavit *Carolus V. in Receſſ. Auguſt. de ann. 1548. ar. 1. §. 2.* hodie de utroque jure eſt arbitraria, Concord. *Jus Palatin. p. 5. Tit. 8.* Crimen blasphemiæ eſt mixti fori. *c. 2. h. t.* niſi ſub ratione hæreſis & non blasphemiæ tantum in judicium deduceretur.

Reſp. 2. Detractores & convitiatores reſpectu privatorum, præterquam quòd ſe reos faciant pectati mortalis, & ad famæ reparationem in conſcientia teneantur, in foro externo actione injuriarum conveniri poſſunt. *L. 15. §. 25. ff. & L. 9. C. de injur.* adeóque pœnæ arbitrariæ obnoxii ſunt. De Clericis maledicentibus vide *can. 5. diſt. 46.* 2. Eodem modo ſiquis maledixerit *Principi ſaculari*, aut *Imperatori*, *hodie* pœnæ arbitrariæ locus eſt, niſi eſſent verba ad ſeditionem aut rebellionem, & ita ad crimen læſæ Majeſtatis ſpectantia. arg. *c. 1. h. t.* 3. Si quis maledixerit ſummo Pontifici, eſt quoque pœna de jure communi arbitraria. c. *1. h. t.* etſi conveniens ſit Papam Chriſti in terris Vicarium imitari illius manſuetudinem, injuriam illatam remittendo. arg. *can. 27. cauſ. 23. q. 4. L. 10. C. de Epiſc. & Cler.* Quæ de maledicis & blasphemis dicta, eo ſuo modo *ſpargentibus libellum famoſum* ſunt applicanda.

TITULUS XXVII.

De Clerico excommunicato, depoſito, vel interdicto miniſtrante.

QUn. *Quâ pœnâ afficiantur Clerici cenſurati, ſi miniſtrent in cenſura?* *Reſp.* Clericus tenet exercens *actum Ordinis*, eúmque proprium, dum eſt innodatus excommunicatione, ſuſpenſione (quæ hìc convenit cum depoſitione) interdicto perſonali, præter reatum peccati mortalis, quem contrahit, eſt deponendus perpetuò. ſcil. per ſententiam judicis. *c. 4. h. t.* privandus beneficiis *c. 1. eod.* fit ipſo jure & facto irregularis; ut de ſuſpenſo conſtat ex *c. 9. h. t.* de interdicto ex *c. 11. §. fin. & c. 20. de ſent. excomm. in 6.* de excommunicato ex *can. 7. cauſ. 11. q. 3.* ſi inciderit ſit excommunicatione majori, non verò ſi minori tantùm. *c. fin. h. t.* perinde autem eſt, ſive ſit excommunicatus vitandus, ſive non. Ratio, quia jura indiſtinctè loquuntur. Ob eandem rationem Clericus minoriſta cenſuratus exercens actum proprium ſui Ordinis ſolenniter & quaſi ex officio, fit irregularis. Leur. *h. t. Q. 402.* ait, dubitantem utrùm ſit excommunicatus, nec ne, ſi ſtante dubio exerceat actum Ordinis proprium, incurrere irregularitatem; ſive dubitet de jure, num excommunicatio ſit legitimè lata, ſive dubitet de facto, an ſit excommunicatus. Primum arg. *c. 5. h. t.* ſecundum ex *c. 12. de homicid.* Ratio utriusque in *cit. cap.* eadem datur, quòd in dubio

pars tutior sit eligenda; quod tamen Sanch. in Decal. *L. 1. c. 10. n. 11.* dicit, tantùm debere intelligi de consilio, non de præcepto.

TITULUS XXVIII.

De Clerico non ordinato ministrante.

QUn. *Quas pœnas incurrat Clericus actum Ordinis exercens, quem non habet? Resp. Clericus* seriò, scienter, & temerè exercens actum Ordinis, quo non est insignitus, incurrit 1. Irregularitatem: vi cujus Diaconus si celebraret missam, ad Sacerdotium promoveri non posset &c. *c. 1. h. t.* & quidem juxta *c. 2. eod.* in perpetuum incurrit irregularitatem illam partialem, obstantem susceptioni Ordinum ulteriorum. 2. Suspensionem ferendæ sententiæ ab exercitio Ordinis proximè susceptì per triennium. *c. 2. h. t.* 3. Excommunicationem etiam ferendæ sententiæ. *c. 1. h. t.* Videatur Schmalzgr. à *n. 2. h.* usque ad 20. ubi etiam ait contra multos, à Laico exercente actus Ordinum etiam majorum irregularitatem non incurri, eo quòd irregularitas hæc in laicos nullibi sit statuta; interim tamen non tantùm peccat gravissimè, sed & Curiæ sæculari simile quid attentans est tradendus, quò debitis pœnis afficiatur, prout præjudiciis confirmat Pichl. *h. t. num. 4.*

TITULUS XXIX.

De Clerico per ſaltum promoto.

QUn. *Quibus pœnis ſubjectus ſit Clericus per ſaltum promotus, ille ſcil. qui non gradatim ſed omiſſo uno vel pluribus Ordinibus intermedio ad ſuperiorem aſcendit?* *Reſp.* Valet quidem Ordo per ſaltum collatus juxta *c. un. h. t.* Epiſcopum excepto, qui Sacerdotio, quod eſſentialiter præſupponit, non collato non valet; interim tamen Clerici per ſaltum promoti pœna eſt ſuſpenſio ab Ordine ſic ſuſcepto ipſo jure incurſa, donec omiſſus Ordo ſuppleatur. *c. un. cit.* & arg. *Trid. Seſſ. 23. c. 14. de ref.* & ſi in Ordine per ſaltum ſuſcepto attentaverit miniſtrare, incurrit irregularitatem, quia eſt violator cenſuræ; à quâ irregularitate, niſi occulta adhuc foret, per Epiſcopum non poſſet diſpenſari *Seſſ. 24. c. 6. de ref.* licèt huic diſpenſare conceſſum ſit in ſuſpenſione, quam incurrit non gradatim promotus. *c. un. h. t.* & *Trid. Seſſ. 23. c. 14. de ref.*

TITULUS XXX.

De eo, qui furtivè Ordinem ſuſcepit.

QUn. *Qualiter puniatur Ordinem furtivè ſuſcipiens?* *Reſp.* Clericus, qui vel in examine rejectus, vel absque examine, ſimúlque absque conſenſu & licentiâ Epiſcopi Ordinatoris dolosè cæteris Ordinandis ſe ingeſſit, vel qui

eo-

eodémque die duos Ordines prohibitos ſuſcepit, licèt ordinetur *validè* regulariter loquendo. arg. *c. 1. h. t.* eſt tamen ipſo jure ſuſpenſus ab executione Ordinis furtivè ſuſcepti. Engel *h. V. pœna.* & ſi Epiſcopus ſuſceptionem hujusmodi prohibuerit ſub excommunicatione, tanquam excommunicatus ſuſpenditur ab executione etiam cæterorum Ordinum ritè ſuſceptorum; adeóque nullum exercere poteſt absque irregularitate, quam tamen non videtur incurrere per ſuſceptionem furtivam. Ratio, quia id jura non exprimunt clarè. Schmalzgr. *h. n. 8.* Deinde cum furtivè ſuſcipiente Ordinem diſpenſare poteſt Epiſcopus, ſi ſpecialis prohibitio ab Epiſcopo ſub excommunicatione facta non præceſſit, vel delictum ſit adhuc occultum; ſecus ſolus S. Pontifex. *Text, & DD. in c. 1. & ſeq. h. t.*

TITULUS XXXI.

De Exceſſibus Prælatorum & Subditorum.

Q. 1. *Quinam ſint exceſſus Prælatorum Eccleſiaſticorum contra ſubditos, id eſt, qualiter delinquant Epiſcopi & Epiſcopis inferiores in ſubditos?* *Reſp.* 1. Epiſcopi & his majores delinquuut 1. ſi ſubditos gravent iniquis exactionibus, vel vexent cenſuris injuſtè illatis. *c. 1. h. t.* 2. Siquid imperent inferioribus contra eorum privilegia. *c. 5. & 7. h. t.* 3. Si jura inferiorum imminuant, aut liberent Eccleſias eis ſubjectas à ſubjectione. *c. 2.*

h.

h. t. 4. Si Ecclesias & beneficia Ecclesiastica indignis conferant *c. 11. eod.* 5. Si Sacerdotes sibi subjectos cogant ad revelanda peccata. *c. 13. eod.* 6. Si gravamina Religiosis inferant, de quibus vide *c. 16. & 17. h. t. & Clem. un eod.*

Resp. 2. Prælati inferiores Episcopis delinquunt 1. uniendo Ecclesias sibi subjectas absque consensu Episcopi *c. 8. h. t.* 2. cognoscendo causas matrimoniales, imponendo pœnitentias publicas, concedendo indulgentias. *c. 12. h. t.* si nec habeant speciale privilegium, nec territorium proprium cum jurisdictione quasi Episcopali. 3. erigendo monasteria contra formam juris & Constitutionibus Pontificiis præscriptum, de quo vide Leur. *h. t. Q. 419. per totam.*

Q. 2. Quot modis peccent subditi contra suos Prælatos? Resp. Præter innumera delicta, quæ in superiores possunt committi, notantur maximè in *h. t.* seqq. 1. si subditi non observent festivitates, censuras, interdicta ab Episcopis lata; cùm adeo Religiosi etiam exempti quoad talia parere debeant *c. fin. h. t.* Trid. *Sess. 28. c. 12. de Regular.* 2. si beneficiatis assumatur Personatus, vel causa professionis mutetur. *c. 6. h. t.* 3. si plures Clerici, absque authoritate Episcopi erigant Collegium, constituant sigillum, aliáque Collegiorum jura sibi attribuant. *c. 14. h. t.* 4. si contra juramentum aut homagium Episcopo præstitum vel Dominum suum eum agent, vel coram judice sæculari illum conveniant. *c. 15. h. t.* 5. quando violatur clausura Monialium, de quo vide *c. un. de statu Regular. in 6.* Trid.

Sess.

Sess. 25. c. 5. de Regular. Constit. *Circa Pastorialis.* Pii V. Constit. *Decori.* ejusdem &c. item Pichler *h.t. n. 5. & seq.* Leur. *Libr. 3. Decretal. tit. 35.*

TITULUS XXXII.

De Novi Operis Nuntiatione.

Q. 1. *Quid sit, & quotuplex novi operis nuntiatio?* *Resp.* 1. Cùm tam prælati, quàm subditi peccare possint, pia loca aut domos ædificando in damnum vel præjudicium Ecclesiarum vicinarum, aliorúmve locorum piorum, hinc priori subjungitur titulus *de novi operis nuntiatione, quæ est legitima prohibitio, ne Ecclesia, monasterium, aliúdve opus novum exstruatur, aut exstructum immutetur, aut in cœpta exstructione vel immutatione pergatur, donec constiterit de ædificantis jure, aut præstita sit eo nomine satisdatio L. 1. §. 11. ff. h. t.* A Jure quidem civili ortum habet novi operis nuntiatio, ad cujus imitationem Canones jus prohibendi ædificium novum induxerunt, utì habetur in *c. 1. h. t.* in quo capitulo regula generalis statuitur, jus Civile Canonico, & contrà debere succurrere.

Resp. 2. Alia est operis novi nuntiatio *publica*, quæ à Magistratu; alia *privata*, quæ fit privatâ authoritate. Utraque est Vel *realis*, quæ fit per appositionem manûs, vel etiam (si in nostro ædificatum) opus destruendo. *L. 7. §. 3. ff. quod vi aut clam.* vel *verbalis*; dum solis verbis utimur.

Q. 2. *Quinam nuntiare opus novum possit, &*

cui

cui id nuntiari? *Resp.* ad 1. Nuntiare potest omnis de populo, si opus novum fiat in præjudicium Reip. *L. 3. §. ult. & L. 4. ff. h. t.* sin præjudicium privato, is, qui habet jus *reale* in eo loco, in cujus damnum ædificatur. *L. 1. §. 19. & L. 3. §. 3. ff. h. t.* vide Engel *h. n. 4.* ubi cautelam præscribit, ne ansa detur calumniosis denuntiationibus.

Resp. ad 2. Nuntiari potest omnibus, sive contra omnes, etiam contra superiorem opus novum molientem. *L. 8. pr. ff. h. t.* & vel ipsi in faciem, vel etiam eo absente fabris, opificibus, servis nuntiatio fieri potest. *L. 5. §. 3. ff. h. t.* modò fiat in vel prope locum, in quo fit opus novum. *L. cit. §. 2.* & modò opus sit novum, si enim ædificium vetus fulciatur, vel reficiatur formâ antiquâ non immutatâ, locum non habet nuntiatio. *L. 1. §. 2. ff. h. t.* nec locum habet, si opus jam sit perfectum, cùm tunc recurri debeat ad interdictum, *quod vi aut clam. L. cit.* nec, si non sit opus solo conjunctum vel conjungendum; unde si quis messem colligit, putat vineam, hæc nuntiatio non datur. *L. 1. §. 12. eod.* nec locum habet, si quis in suo ædificaverit. arg. *L. 8. C. de servit. & aq.* vicinus habeat in ædibus volentis ædificare servitutem urbanam &c. de quibus Engel *h. post. n. 1. ℣. excipiuntur.*

Q. 3. Quis sit effectus nuntiationis novi operis? *Resp.* 1. Facit, ut is cui nuntiatur, sive cui prohibetur opus novum, statim debeat desistere, quoad re examinata constet de ædificantis jure. *L. 8. §. 4. ff. h. t.* id nî fecerit, propriis impensis demo-

demoliri debet, quidquid ædificaverit. *L. 1. & 20. §. 1. ff. h. t.* sive dein fuerit Ecclesia in præjudicium alterius constructa. *c. 1. h. t.* sive etiam justè aut injustè ædificatum. *c. 1. cit. & cit. L. 20. §. 2.* Imò opus in eo, *quod possidemus*, factum propria authoritate in continenti potest destrui. *L. 27. ff. de serv. urb. præd.* Post nuntiationem verò, ubi ædificans perrexerit, licèt in fundo suo, potest nuntians propriâ authoritate ædificatum destruere, aut vi adhibitâ ab ædificando repellere. arg. *tot. tit. ff. quod vi aut clam.*

Resp. 2. Nuntiationis effectus cessat 1. si judex videat nuntiationem notoriè esse frivolam, aut injustam. *L. 20. princ. ff. h. t.* 2. si nuntiatus cautionem præstiterit de opere demoliendo iterum, si apparuerit jus ædificandi sibi nullum fuisse. *L. 20. §. 9. ff. h.* 3. morte nuntiantis, re adhuc integrâ. *L. 8. §. 6. ff. h.* 4. remissione à nuntiante nuntiato facta *c. 2. h. t.* §. si judex nuntiationem quam ipse fecit, revocavit, vel remisit ab alio factam. *L. 16. ff. h.* 6. si periculum in mora sit, & dilatio ædificii cessura sit in grave damnum volentis ædificare. Schmalzgr. *h. n. 34.*

TITULUS XXXIII

De Privilegiis & Excessibus Privilegiatorum.

Q. 1. *Quid sit privilegium? Resp.* Cum inter species excessuum numeretur etiam alteratio privilegiorum per *c. 7. h. t.* hinc de iis hic

agitur: definitur autem privilegium, quod sit ju
singulare in certæ alicujus personæ, rei, vel causæ fa
vorem ac gratiam à superiore constitutum; vel
ut Schmalzgr. ait *h. n. 2.* est *lex privata speciem*
aliquod beneficium vel favorem contra aut præter ju
concedens. n. 4. & seq. ostendit, quomodo à lege,
dispensatione, gratia, rescripto differat.

Q. 2. Quotuplex sit privilegium? *Resp.* Dividitur
1. in reale & personale. *Personale* est, quodimme
diatè & directè confertur alicui personæ certæ &
determinatæ in favorem ipsius, v. g. privilegium
non recitandi Breviarium. *Reale*, quod mediatè
tè tantùm confertur personæ, immediatè autem &
directè rei alicui à personâ distinctæ inhæret, sive
dein res illa sit locus, fundus, sive communitas,
dignitas. *Personale* cum persona expirat, *reale*
ad eos transit, apud quos res reperitur. In dubio
præsumitur esse *reale*, si favorabile sit; *persona*
le, si odiosum, *c. 15. & 28. de R. I. in 6.* 2. Di
viditur privilegium in *concessum motu proprio*,
quod independenter ab alterius precibus dem
vel si ad alterius preces sit concessum, clausulam
habet annexam: *motu proprio*, & in concessio
ad instantiam, quod ad supplicantis preces &
que dicta clausula est obtentum. Prius est plen
simæ interpretationis. *c. 4. de præb. in 6.* In pos
riori subintelligitur, *si preces veritate nitantur*
quâ deficiente ob vel subreptionis arguitur, *c.*
de rescript. 3. Dividitur in *clausum Corpori ju*
quod inter alias LL. Corpori Juris insertum
ùt privilegia Ecclesiarum, Ecclesiasticorum,

dioſorum: & in *ſpeciali conceſſione indultum*, vel certæ alicui perſonæ, vel Communitati, vel loco per diploma & literas ſpeciales. Clauſum Corpore juris tranſit in jus commune, fit illius pars, à judice ignorari non debet, eſt ordinariè perpetuum, recipit amplam interpretationem, quæ omnia ferè ſecus obtinent in privilegiis extra Corpus Juris. 4. Dividunt ulterius AA. privilegium in *commune & privatum*: in *affirmativum & negativum*, in *merè gratioſum, remuneratorium, & oneroſum*: in *per ſe primò & ad inſtar* conceſſum: in *favorabile & odioſum*: in *conceſſum contra, ultra, præter jus commune*. &c.

Q. 3. Quis concedere privilegia poſſit, & cui ea poſſint concedi? Reſp. ad 1. Omnis & ſolus, qui legem poteſt condere; quia privilegium eſt lex privata; in ſpecie *S. Pontifex* in materia ſpirituali indiſtinctè, in temporali per ſe & directè in territorio proprio: *Epiſcopi* & alii Prælati Papâ inferiores, per *c. 14. h. t.* non tamen contra jus commune, niſi id per conſuetudinem vel aliâ viâ obtinuerint, *Imperator*, *Reges*, & *Principes temporales* in ſua materia & ditione; alii Magiſtratus ſuperiorem recognoſcentes privilegia in iis tantùm dare poſſunt, in quibus & ipſi Leges vel ſtatuta condendi facultatem habent.

Reſp. ad 2. Privilegia *præter jus & merè conceſſiva gratiæ* etiam non ſubditis dari poſſunt; quia meram liberalitatem continent. Privilegia *contra jus* non niſi ſubditis. Ratio, quia diſpenſatio, quam involvit privilegium contra legem,

est actus jurisdictionis voluntariæ, quæ non nisi in subditum potest exerceri.

Q. 4. Qualiter in specie acquirantur privilegia?

Resp. 1. Ut dictum, *Concessione superioris legitimi*, ad quam tamen ut valeat, nec justa causa, nec inscriptura, nec promulgatio regulariter requiritur. Ratio, quia privilegium dependet unicè à voluntate superioris illud concedentis. Engel *hic* n. 1. ait, de stylo Curiæ Rom. & ex Regul. Cancell. 25. *de non judicando juxta formam supplicationis, sed literarum expeditarum.* gratias ante expeditionem dici *informes*, & nulli suffragari dispensationes (secundum nos *quoad forum externum*) sive in, sive extra judicium, antequam super iis literæ Apostolicæ sint confectæ. Ratio, quia quod S. Pontifex in signatura ad libellum supplicantis simpliciter concedit per verbum fiat, id in expeditione cum certis clausulis extenditur vel limitatur, Ad quæ porro privilegia scriptura requiratur vide Trid. *Sess. 23. c. 1. de ref. Sess. 25. de Regul. c. 5. Reg. 27.* Cancell. juxta ordinem à Clemente XI. observatum. *Extrav. 1. inter comm. de elect.*

Resp. 2. Acquiruntur privilegia *Communicatione*, dum superior privilegium, quod uni personæ vel Communitati simpliciter concessit, etiam ad aliam extendit: fit hoc dupliciter, vel *absolutè* & *pariformiter*, dum personæ vel Communitati superior communicat privilegium per se, & absque respectu ad alios, quibus id concesserat, Vel *ad instar* & *relativè* ad alios, quibus jam antè idem privilegium erat con-

sum, v. g. si Princeps dicat Mævio, *concedo tibi privilegium idem, quod Titio concessi.* Si fiat ad instar, *non per se*, & *non æquè principaliter*, sed *propter connexionem & accessoriè*, uti subinde communicantur privilegia Religiosorum eorum familiaribus, Dominorum servis, aucto vel imminuto, vel amisso respectu principalium privilegio, augetur, minuitur, amittitur in persona eorum, quibus communicatum est; quod secus est, si *ad instar directè, per se & æquè principaliter* concessum sit; & ultimo hoc modo Regulares Ordinum *Mendicantium* omnes habent *generalem* mutuam privilegiorum communicationem inter se, imò etiam, sed non mutuam, cum Religiosis Ordinum non Mendicantium. Vid. Pichl. *h. n. 13.* Reiffenstuel *n. 57. h.* Schmalzgr. à *n. 77. h.*

Resp. 3. Acquiruntur privilegia *Consuetudine vel præscriptione*, vel potiùs consuetudo & præscriptio non immemorialis tantùm sed etiam minoris temporis vim privilegii habere potest. *c. 13. de jud. c. 9. de off. jud. Ordin. c. 13. de for. compet. c. 26. ℣. præterea. de V. S.*

Q. 5. Qualiter in usu privilegiorum se gerat privilegiatus? *Resp.* 1. Nemo uti cogitur privilegio suo. *c. 6. h. t.* nisi sit privilegium toti alicui Communitati concessum *c. 12. de for. comp.* vel aliunde superveniat obligatio, utendi privilegio, ut exemplificat Pirh. *h. t. n. 125.* 2. Uti licet privilegio illimitatè concesso, si sit personale, etiam extra territorium concedentis; quia privilegium personale inhæret personæ, & concessio privile-

gii est actus jurisdictionis voluntariæ. 3. Uti potest privilegiatus suo privilegio, non obstante posterius privilegio, dum duo sunt privilegia tiquoad eandem rem, v. g. quoad non solvendas decimas; quia aliàs implicaret idem privilegium exemptionis duobus concedi. Item uti potest privilegiatus suo privilegio contra privilegiantem licèt sibi privilegia aliquo modo opponantur: si enim tantùm opposita sint quoad speciem, idest, si unum habeat imbibitam conditionem, nisi per altèra exempta sit, vel si unum sit speciale, alterum generale, patet, locum esse usui privilegii per *c. 34. de R. I. in 6.* Si utrumque est generale, vel utrumque speciale, præfertur privilegium superiore concessum, aut si concedentes eiusdem sunt potestatis, quod est antiquius. Pichl. h. n. 23. ex Haunold. Suarez &c. 4. Demum ex Engelh. n. 12. notandum, quòd, si privilegium ad instantiam privilegiarii vel procuratoris sui concessum est, die dati privilegii valeat, adeo ut ab hoc die privilegiatus super decimis non solvendis possit fare; quia quando privilegiatus supplicat & superior concedit, jam adest consensus mutuus perfecta donatio; secus autem est, si vel proprio, vel ad instantiam tertii alicujus absmandato privilegiati fuerit concessum, tunc ante acceptationem, sicut alia quævis donaeffectum non habebit. *L. 10. ff. de donat. c. 17 præh. in 6.*

Q. 6. Quæ interpretatio & quæ extensio legiis fieri possit? Resp. ad primum 1. In

tatione privilegii ſervari debet proprietas verborum. Ratio, ne aliàs in privilegiis nihil ſit firmum. 2. Nunquam ita ſtrictè fieri debet interpretatio, ut ſit inutile. *L. 5. C. de LL.* quia non decet, Principem vanam & fruſtraneam actionem facere. 3. Privilegium merè favorabile, & in nullius præjudicium cedens latè eſt interpretandum, licet lata interpretatio fortè in præjudicium concedentis cedat. *c. 15. de R. I. in 6.* 4. Privilegium odioſum, quale eſt derogans juri communi, vel ſtatuto & conſuetudini juri communi non contrariæ, vel cedens in præjudicium tertii, ſtrictæ eſt interpretationis. *c. 15. cit.* Limitationes vide apud Pichl. *h. t. n. 16.*

Reſp. ad ſecundum 1. Privilegium, favorabile licèt non extendi poteſt ad alios, quàm qui in eo expreſſi ſunt vel formaliter, vel *virtualiter* ſaltem. Ratio, quia vis privilegii pendet ex intentione concedentis, hæc ſignificatur per verba, ergo ultra verborum proprietatem fieri nequit extenſio. 2. Præcedens ratio probat, quod etiam extendi non poſſit privilegium ad caſus alios aut perſonas, pro quibus ſimilis vel efficacior ratio militat.

Q. 7. Quomodo ceſſent aut amittantur privilegia? Reſp. 1. Per *interitum perſonæ privilegiatæ*, ſi eſt perſonale *c. 7. de R. I. in 6.* per *interitum rei totalem*, & absque ſpe reædificationis factum, ſi eſt privilegium reale. *c. 25. de V. S. in fin. c. 2. de Religioſ. dom.* Per *mortem concedentis*, etiam re integrâ, non amittitur privilegium regulariter.

9. de off. deleg. in 6. c. 36. de præb. in 6. nisi gratia fit modò *facienda*, v. g. per Executores. Engel *h. n. 15.* 2. Per *lapsum temporis*, pro quo concessum, vel si non impleta, nec implenda sit conditio, sub quâ concessum. *c. 4. de off. deleg.* 3. Si *cesset contrariè causa finalis*, & privilegium deroget juri vel communi, vel alicujus tertii, simúlque actum habeat successivum, cessat eo ipso etiam privilegium, licet necdum obtinuerit effectum integrum. *c. 60. de appell. c. 12. de Cler. non resid.* 4. Per *renuntiationem liberam expressam* privilegiati, si privilegium in ipsius solius favorem concessum sit, amittitur privilegium. *c. 6. h. t.* 5. Per *renuntiationem tacitam*, quæ fit *non usu vel usu contrario*; & quidem amittitur privilegium per *non usum omissivum*, id est, si fuit occasio privilegio utendi, & tamen quis illo usus non est, licet sub *conditione usûs concessо.* arg. *L. penult. C. de servit. L. un. ff. de nund.* eodem modo per non usum amittitur privilegium affirmativum, non per viam præscriptionis, quàm tacitæ renuntiationis, si illud privilegium in aliorum gravamen redundat. arg. *L. 6. ff. de servit. Præd. Urb.* Per *actum contrarium*, seu per actum repugnantem non quidem amittitur privilegium affirmativum, non huic tantùm sit contrarius non usus; nec privilegium negativum merè favorabile, v. g. non jurandi, quia amissio hujus per usum contrarium non probatur; amittitur tamen per usum contrarium, vel viâ præscriptionis, vel tacitæ renuntiationis, privilegium negativum aliis onerosum

quale est non solvendi decimas. Pirh. *h. t. n. 178.* 6. Per *abusum privilegii*, vel extendendo illud ad non concessa, vel sumendo exinde ansam in concessione indulti intentum, amittitur privilegium, non tamen ipso facto *regulariter*, sed per sententiam. Ratio, quia *can. 7. dist. 74. c. 24. h. t. c. 45. de sent. excommun.* solùm dicitur, abutentem mereri amittere privilegium. Excessus sive abusus ejusm. recensentur in *c. 3. 5. 10. 11. h. t. c. 8. in 6. Clem. 1. eod.* 7. Per *revocationem expressam, vel tacitam* privilegiantis, ejúsve successoris aut superioris privilegiato intimatam. *c. 1. de Constit. in 6. c. 1. & . de R. I.* Pichl. *h. n. 25.* & *n. 26.* ait, illa privilegia Regularium ipsis ante Trid. concessa, per hoc censeri revocata, quæ decretis Tridentini adversantur, saltem si his illa decreta expresè derogent. Trid. *Sess. 25. c. 20. fin. & c. 22. de Regular.* Damnata ab Alex. VII. *Regulares possunt uti privilegiis, quæ sunt expresè revocata à Conc. Trid.* Non tamen illa, quibus per nullam clausulam derogatoriam vel revocatoriam derogant decreta Trid. ita præter rationes praxis probat. Agit hìc Engel à *n. 22. ad fin.* de privilegio exemptionis à Jurisdictione Episcopi vel Ordinarii, qui videri potest.

TITULUS XXXIV. & XXXV.

De Purgatione Canonica, & Vulgari.

Q. 1. *Quid sit Purgatio Canonica, & quomodo fiat? Resp.* Ne quis de crimine vel excessu, de quibus hactenus, condemnetur innocens, agitur hic de *Purgatione*, *quæ est ostensio innocentiæ de objecto crimine*; si est ostensio innocentiæ super objecto crimine *secundùm præscriptum Canonum*, dicitur *Purgatio Canonica*; si est ostensio innocentiæ, vel probatio criminis *ex superstitiosa observatione*, *vulgi moribus introductâ*, dicitur *Purgatio Vulgaris*, quæ prohibita est, & de quâ postea.

Resp. 2. Olim fiebat purgatio Canonica vel per judicium S. Crucis, vel per juramentum non ab Accusatore, quàm à Reo præstitum ad sepulchra vel Reliquias Sanctorum. *can. 6. 7. 8. caus. 2. q. 5.* vel per susceptionem Eucharistiæ, aut Missæ celebrationem. *can. 25. & fin. caus. & q.* Hodie dum justis de causis modi illi se purgandi sublati sunt, observatur forma *c. 5. h. t.* vi cujus accusatus, *aliàs honestæ vitæ*, aut publicè diffamatus de crimine, cujus convinci nequit, & quod tamen aliter dilui non potest, tactis Ss. Evangeliis jurare debet de innocentiâ suâ, etiamsi Episcopus esset. 2. Debet adhibere *compurgatores*, pro qualitas personæ, vel criminis exigit, plures aut pau-

pauciores, qui juramentum credulitatis de innocentia rei deponant. 3. Juramentum utrumque alius, quàm judex competens, qui judicare aliàs de crimine posset, nequit exigere. *c. 6. 10. 15. h. t.* &c. Vid. Schmalzgr. à *n. 9. h. t.*

Q. 2. Quis sit effectus Purgationis Canonicæ? *Resp.* 1. Si debitè & legitimè sit facta, absolvendus est ita se purgans non tantùm ad suspensione ab officio & beneficio, sin illa ob crimen objectum, vel scandalum ab initio fuit inflicta, sed etiam ab ipso crimine objecto; & infamia ex crimine objecto proveniens hoc ipso tollitur: ac ordinariè accusatus semel de crimine factâ desuper legitimâ purgatione de eodem denuò nequit accusari. Leur. *h. t. Q. 467. & 468.*

Resp. 2. Si verò diffamatus deficiat (quod potest variè contingere,) habetur pro convicto, potéstque judex secundùm multos etiam pœnam ordinariam tali Reo infligere. Schmalzgr. *n. 40.*

Q. 3. Quid de Purgatione Vulgari dicendum? *Resp.* 1. Definitio data est *h. tit. n. 1.* Fieri solebat vel per ignem, vel aquam ferventem, vel frigidam, vel per monomachiam. 2. Quatuor illi modi se purgandi sunt certò tum de jure naturali, tum positivo illiciti; quia præter gentilitatis ritus continent Dei tentationem. 3. Ex eadem ratione illi actus illiciti sunt, in quibus miraculosa divinæ virtutis operatio exspectatur. 4. Nec cruentatio cadaveris sufficiens probatio est, occisum esse hominem ab eo, ad cujus præsentiam sanguis profluit, cum id potius casui sit,

tri-

tribuendum. §. Licèt cautè sit procedendum, & res sit periculosa, videtur tamen provocatio ad divinum tribunal debito modo & fine facta licere. Patet *Gen. 16. 1. Reg. 24.* ratio, quia per talem provocationem debitè factam appellatur ad judicem superiorem. 6. Id postremò hìc notandum, quòd sententia ex purgatione vulgari lata post fatalia appellationis possit retractari. *c. 8. de purg. Can. c. 6. de except. tot. tit. C. de fals. instrum. L. 4. C. de sent. & interloc.*

TITULUS XXXVI.

De injuriis & damno dato.

Q. 1. *Quid sit injuria & quotuplex?* Resp. 1. Injuria, quacum subinde fiunt delicta, vel sumitur *generaliter* pro omni eo, quod contra alium non fit justè, vel *specialiter*, & est delictum *quo alterius honor aut existimatio dolo malo laditur.* Unde si dolus, sive animus injuriandi absit, injuria non committitur, v. g. siquis in colloquio verbum quodpiam ad alterius injuriam pertinens inconsideratè profert, vel siquis vi statûs sui quid injuriosum dicat aut faciat v. g. præceptor respectu discipuli, cessabit actio injuriarum. *§. 11. Inst. h. t. L. 3. §. 1. & 3. ff. eod.* Cæterùm. in dubio animus injuriandi præsumitur ex verbis aut factis. *L. 5. C. h. t.*

Resp. 2. Injuria alia est *verbalis*, quando alicui vel præsenti vel absenti convitium fit, sive falsum sit

sit crimen, sive verum, dum non intereſt Reip. id propalari. *ſ. 1. Inſt. h. t. L. 15. ſ. 7. & ſeq. ff. L. 10. C. de injur.* quò etiam reducitur, quæ fit *ſcripto* & *libellus famoſus* nominatur. Alia *realis*, quæ facto aliquo irrogatur, ut ſiquis alterum pulſet, domum ejus vi introeat &c. *L. 5. & 15. ſ. 27. ff. h. t.* Deinde poteſt injuriam quis inferre per ſe ipſum & immediatè, vel mediante aliâ perſonâ, eáque poteſt eſſe vel *gravis*, vel *levis* &c.

Q. 2. Quinam inferre aut pati injuriam poſſint? Reſp. ad 1. Inferre injuriam poſſunt ſoli & omnes doli capaces. *L. 3. ſ. ff. h. t.* etiam Magiſtratus. *L. 32. ff. eod.* etiam Orator Eccleſiaſticus. arg. *L. cit.*

Reſp. ad 2. Pati poſſunt injuriam homines quicunque, licèt ſint uſu rationis deſtitui. *L. 3. ſ. 1. ff. h. t.* imo & quis injuriam pati poteſt mediante aliâ perſonâ immediatè injuriatâ, quæ ſibi conjuncta poteſtati ſuæ vel affectui ſubjecta eſt, ita ut talis etiam nomine proprio actionem injuriarum poſſit inſtituere. *ſ. 1. Inſt. L. 1. ſ. 3. & 5. L. 15. ſ. 48. ff. h. t. c. 21. de ſent. Excomm. in 6.*

Q. 3. Quænam actio in foro externo detur injuriato contra injuriantem? Reſp. 1. Præterquam quod teneatur injurians in conſcientia ante omnem judicis ſententiam reparare honorem; hic adverſus injuriantem habet tam actionem Criminalem juxta *ſ. 10. Inſt. h. t.* quàm *Civilem*, eámque vel *pœnalem ex Jure Prætorio* ortam, quæ & *æſtimatoria* dicitur, quâ læſus petit, ut ſibi reus perſolvat æſtimationem injuriæ? vel *Civilem pœnalem*

nalem ex L. Cornelia deſcendentem, quâ vindicatur quædam injuriæ reales. §. 8. *Inſt. & L. 5. pr. ff. h. t.* datúrque vel ad æſtimationem injuriæ pro læſo, vel ad mulctam pecuniariam pro fiſco, vel ad afflictivam corporis. *L. cit.* Vel denique habet injuriatus actionem *Civilem rei perſecutoriam*, hoc eſt, *recantatoriam*, ſive *ad palinodiam*, in conſuetudo habet. 2. Actio Civilis pœnalis & criminalis non cumulativè datur, ſed disjunctivè; quia utraque refertur ad eundem finem, ſcil. punitionem; recantatoria tamen cum civili, vel criminali cumulari poteſt. arg. §. 1. *Inſt. ſi quadrupes pauper.* 3. Actione *ad palinodiam* juxta multos exceptâ, omnis actio injuriarum eſt perſonalis, famoſa tamen. §. 10. *Inſt. h. t.*

Q. 4. *Quibus modis tollatur ſeu ceſſet actio injuriarum? Reſp. Morte* tam injuriantis, quàm injuriati, ſi hæc contingat ante litem conteſt. *L. 13. pr. ff. h. t.* niſi ſimul damnum ſit datum, hoc enim pro viribus hæreditariis ab hæredibus eſt reſarciendum. *c. fin. de ſepult. c. 5. de rapt.* 2. *Remiſſione ſeu condonatione*, eáque vel expreſſa per *L. 17. §. 12. ff. h. t.* ubi & dicitur, quinam loco aliorum injuriam remittere poſſint; vel tacitâ §. *fin. Inſt.* & *L. 11. §. 1. ff. h. 3. lapſo unius anni*, ſi intentata ſit actio criminalis. *L. 5. C. h. t.* 4. *Satisfactione* pro injuria, *L. 17. §. 1. ff. h.* aut *transactione* & *pacto L. 11. §. 1. ff. eod.* 5. *retorſione*, dum ſcil. injuria verbalis honoris cujus di causâ per modum defenſionis naturalis & moderaminis inculpatæ tutelæ in continenti in ipſum injuſ-

injuriantem retorquetur, v. g. dicendo, eum esse mendacem, vel mentiri ùt furem, aut esse talem, qualem te dicit: & hæc retorsio licita est arg. *L. 3. ff. de I. & I.*

Q. 5. Quid de damno dato, secundà hujus tit. parte dicendum? Resp. Per damnum datum *hìc & in Inst, ff. ac Cod. ad L. Aquil.* non intelligìtur illud, quo quis cum lucro suo alterius rem aut patrimonium imminuit, sed intelligitur imminutio rei vel patrimonii alterius per injustam corruptionem & deteriorationem, absque commodo & lucro damnificantis. Si damnum datum sit *ex vero delicto*, dolo scil. vel culpâ propriâ, prodita est famosa *actio L. Aquiliæ*; sin ex *quasi delicto*, succurritur per *Leges Noxales*, quæ dant *Actionem de Syndicatu, vel malè judicati* vel *actionem in factum* contra judicem ex errore aut malitiâ malè judicantem: *Actionem de dejecto vel effuso* contra habitatorem domûs: *actionem positi vel suspensi* contra ponentem vel suspendentem aliquid cum periculo commeantium: *actionem in factum* contra cauponem, nautam, stabularium: *actionem quadrupedariam* contra dominum animalis irrationalis, quod alteri damnum intulit. 2. Inferri damnum potest dolo, culpa, eáque vel latâ, vel levi, vel levissimâ, & demum fortuitò. 3. Ad compensandum damnum, ex mero *casu fortuito* ortum in nullo foro *per se* quis obligatur. *c. un. de Commod. L. 1. §. 4. ff. de O. & A.* 4. Ad compensaudum damnum ex *dolo malo* aut ex *culpa non juridica* tan-

tantùm, sed etiam *Theologicâ* saltem *gravi*, proveniens datur obligatio in utroque foro ante omnem sententiam: patet ex jure naturali. 5. Ad compensandum damnum ex *culpa mere juridicâ* vel ex *quasi delicto* non datur obligatio in conscientia *ante sententiam judicis.* Ratio, quia non ostenditur, unde talis obligatio nascatur. Vid. Pichl. *h. t. n. 15.* quod tamen post sententiam judicis obligatio in & pro conscientia detur, probabiliùs defenditur cum cit. Pichl. *h. n. 17.*

Q. 6. Utrùm repressaliæ sint licitæ? Repressaliæ græcè *Androlepsiæ.* latine *pignorationes* sunt, si res & bona alicujus, vel etiam persona, capiuntur pro delicto aut debito alterius. 2. *Generaliter* hæc sunt illicitæ & prohibitæ in *c. un. h. t. in 6. Nov. 82. c. 1.* ubi injuriis annumerantur. Ratio, quia non est æquum, ob culpam & crimen alterius pœnam innocenti infligi. 3. In casibus particularibus & conditionibus certis concurrentibus licitæ esse possunt, si nim. fiant authoritate Principis, & juxta Schmalzgr. *h. n. 111.* & alios passim, talis, qui bellum possit indicere; si fiant prævia monitione ad compensandum damnum acceptum; nec directè & per se in *personas* innocentes. *cc. cit.*

TITULUS XXXVII.

De Pœnis.

Q. 1. *Quid & quotuplex sit pœna?* Resp. 1. Pœna, quæ est pedissequa delicti, est justa de-

delicti coërcitio. Quam definitionem latiùs explicant Pichl. & Schmalzgr. uterque *h. n. 2.*

Resp. 2. Civilistæ dividunt pœnam in *Conventionalem*, quàm solvere tenetur is, qui contravehit contractui, altero eum observante. *c. 4. de arb.* ubi & notetur *c. 9. h. t.* & in *Legalem* à LL. scil. introductam. Legalem in *Civilem*, quæ privatum interesse spectat; & *Criminalem*, quæ respicit interesse publicum; hanc in *Capitalem*, quæ adimit vitam vel *Civilem*, tollendo scil. libertatem aut civitatem, vel *naturalem*, per gladium, suspendium, ignem, objectionem bestiarum, submersionem in aquis, vel per rotam. Et in *Non-Capitalem*, quæ ad capitis periculum non pertinet, quò spectat relegatio, fustigatio, mutilatio, carcer, confiscatio bonorum &c. quamvis hodie plerumque pœnæ Civiles dicantur illæ, quæ non sunt directè corporis afflictivæ; criminales, quibus agitur ad pœnam corporis afflictivam: & hæ criminales dividuntur dein in Capitales & non Capitales. Item pœna Legalis alia est *Ordinaria*, alia *Extraordinaria*: De jure Can. dividuntur pœnæ in *Vindicativas* & *Medicinales*: in *spirituales* & *temporales*: in *positivas* per actionem aliquam vel delinquentis vel alterius infligi solitas, qualis esset solutio pecuniæ, verberatio; & in *privativas*, sine tali actione solitas infligi: in *ferendæ sententiæ*, quæ primùm à judice infligi debent, & *in latæ sententiæ*.

Q. 2. Quis, qualem pœnam, & cui teneatur imponere? Resp. ad 1. Judex competens delinquen-

si *per se* tenetur infligere pœnam delicto statutæ à LL. vel Canone, vel consuetudine. *L. 1. §. 4. ff. ad S. C. Turpill. can. 3. dist. 4.* aut si determinata non sit à Jure, arbitrariam, quæ quandoque ad pœnam mortis extendi potest. Engel. *h. t. n. 2.* Deinde Princeps supremus habet jus aggratiandi tum in delictis contra Legem suam L. 24. *ff. de LL.* tum in delictis contra Leges V. T. inquæ fuerunt merè judiciales, & per N. Tabellæ *c. un. de purif. post part.* Jus aggratiandi etiam competit vel ex consuetudine vel ex privilegio statibus Imperii in delictis contra LL. communes, quas vi superioritatis territorialis immunitati facultatem habent.

Resp. ad 2. Imponi possunt pœnæ soli homini delinquenti (regulariter *ob. L. 5. §. 1. C. ad L. Jul. Majest. c. 10. & 12. h. t. c. 10. de hæret. c. 13. eodem in 6.*) Ratio, quia delicta tenere debent suos auctores; Imò jam mortuo *subinde* pœnæ, id minùs propriè dictæ, imponuntur, uti patet ex *12. de sepult. c. 8. de hæret. L. 20. ff. de accus. fin. ff. & L. fin. C. ad L. Jul. Mai.*

Q. 3. *An pœnæ, præsertim Canonicæ in conscientia obligent ante, an post judicis sententiam?* Resp. Pœnæ *ferendæ sententiæ*, ùt ex terminis constat ante sententiam non incurruntur. Idem Pirh. ait *h. t. n. 8.* de pœnis *conventionalibus.* Ratio dat, quia pacisentes, dum non clarè exprimunt velle se, deberi pœnam ante omnem sententiam censentur sequi naturam & regulam pœnarum *ris communis.* 2. Pœnæ *latæ sententiæ*, si

sunt; etiam non incurruntur ante sententiam, saltem criminis declaratoriam. Ratio, quia contrarium ex nullo jure probari potest. 3. Pœnæ *latæ sententiæ* si *privativæ* sunt, privantes jure jam *quæsito* eodem modo non incurruntur ante sententiam declaratoriam. *c. 19. de hæret. in 6.* exceptis *per tit. de sent. Excom.* & *can. si quis suadente. 29. caus. 17. q. 4.* censuris, irregularitatibus, inhabilitatibus, impedimentis &c. 4. Pœnæ privativæ Juris *quærendi*, v. g. reddendo inhabilem ad beneficium, adimendo fructus ob non emissam fidei professionem incurruntur absque omni sententia. Ratio, quia Leges hujusmodi pœnam irrogantes sunt conditionales adeóque conditione non impletâ jus nunquam potest absolutè obtineri.

Q. 4. Quænam sint in specie pœnæ fori Ecclesiastici, sive pœnæ Canonicæ? Resp. 1. De pœnis fori interni agetur *Tit. seq.* de *Medicinalibus Tit. de Sent. Excomm.* Vindicativæ spirituales pro foro externo sunt seq. *1. Irregularitas*; & hæc est impedimentum Canonicum primò, per se, & directè impediens susceptionem Ordinum & susceptorum usum, consequenter etiam obtentionem beneficiorum. *c. fin. de rescript. in 6.* quibus tamen habitis non privat ipso jure. *c. 10. de excess. Præl.* Deinde oritur vel ex *delicto*, quod debet esse externum, consummatum, & ex objecto ac materia grave; cujusmodi sunt iterare baptismum; suscipere Ordines in censura, furtivè, per saltum, sine dimissoriis, ante legitimam ætatem; patra-

re homicidium &c. Vel ex defectu natalium, originis, libertatis, ætatis, corporis, mentis, famæ, significationis Sacramentalis, lenitatis &c. Demum irregularitas ex delicto probabiliter incurritur etiam à non sciente, specialiter prohibuisse delictum Ecclesiam, aut ignorante irregularitatem esse annexam. *c. 9. de Cler. excomm. ministr.* Ratio, quia irregularitas non est principaliter & propriè pœna, sed inhabilitas in reverentiam Ss. Eucharistiæ & decentiam statûs clericalis statuta. An irregularitas incurratur à dubitante, utrùm actus à se commissus obnoxius sit irregularitati, vide superiùs dicta, & c. 12. & 18. *de homicid. Secunda* Pœna Juris Can. est *privatio beneficii*, quæ est ejus & fructuum amissio aut ipso jure statuta, uti in *c. 12. h. t. c. 5. eod. in 6.* Clem. 1. eod. vel per *judicis sententiam* statuenda in casibus à jure expressis : quâ tamen in re praxis Curiarum attendenda. *3. Depositio simplex*, quæ est pœna Ecclesiastica Clericis solis propria, quâ quis vel ab Ordine, scil. quoad exercitium, vel à Beneficio ita ut plenè amittatur, simúlque ad idem & ad illa inhabilitetur, vel ab officio v. g. jurisdictionem ab omnibus simul per sententiam removetur ad perpetuum. Infligitur hodie propter crimina valde scandalosa, *Wiestn. h. t. n. 75. 4. Degradatio*, quæ est pœna gravissima, quâ Clericus ob incorrigibilitatem & criminis atrocitatem solemniter non tantùm Ordine, Beneficio, Officio Ecclesiastico, sed ipso statu Clericali, sive privilegiis *fori & Canonis* privatur, & traditur Curiæ secu-

sæculari secundùm Leges puniendus. Alia est *verbalis*, alia *realis*, cujus solennitas in *c. 27. de V. S. c. 2. h. t. in 6. c. 1. de hæret. in 6. Trid. Sess. 13. c. 4. de reform.* describitur. Merentur illam crimina certa atrociora, de quibus exempla habentur in *c. 9. & de hæret. & 4. eod. in 6. c. 7. de crim. falsi. can. 18. caus. 11. q. 1. c. 1. de homicid. in 6.*

Resp. 2. Pœnæ temporales tum corporis tum animi afflictivæ de jure Can. sunt seq. *1. infamia*, de qua Schmalzgr. *h. t. à n. 165. ad 177. 2. multa pecuniaria*, quam à Judice Ecclesiastico subinde infligi posse praxis, ratio, authoritas Canonum suadet. *3. condemnatio in expensas litis* à victo præstandas, si victor petiit, & cætera concurrant, quæ in *c. 4. h. t. L. 79. ff. de jud. c. 7. de injur.* continentur. *4. confiscatio bonorum* juxta *c. 10. de hæret. c. 19. eod. in 6. c. 26. de V. S. 5. Incarceratio*, quæ nonnunquam custodiæ, aliàs pœnæ locum habet, etiam respectu Clericorum per *c. 3. h. t. in 6.* 6. *Detrusio in monasterium*, *flagellatio* vel *verberatio* recesserunt ex usu, *exilium* tamen sive *Relegationem extra diœcesin* judex Ecclesiasticus decernere potest. Vid. Schmalzgr. *h. n. 205.*

TITULUS XXXVIII.

De Pœnitentiis & Remissionibus.

Q. 1. *Quid nomine Pœnitentiæ veniat? Resp.* Post pœnas fori externi, agitur de pœnis

fori interni, seu pœnitentialis: porro Pœnitentia sumitur tripliciter, 1. Pro *virtute speciali*, quatenus est detestatio & dolor de peccatis, prout hæc sunt offensa Dei. 2. Pro *Sacramento Pœnitentiæ*, si interno dolori confessio coram Sacerdote, hujusque absolutio accedat. 3. Pro *Satisfactione*, si accedat opus pœnale.

Q. 2. *Quid specialiter de Sacramento Pœnitentiæ dicendum? Resp.* Pœnitentiæ Sacramentum à Canonistis definiri solet, quòd sit Sacramentum, quo peccata post baptismum commissa, & cum dolore ac detestatione debitâ legitimo Ministro manifestata per virtutem clavium seu absolutionis Sacramentalis delentur quoad reatum culpæ potissimùm. Unde 1. conformiter scripturæ Sacræ, *20. CC. Later. Flor. & Trid. sess. 7. can. 1. sess. 14. can. 1.* datur Sacramentum pœnitentiæ, idque à Baptismo distinctum, ùt patet ex *Act. 8. 1. Cor. 5. Flor. Trid. sess. 14. can. 2. Ss. PP.* à Christo Domino immediatè (per modum judicii) institutum, non tantùm quoad partem suam formalem, sed quoad potestatem absolvendi à peccatis, sed etiam quoad partes materiales, quæ sunt *dolor, confessio peccatorum, & satisfactio.* Catholici omnes cum Trid. *sess. 7. can. 1. & sess. 14. cap. 1. & can. 2.* Primum Requisitum ex parte Ministri ad valorem Sacramenti Pœnitentiæ est approbatio, sive judicium & testimonium de idoneitate ad recipiendas confessiones ab Episcopo datum in ordine ad absolvendos à mortalibus sæculares, & ad absolvendas Moniales ita necessarium, ut absque

que ea nec licitè, nec validè absolutio detur. Trid. *sess. 23. c. 15. de ref. & Constit. Gregor. XV.* 3. Alterum requisitum ex parte Ministri est *jurisdictio*, seu potestas in actu secundo data, quâ quis super alios constituitur tanquam subditos in ordine ad absolvendum, eáque vel *Ordinaria* est, vel *delegata*, Trid. *sess. 14. c. 6. & 7.* & quia jurisdictio non solet ab Ecclesia concedi illimitatè, sed cum exceptione certorum peccatorum, quæ Superior suæ absolutioni reservat, hæc dicuntur *casus reservati*, à quibus directè & per se absolvere non potest nisi reservans, vel ejus superior, aut quibus hi potestatem hanc delegant, aut quibus jus vel speciale privilegium eam indulget. Patet per se. Religiosi Mendicantes habent quidem facultatem à casibus Papalibus extra Bullam Cœnæ, non tamen à reservatis in Bulla Cœnæ, nec ab Episcopalibus absolvendi. *Urban. VIII. Constit. 17. Novembr. 1628.* Alex. VIII. damnans hanc propositionem 12. *Mendicantes possunt absolvere à casibus Episcopis reservatis, non obtentâ ad id eorum facultate.* 5. Jure divino obligantur omnes Christi fideles post baptismum lapsi ad confessionem peccatorum mortalium. Trid. *sess. 14. c. 5.* non tamen statim, ùt peccârunt. *c. 12. h. t.* Jure positivo singulis annis semel. Trid. *sess. 14. c. 5. & can. 8. de sacram. Pœn. & c. 12. h. t.* ubi & pœnæ in negligentes confessionem annuam statuuntur. Per confessionem scienter invalidam præcepto huic non satisfit. *Alex. VII. in damn. propos.* 14. nec per ignoranter invalidam. arg. *L.*

30. ff. de Testam. tut. Pichl. hìc. n. 16. agit de sigillo confessionis, quod juxta omnes strictissimè obligat ex ipsâ rei naturâ. &c.

Q. 3. *Quid statutum sit specialiter in hoc Tit. de Pœnitentia, quatenus est satisfactio pro peccato? Resp.* 1. Pœnitentia sic considerata, si *Sacramentalis* est, est opus bonum pœnale à Confessario impositum pœnitenti in pœnæ temporalis, ex peccato residuæ, compensationem, ut justitiæ divinæ aliquo modo satisfiat. Trid. *sess.* 14. c. 1. *Non Sacramentalis* illa est, quæ à pœnitente hoc te suscipitur, vel à legitimo superiore extra Sacramentum imponitur. Sacramentalis propriè est hujus loci. 2. Pœnitentia dividitur in *publicam*, & *privatam*; publica in *solennem* & *non solennem*. 3. Quòd Confessarius teneatur aliquam pœnitentiam injungere, eámque secundum circumstantias proportionatam, habetur Trid. *sess.* 14. c. 1. de *Pœnit.* 4. Pœnitentia occidentis Presbyterum dictatur *c.* 2. *h. t.* Medici non monentis ægrotum de confessione facienda, *c.* 13. *h. t.* de muliere, quæ prolem ex adulterio suscepit, aut partum alienum inscio marito sibi suppositit, dictum est *X. Tit.* 16. *hoc Libr. Q.* 3. *Resp. ad* 1. *X.* ubi reperit. & habetur *c.* 9. *h. t.*

Q. 4. *Quid in secunda rubricæ parte per Remissiones intelligatur? Resp.* 1. Duplex est Remissionum genus in Ecclesia, unum culpæ, quod maximè fit per absolutionem Sacramentalem, alterum pœnæ, quod fit vel per impositionem satisfactionis in Sacramento pœnitentiæ, vel extra illud

illud per *indulgentias*, quæ ita definiuntur: *Relaxatio pœnæ temporalis, pro peccatis actualibus remissis debitæ, per applicationem meritorum Christi & Sanctorum.* 2. S. Pontifex potest concedere indulgentias, eásque vel *plenarias* vel *partiales*, vel *reales*, vel *locales*, vel *personales*, tam *pro vivis* per modum absolutionis, quàm *pro defunctis* per modum suffragii seu solutionis, potestate dispensandi thesaurum Ecclesiæ à Christo acceptæ *Matth. 16. Extrav. inter Com. h. t.* éstque indulgentiarum usus in Ecclesia antiquissimus, ùt constat ex *Extrav. 1. h. t. Trid. sess. 25. in Decret. de indulg.* ex traditione, praxi Ecclesiæ, CC. PP. utì ostendunt Bellarm. *L. 4. de pœnit. c. 3.* Suar. D. 49. *sect. 2. de Pœn.* qui *n. 3.* usum indulgentiarum ab ipsis Apostolis derivari colligit ex *2. Cor. 2. V. 10.* Quid Prælati Papâ inferiores in concedendis indulgentiis possint, attendi debent privilegium & consuetudo. Vid. Schmalzgr. *h. à n. 123.* 4. Ut indulgentiarum concessio, etiam à S. Pontifice facta, sit *valida*, requiritur justa causa specialis; qualis est exaltatio Ecclesiæ, extirpatio hæresum &c. & non sufficit generalis illa, liberandi scil. animas à pœnis temporalibus, à fine indulgentiarum indistincta, *c. 14. h. t.* ratio quia Papa non est Dominus, sed dispensator tantùm thesauri Ecclesiæ. Quid ad lucrandas indulgentias requiratur, vid. La Croix *tom. 6. n. 1301. Resp.* 3. 5. *Jubilæum* est species indulgentiæ plenariæ, quæ præter plenissimam pœnæ pro peccatis adhuc debitæ remissionem alias quoque gra-

tias continet, facultatem nim. eligendi Confessarium quemcunque approbatum ab Episcopo, dispensandi in votis, absolvendi à censuris, de hoc vid. Schmalzgr. *h. à. 140.* qui *num. seqq.* plures, easque utiles quæstiones de Jubilæo resolvit.

TITULUS XXXIX.

De Sententia Excommunicationis, Suspensionis & Interdicti.

Q. 1. *Quid ex quotuplex sit Censura in genere?*

Resp. ad 1. Censura, de quâ utpote pœnâ Medicinali post Vindicativas agitur, est *Pœna spiritualis & medicinalis, per quam homini baptizato & delinquenti per potestatem Ecclesiasticam auferetur usus quorundam bonorum spiritualium*, quæ scil. sunt communia fidelibus, publica, & extrema. arg. *Matth. 18.*

Resp. ad 2. Censura essentialiter & adæquatè dividitur in 3. species, Excommunicationem, Suspensionem, & Interdictum. *c. 1. h. t. in 6. l. 20. de V. S.* Accidentaliter quælibet ex his 3. dividitur in Censuram *juris*, quæ per Ss. Canones, Constitutiones, & statuta Ecclesiastica infertur; & *hominis*, quæ à judicè sive Prælato Ecclesiastico per modum mandati vel sententiæ judicialis fertur. Iterum Censura alia *est latæ*, aliæ *ferendæ sententiæ*. Exempla vide apud Busenbaum *de Censur. c. 1. dub. 2.*

Q. 2.

Q. 2. Quis & in quem ferre Censuram possit? *Resp.* ad 1. Quòd à Christo relicta sit potestas in Ecclesia, censuras ferendi, probatur ex *Matth. 18.* & fusè *La Croix h.* à *n. 2.* deinde omnis & solus ferre Censuram potest, qui habet jurisdictionem Ecclesiasticam in foro *externo*, vel ordinariam, uti Papa, Episcopus, Capitulum Sede vacante, Vicarius Generalis, Nuntius Apostolicus, Abbates habentes jurisdictionem quasi Episcopalem &c. vel qui habet jurisdictionem delegatam. Vid. Schmalzgr. *h. à n. 13.* Hæc tamen potestas laicis aut fœminis delegari non potest, quia incapaces sunt jurisdictionis Ecclesiasticæ & spiritualis. arg. *c. 10. de pœnit. & remiss.* Pichl. *h. n. 4.* tenet ex plenitudine potestatis Pontificiæ fœminis potestatem censurandi delegari posse.

Resp. ad 2. Censura ferri potest in solos homines *subditos. 1. Cor. 5. ℣. 12. c. 21. h. t.* In homines *viatores*, id est in vitâ præsenti existentes; quia mortui subtracti sunt jurisdictioni Ecclesiasticæ. In *contumaces*; quia censura est pœna medicinalis, ad frangendam hominum contumaciam ordinata. In *committentes peccatum externum*; quia potestas Ecclesiæ vindicativa ad interna se non extendit: *grave*; quia est pœna gravis: *consummatum.* arg. *c. 15. de R. I. in 6. Legi Ecclesiasticæ repugnans-* arg. *c. 23. de V. S. & c. 1. h. t. in. 6.*

Q. 3. Quomodo ferenda Censura, & quæ ab ea incurrenda excusent? *Resp.* 1. Si ab homine per *sententiam particularem feratur*, præcedere debet:

bet regulariter monitio trina, vel una peremptoria, nisi necessitas aliud suaserit. *c. 48. h. t. c. 1. 9, 13. eod. in 6.* Deinde debet ferri in scripto, ipsáque sententia scripta esse debet. *c. 1. h. t. in 6.*

Resp. 2. Quidquid excusat à peccato mortali, excusat etiam à censura, v. g. materiæ parvitas, metus gravis impellens ad agendum contra legem purè Ecclesiasticam, vel superioris sententiam, aliquid sub censurâ præcipientem vel prohibentem; ignorantia invincibilis tam juris, quàm facti *c. 2. de Constit. in 6.* contra ac fieri dixi supra in irregularitate. Item appellatio legitima interposita, antequam ferretur censura. *c. 16. de appell.* Imo & dubitatio, an actus sub censurâ sit prohibitus, si post diligens examen dubium non potuit deponi; ratio, quia dubius hoc casu manet in possessione juris, quod habet ad bona spiritualia. Demum si cui de innocentia tam in foro interno quàm externo constet, & tamen censuretur, censura est nulla, & non timenda. *c. 2. & 7. §. porrò h. t. in 6.* idem est, siquis de culpâ, quæ non adest, probatur tamen adesse, censuretur, censura nulla est; quia nititur præsumptione falsâ. Schmalzgr. *h. n. 28.*

Q. 4. *Quinam absolvere possint à censuris?*

Resp. 1. Si censura lata sit à jure communi, vel ab homine per sententiam generalem, nec fuerit reservata, absolvere quilibet potest, qui facultatem habet pœnitentem à mortalibus absolvendi *c. 29. h. t.* & est comm. Si verò fuerit reservata prædicta censura, ordinariè & per se potest ea-

tum

tùm absolvere vel author legis, vel ejus succesſor, vel delegatus. *c. cit.* Si censura fuerit lata per ſententiam particularem, etiamſi non ſit ſpecialiter reſervata, ſolus qui tulit, absolvere poteſt, vel ejus pleno jure ſuperior, ſucceſſor, delegatus. Probationes & aliquas limitationes vide apud Pichl. *h. t. n. 14. circa med.* 2. In articulo mortis poteſt quilibet ſacerdos à quavis cenſura absolvere, ſi tamen absolutus evaſerit periculum, tenetur ſe legitimo ſuperiori ſiſtere, eique ſe ſubmittere. Trid. *ſeſſ. 14. c. 7. de Sacr. Pœn. c. 21. h. t. in 6.* 3. Epiſcopus poteſt in foro conſcientiæ absolvere ab omni cenſura occulta, etiam in Bulla Cœnæ reſervatâ. Vid. *Trid. Seſſ. 24. c. 6. de ref.* & AA. à notoriis Papæ reſervatis, ſiquis judicio viri prudentis non poſſit ire Romam, ùt ſi ſit ſenex, infirmus, pauper, fœmina. 4. Varii Regulares, præſertim Mendicantes, poſſunt absolvere à pleriſque Cenſuris Pontifici reſervatis, exceptis iis, quæ in Bullâ Cœnæ contentæ ſunt. Cæterum Cenſuræ non tolluntur reg. niſi per absolutionem, ùt conſtat ex damnata ab Alex. VII. propoſitione 44. Quæ tamen absolutio *ad ſui valorem* certa verba non requirit: quia nulla certa forma in jure habetur &c.

Q. 5. *Quid ſit Excommunicatio, & quotuplex?* *Reſp.* ad 1. Excommunicatio eſt cenſura, per quam homo Chriſtianus à Communione ſeu corpore fidelium excluditur, & bonis, quæ illi inter ſe communicant, privatur. *Anathema* eſſentialiter non differt ab excommunicatione, diſcre-

pat

pat tamen accidentaliter, cùm anathema strictè sumptum superaddat aliquam solennitatem & specialem execrationem, ùt videre est in *can. 106. caus. 11. q. 3.* quò etiam facit. *c. 10. de judic.*

Resp. 2. Alia est Excommunicatio *Major*, alia *Minor* juxta *c. 59. h. t.* Excommunicationis nomen nomine simpliciter prolato major venit. Excommunicatio *Minor* est, quæ privat solâ passivâ receptione Sacramentorum. *Major*, quæ privat activâ Sacramentorum administratione, passiva receptione, suffragiis Ecclesiæ, & fidelium communione, sive quæ privat omnibus Ecclesiæ bonis communibus. Ex irretitis Majori excommunicatione alii sunt *tolerati* seu *non vitandi*, alii *vitandi* vel non tolerati.

Q. 6. Quinam sint Excommunicati vitandi, & quomodo? Resp. 1. Post Conc. Constantiense & Bullam Martini V. *Ad evitanda.* hodie vitari tantùm debent notorius percussor Clerici, & quivis nominatim excommunicatus, & specialiter ac publicè denuntiatus; adeóque cum aliis excommunicatis licet, etiam extra casum necessitatis, communicare; probabiliter tamen id procedere tantùm in civilibus, & politicis, non in divinis extra causam gravem & necessitatem, ut Pichl. *h. n.* 33. ex Suarez *de Censur. d.* 11. *sect.* 4 *n.* 11.

Resp. 2. Casus, in quibus vitari debent excommunicati non tolerati, continentur in can.

17.

17. caus. 11. q. 3. solèntque exprimi trito illo: *os. orare, vale, communio, mensa negatur*; ejus explicationem vide passim apud AA. qui consentiunt, prohibitum esse fidelibus sub peccato mortali communicare formaliter cum excommunicatis non toleratis, sive dein fiat communicatio illa in sacris & divinis, sive in civilibus & politicis, sive in forensibus negotiis & actionibus. Excusant tamen causæ expressæ *seq. ℣. Utile, lex, humile, res ignorata, necesse.* per *Legem* intelligitur vinculum matrimoniale; per *humile*, subjectio filiorum; cætera patent.

Q. 7. *Quinam sint alii effectus excommunicationis majoris?* *Resp.* 1. Immediati effectus sunt seq. 1. privatio usûs Sacramentorum tam activi, quàm passivi. *c. 32. h. t. c. fin. de Cler. excomm. ministr.* tam respectu excommunicati tolerati; quàm non tolerati; quamvis valida sint Sacramenta, præter Sacramentum Pœnitentiæ. 2. Privatio communium Ecclesiæ suffragiorum, ex sacrificiis, indulgentiis, precibus publicis, ut saltem pro vitandis nomine Ecclesiæ extra feriam paraseeves offerri non possint *c. 38. h. t.* 3. Privatio sepulturæ Ecclesiasticæ. *c. cit. & Clem. 1. de sepult.* quæ dispositio etiam ad excommunicatos toleratos extenditur. 4. Inhabilitas ad dignitates, beneficia, officia Ecclesiastica, ita ut, etiamsi sit excommunicatus non vitandus, collatio, præsentatio &c. sit irrita. *c. 8. de Cler. excom. ministr.* 5. Privatio distributionum pro præsentia. arg. *c. un. de Cler. non resid. in 6.* ratio, quia divinis

offi-

officiis interresse non potest. 6. Quod impetrare nequeat ullum rescriptum, præterquam in causa excommunicationis & appellationis. *c. 1. de rescript. in 6.* 7. Privatio omnis jurisdictionis Ecclesiasticæ, ut excommunicatus, saltem non tolleratus, nec valide eligat, nec præsentet, nec leges ferat. *c. 24. de sent. & re jud.* 8. Privatio communionis forensis, ut nec in sæculari, nec in judicio Ecclesiastico possit esse judex, Actor, Advocatus, testis, ille, qui excommunicatus est *non toleratus.* Reiffenst. *h. t. n. 71.* 9. Privatio cujusvis officii publici, quale est Tutoris, Curatoris; & privatio cujusvis communicationis politicæ, ita ut non possit excommunicatus cum aliis contrahere, negotiari, conversari, & si sit vitandus, nec alii fideles cum ipso, juxta dicta. 10. Si quis per annum insorduerit in excommunicatione, redditur de hæresi suspectus, ut contra eum procedi possit tanquam de hæresi suspectum. Trid. *Sess. 25. c. 3. de reform.* imo ut etiam condemnari possit tanquam hæreticus, si se recuset purgare. *c. 7. de hæret. in 6.* & hic est effectus *mediatus* excommunicationis, sicut & irregularitas, quam incurrit excommunicatus Ordinis actum exercens. Porrò quænam sint excommunicationes non reservatæ, quæ S. Pontifici extra, quæ in Bulla Cœnæ reservatæ, vide apud Busenbaum *L. 7. de Cens. cap. 2. dub. 4.*

Q. 8. *Quis sit effectus excommunicationis minoris?* *Resp.* 1. Excommunicationis minoris participa-

cipalis, directus, & unicus effectus est, quòd privet usu passivo Sacramentorum, ut adeóque sic excommunicatus licitè Sacramentum non recipiat, sed graviter peccet. *c. fin. de Cler. excom. ministr.* 2. Causa etiam unica hodie est, prædictam excommunicationem incurrendi, scil. communicatio illicita cum excommunicatis non toleratis. *c. 2. de except. c. 15. 29. 55. h. t.* 3. Absolvere ab ea potest quilibet potens absolvere à peccatis. arg. *c. 29. h. t.*

Q. 9. Quid de excommunicatione Can. si quis suadente. 29. caus. 17. q. 3. *ob percussionem Clerici incurri solitâ dicendum? Resp.* Videantur AA. passim de ea agentes: verba Can. cit. sunt seq. *si quis suadente diabolo hujus Sacrilegii reatum incurrerit, quòd in Clericum vel Monachum violentas manus injecerit, anathematis vinculo subjaceat, & nullus Episcoporum illum præsumat absolvere (nisi mortis urgente periculo) donec Apostolico conspectui præsentetur, & ejus mandatum suscipiat.*

Q. 10. Quid sit suspensio, & quæ circa illam statuta? Resp. 1. Suspensio propriè sumpta est censura Ecclesiastica, quâ Clericus vel Minister Ecclesiæ privatur usu officii, vel beneficii Ecclesiastici, aut utriusque simul quà talis, seu quatenus præcisè functiones Ecclesiasticæ sunt, provenientes & dependentes ob officio & beneficio, solúmque competunt Clericis. Patet hinc, quòd suspensio ab *excommunicatione & interdicto* differat, & quòd alia sit suspensio *Totalis absolutè*, alia *Totalis secundùm quid*, alia *partialis*. 2. Suspensio Clericis

solis infligi potest; ùt patet, non tamen singularibus tantùm personis, sed integræ etiam Communitati, Capitulo, Collegio, *c. 40. de elect. in 6.* modò fuerit peccatum graviter, saltem ab aliquibus, non obstante *c. 2. de Constit. c. 2. de his, quæ fiunt à maj. part.* quia innocentes non privantur functionibus, quæ ipsis *quà singulis* competunt. Leur. *h. t.* Q. 570. 3. Etiam *Clerici soli* infligere suspensionem possunt, isque tantùm, qui in Clericum jurisdictonem habet fori externi & contentiosi. Com. AA. taliter tamen suspensus etiam alibi pro tali habendus est; quia sententia particularis afficit subditum etiam extra territorium. 4. Effectus suspensionis violatæ est, tam quòd peccatur reg. graviter, dum suspensus actum, à quo suspensus est, exercet, quàm quòd actum *Ordinis* exercens incurrat *irregularitatem*; privationem *beneficii*, si in ejus se administrationem ingerat; quod ultimum habetur *c. 16. §. caterum. de elect. in 6.* de aliis dictum ad tit. *de Cler. excom. ministr.* Imo suspensus *non toleratus* agit invalidè. *c. 8. de consuet. c. 16. de elect.* Illicitè autem agit *toleratus*, si se ipsum ingerat, aut offerat, licitè verò si à fidelibus requiratur. cc. cit. & Bull. Martini V. *Ad evitanda* secundùm multos. 5. Suspensio propriè dicta tollitur *absolutione*, de qua vide *c. 29. h. t. c. 11. de Constit. Trid. Sess. 24. c. 6. de reform. Compend. privil. Societ. v. absolutio.*

Q. 11. *Quid interdictum, & quid circa illud juris?* *Resp.* 1. Interdictum est censurâ Ecclesiastica, quâ omnium divinorum officiorum, aliquo-

quorum Sacramentorum, scil. Ordinis, Extremæ Unctionis, Eucharistiæ extra casum Viatici, & matrimonii cum benedictione solenni; demum etiam sepulturæ Ecclesiasticæ participatio prohibetur. *11. de sponsal. & c. 11. de pœnit.* Differt ab *excommunicatione*, quòd paucioribus privet bonis, quàm excommunicatio, iisque tantùm sacris, non politicis: à *suspensione*, quòd interdictum se latiùs extendat, quàm suspensio, cum & sepulturâ Ecclesiasticâ privet, & Laicos afficiat; *ab utraque*, quòd formaliter & directè privet rebus sacris, sive quatenus sunt res sacræ ad Dei cultum pertinentes, cùm excommunicatio privet rebus sacris, quatenus prohibet communionem cum fidelibus, suspensio, quatenus Clericos privat usu suæ potestatis Ecclesiasticæ. 2. Aliud interdictum est *locale*, quod directè fertur in locum, ne in eo legantur vel audiantur missæ &c. adeóque personæ alibi possunt interesse divinis &c. aliud *personale*, quòd directè personas; aliud *mixtum*, quod & personas & locum directè ac immediatè afficit. Locale dividitur in *generale*, quod in totum regnum, provinciam, communitatem; & in *particulare*, quod in unam determinatam Ecclesiam vel personam fertur. 3. Non tantùm loca & personæ singulares, juxta *c. 11. de sponsal. & tot. hoc tit.* sed integræ etiam communitates quâ tales interdicto possunt subjici, adeò ut suo modo etiam innocentes afficiantur *c. 17. h.t. in 6.* Interdicto tamen generaliter Clero non censetur interdictus populus, nec contrà. *c. 16.*

eod. in 6. nec sub interdicto generali Cleri comprehenditur Episcopus. *c. 4. h. t. in 6.* nec Religiosi; quia in odiosis nomine Clericorum non veniunt. Nec sub interdicto generali populi comprehenduntur peregrini, exteri, utl sunt mercatores & studiosi, etiam diu in tali loco commorantes. 4. Interdictâ civitate, etiam suburbia & loca continentia, non contingua tantùm; interdicta Ecclesia, Sacellum ejus & cœmeterium contiguum tantùm interdictum censetur. *c. 17. h. t. in 6. vide etiam c. un. de Consecr. Eccles. in 6.* Ad interdictum locale; sive sit generale, sive particulare tenentur omnes, incolæ, extranei, Regulares, sæculares, non exempti, & exempti. *c. 4. & 11. de privileg. in 6.* qui causam interdicto dederunt, nec in loco interdicto, nec alibi divinis interesse possunt, arg. *c. 16. h. t. in 6.* 5. De bonis, quibus privat interdictum, dicebatur in definitione, & videri latiùs potest Leur. *h. t. Q. 576.* & Q. 599. ubi ait, esse obligationem gravem, servandi interdictum; & personas Ecclesiasticas, sæculares atque Regulares interdictum violantes incurrere irregularitatem. *c. 18. & 20. h. t. in 6.* suspensionem ab officio, beneficio, & jurisdictione *c. 11. de excess. Prælat.* privari jure electionis activæ & passivæ *c. 18. h. t. in 6.* perdere privilegium alibi jure competens *c. 11. de pœn. & remiss.* vi cujus tempore interdicti sepeliri possunt in loco sacro Religiosos etiam exemptos, si non observent interdictum generale locale, præter supradictas poenas incurrere excommunicationem. *Clem. 1. h.*

Vi-

Vid. etiam Trid. *Seſſ. 21. c. 12. de Regular.* Demum ait, Laicis interdictum violantibus pœnas certas ſtatutas non eſſe, tamen peccare graviter, & excommunicationem Pontifici reſervatam incurrere. *Clem. gravi. h. t.* Reiffenſt. *h. n. 225.*

Q. 12. Quid de Ceſſatione à divinis dicendum? *Reſp.* 1. Ceſſatio à divinis definitur, quòd ſit prohibitio Eccleſiaſtica Clericis impoſita, abſtinendi ad menſem ab officiis divinis & Sacramentorum quorundam adminiſtratione in aliquo loco ob grave delictum, in conteſtationem mœroris. AA. in *c.* 11. *de ſponſal.* & *c. 8. de off. Ordinar. in 6. Clem.* 1. *princ.* ℣. *in ceſſationibus. h. t.* 2. Ceſſatio hæc cenſura non eſt, conſequenter differt ab omni cenſura, & ſpeciatim ab interdicto, quòd & ad ſignificandam Eccleſiæ triſtitiam, & ſemper ab homine, in locum immediatè, mediatè tantùm in perſonas feratur &c. 3. Privilegium in loco interdicto celebrandi clauſis januis, ſubmiſſa voce, campanis non pulſatis conceſſum in *c. alma h. t. in 6.* extendi non debet ad ceſſationem in divinis. Ratio præter alias eſt, quia ceſſatio à divinis ſub interdicto non comprehenditur. 4. Indicere illam poteſt is tantùm, qui habet jurisdictionem in foro externo, uti de cenſuris dictum. 5. Eodem modo & ceſſationem relaxare poteſt, qui illam impoſuit, vel ejus ſuperior, vel qui ab imponente poteſtatem accepit; potéſtque fieri relaxatio vel expreſsè, vel tacitè. *c. 8. in fin. de off. Ord. in 6.*

TITULUS XL.

De Verborum Significatione,

QUæn. *Quænam sint regulæ de interpretandâ Verborum Significatione?* Resp. 1. Verba debent sumi secundùm mentem proferentis. *c. 6. h. t. L. 69. ff. de Legat.* 3. & nisi aliud de ejus mente constet, verba debent sumi in sensu proprio, etiamsi materia sit odiosa. *L. 69. cit. t. 2. de transl. Ep. c. 12. de decim.* saltem regulariter ob *L. 69. cit. & c. 6. h. t.* 2. Verba generalia extendi debent ad omnia sub genere contenta. *L. 1. ff. de legat. præst.* nisi specialis adsit causa restringendi, utì in *L. 47. §. 1. ff. de pact. L. 1. C. de Ss. Eccles. c. 15. de rescript. c. 4. & 5. de Procur. in 6.* Verba specialia plus, quàm generalia operantur. *L. 8. ff. & c. 34. in 6. de R. I.* 3. Verba dubia interpretanda sunt ad mentem loquentis aliunde cognitam. *c. 6. h. t. & L. 69. cit.* cum effectu tamen, ut aliquid operentur. *c. 4. de Cler. non resid. L. 1. §. 1. ff. quod quisque jur. L. 80. ff. de V. O.* secundùm materiam & naturam actûs aut contractûs, de quo agitur. *c. 25. de perjur.* in eam partem, quæ excludit delictum, si in bonam & malam possint accipi. *c. 2. de R. I. L. 31. ff. pro Socio,* contra proferentem, obscuriùs fortè loquentem. *L. 172. ff. & c. 57. in 6. de R. I.* ut non derogent juri alterius quæsitum *can. 10. caus. 14. q. 5. c. 15. de off. deleg. L. 4. C. de emanc. liber.* &c. &c.

TITU-

TITULUS LXI. & ultimus.

De Regulis Juris.

Q. Un. *Quæ ſumma ſit poſtremi hujus tituli?* *Reſp.* 1. Sicut in Digeſtis ad calcem Libri L. Regulæ 211. enumerantur, quæ velut axiomata & propoſitiones generales deſerviunt ad cauſas ritè & breviter decidendas juxta *L.* 1. *ff. h. t.* ita ad finem Libr. V. Decretal. ✠ regulæ 11. in *ſexto* autem omnino 88. expreſſæ leguntur. 2. Aliæ ſunt Regulæ *Authenticæ*, quæ authoritate Apoſtolicâ Juri Canonico, vel authoritate Imperatoriâ Juri Civili, præſertim ſub hac rubrica ſunt inſertæ. Aliæ *Doctrinales* ſive *Brocardicæ*, quæ nec à LLre approbatæ, nec in Corpore juris ſunt poſitæ, ſed vel à ICtis, vel aliis DD. ex textibus Juris aut etiam Philoſophorum depromptæ ſunt. Hæ licèt contemnendæ non ſint, cautè tamen allegari debent, utpotè vim probandi non habentes, niſi fulciantur Legis auxilio aut uſu Curiarum. 3. Authenticæ natæ ſunt ex reflexione ad ea, quæ particulariter circa perſonas, res, actiones erant in Jure conſtituta, v. g. Regula 68. in 6. *poteſt quis per alium, quod poteſt facere per ſe ipſum*, ortum ſuum debet *c. fin. de Procur. in* 6. ubi, quòd per alium quis poſſit contrahere matrimonium. & *c.* 1. *de off. Ordin. in* 6. ubi quòd liceat per alium exercere jurisdictionem ordinariam. Itaque jus quidem novum hæ regulæ non conſtituunt, ſed ſupponunt, magnæ

ta-

tamen ſunt utilitatis; nam 4. Habens pro ſe regulam authenticam non tantùm liberatur ab onere probandi. arg. *c.* 2. *de reſtit. ſpol. in 6.* ſed etiam pro ipſo eſt pronuntiandum, niſi adverſarius doceat, id, de quo controverſia eſt, ſub tali Regula non comprehendi. *L.* 5. *ff. de probat.* 5. Dari autem exceptiones à Regulis juris, etiam generalibus & communibus, utpote quæ non ſunt generales in ſenſu abſoluto, ſed accommodo, probat tum tritum illud: *nulla regula ſine exceptione*, & *exceptio viciſſim firmat regulam.* tum communis ſenſus AA. Qui ſpecialia de Regularum Juris expoſitione deſiderat, adeat Dynum, Petrum Peckium, Henric. Cenſium *in Summ. Juris Can.* Aug. Barboſam in *Collect. Liber 6. Decretal.*

P. Wieſtner.

O. A. M. D. G. D. V. H.

F I N I S.

INDEX.

Numerus major indicat Librum Decretalium, I. primum, II. secundum, III. tertium, IV. quartum, V. quintum. Litera T. denotat Titulum Libri. P. paginam ejusdem Liberi. Literæ Q. P. Quæstiones Procœmiales ad Librum I.

A.

Abbas per vota secreta eligitur. Libr. I. Tit. 6. p. 78. Ordines minores confert. I. Tit. 2. p. 98. obligatur ad residentiam. III. Tit. 4. p. 20. habens jurisdictionem quasi Episcopalem fert censuras. V. Tit. 39. p. 139.

Abbatissa non habet jurisdictionem quasi Episcopalem. Libr. I. Tit. 31. p. 162.

Abrogatio Legis. I. Tit. 2. p. 35. abrogatio consuetudinis. I. Tit. 4. p. 57.

Absens jus suffragii habens quando vocandus ad electionem I. Tit. 6. p. 69. an procuratorem

possit constituere. ibid. subinde absens pro praesente habetur. III. Tit. 4. p. 23. ad quos actus Capitulares absens vocandus. III. Tit. 11. p. 68.

Absolutio ab haeresi occulta potest fieri ab Episcopo. V. Tit. 7. p. 39. quinam alii possint absolvere. *ibid.* A casibus reservatis absolvit reservans, ejus superior, privilegium habentes. V. Tit. 38. p. 135. Absolvere à censuris pro earum varietate varii possunt. V. Tit. 39. p. 140. & seq.

Accusatio matrimonii. IV. Tit. 18. p. 86. & seq. quinam in specie repellantur ab accusatione matrimonii. ibid. p. 87. Accusatio in genere quid sit. V. Tit. 1. p. 3. accusationis forma. ibid. accusare qui possint, & qui accusari. V. Tit. 1. p. 4. & 5.

Actio tam civilis quàm criminalis competit injuriato contra injuriantem. V. Tit. 36. p. 125. tollitur variis modis. ibid. p. 126. Actio Legis Aquiliæ. ibid. p. 127. Actio precaria. III. Tit. 14. p. 84. Actio commodati. III. Tit. 15. p. 88. Actio depositi. III. Tit. 16. p. 91. Actio empti venditi. Actio redhibitoria. III. Tit. 17. p. 99. & seq. Actio locati conducti. III. Tit. 18. p. 105. Actio emphyteuticaria. III. Tit. 18. p. 109.

Actor quis esse possit. II. Tit. 1. p. 5. & seq. Actor, licet Clericus, sequitur forum Rei. I. Tit. 1. p. 10.

Actus merè interni materia Legis Ecclesiasticæ esse possunt. I. Tit. 2. p. 21. Legis irritantis actus præteriti. I. Tit. 2. p. 20. prohibitivæ actus etiam honesti. ibid. Actus per legem prohibitus non est ipso jure nullus. I. Tit. 2. p. 26. Actus peccaminosi introducere possunt consuetudinem. I. Tit. 4. p. 52. quales porro actus esse debeant ad consuetudinem inducendam. ibid. Actus ex metu gesti an & quomodo sint validi. I. Tit. 40. p. 203.

Adoptio quid & quotuplex. IV. Tit. 12. p. 57.

Adulterium quando sit & quomodo impedimentum dirimens. IV. Tit. 7. p. 44. dat justam causam divortii. IV. Tit. 19. p. 97. non tenetur innocens adulterum dimittere. ibid. nec readmittere adulterum resipiscentem. IV. Tit. 19. p. 98. an propria authoritate innocens ab adultero possi divertere. IV. Tit. 19. p. 99. Adulterium quid sit. V. Tit. 16. p. 65. adulterium accusare qui possint. V. Tit. 16. p. 66. adulterii pœnæ. V. Tit. 16. p. 68.

Advocatus differt à Procuratore. I. Tit. 37. p. 184. advocare qui possint. ibid. p. 185. Clerici quando & quibus in causis possint advocare. I. Tit. 37. p. 186. Advocatus quas causas possit perorandas suscipere. ibid. p. 187. Advocati nequeunt paciſci de quota litis, nec de palmario. ibid. p. 188.

Ætas quæ requiratur ad Ordines. I. Tit. 11. p. 96. quæ ad dignitates Ecclesiasticas & beneficia. I. Tit. 14. p. 107. Ætas ad sponsalia re-

quisita. IV. Tit. 2. p. 22. ætatis probatio. Tit. 19. p. 116.

Affinitas quid sit, & ad quos gradus se extendat. IV. Tit 14. p. 67. Nulla affinitas reddit matrimonium de jure naturæ invalidum. IV. Tit. 14. p. 68. Affinitas an & quomodo dirimat sponsalia. IV. Tit. 14. p. 69.

Alienatio judicii mutandi causâ. I. Tit. 42. p. 215. quomodo succurratur passo præjudicium per talem alienationem. I. Tit. 41. p. 216.

Alienationis nomine circa res Ecclesica quid veniat. III. Tit. 13. p. 74. quænam res Ecclesiasticæ sint prohibitæ alienari. III. Tit. 13. p. 75. quæ alienari possint. ibid. p. 76. ex quibus causis alienatio rerum Ecclesiasticarum procedat. ibid. p. 77. Solennitates ad alienationem requisitæ. ibid. p. 77. Alienatio rerum Ecclesiasticarum an & quomodo sit invalida. III. Tit. 13. p. 79. circa alienationes injuste factas quomodo provisum Ecclesiis. ibid. p. 80. pœnæ malè alienantium. ibid. p. 81.

Altare quid. III. Tit. 40. p. 219. aliud mobile aliud fixum. III. Tit. 40. p. 220. consecratum altare debet. ibid. quid sit, altare execrat. ibid.

Anathema quomodo differat ab excommunicatione. V. Tit. 39. p. 141.

Anatocismus est usurarius. V. Tit. 19. p. 89.

Annatæ quid sint & qualiter solvendæ. III. Tit. 5. p. 44.

Antichresis plerumque usuraria. V. Tit. 19. p. 89.
Apostasia quid sit & quotuplex. V. Tit. 9. p. 42. Apostatarum pœnæ. ibid. p. 43.
Apostoli quid, & quotuplices. II. Tit. 28. p. 196. Apostolos petendi tempus non est in usu. ibid. Tempus præsentandi Apostolos. ibid. p. 197.
Appellatio differt ab aliis remediis. II. Tit. 28. p. 183. appellare qui possint. II. Tit. 28. p. 187. à quo possit vel non possit appellari. II. Tit. 28. p. 189. ad quem appellandum. ibid. p. 191. contra quam sententiam & quos actus appellari permissum. p. 192. coram quo judice interponenda appellatio. ibid. p. 193. quomodo interponenda appellatio. ibid. fatalia appellationis. ibid. p. 195. effectus appellationis. ibid. p. 198.
Approbatio in Clerico curato est necessitatis. III. Tit. 6. p. 55. à quo fieri possit. ibid.
Arbiter quid sit. I. Tit. 43. p. 217. Differentia arbitri ab aliis. I. Tit. 43. p. 218. In arbitros qui possint compromittere. ibid. p. 219. In arbitros quinam assumi possint. ibid. p. 220. super quibus causis in arbitros compromittatur. ibid. p. 221. ad formam arbitrii quænam pertineant. ibid. p. 221. Effectus recepti & prolati arbitrii. ibid. p. 222. Arbitrorum potestas quomodo finiatur. ibid. 223.
Archidiaconus quis dicatur. I. Tit. 23. p. 129. quod ejus officium & potestas. ibid.
Archi-Episcopus quis. I. Tit. 31. p. 159. ejus potestas. ibid.

Archi-Presbyter. I. Tit. 24. p. 131. officium Archi-Presbyteri. ibid.

Arrha emptioni venditioni licitè adjicitur. III. Tit. 17. p. 96. etiam ſponſalibus. IV. Tit. 1. p. 5.

Arrogatio inducit impedimentum matrimonii. IV. Tit. 12. p. 58. quomodo inducat. ibid.

Aſcendentes ab inteſtato qualiter ſuccedant. III. Tit. 27. p. 159.

Aſyli jus quibus hominibus competat. III. Tit. 49. p. 243. quibus locis competat. III. Tit. 49. p. 242. crimina ab aſylo excludentia. ibid. p. 243.

Auſtregæ. II. Tit. 2. p. 21. circa fin.

Authenticum inſtrumentum. II. Tit. 21. p. 128. prout contradiſtinguitur à publico, quodnam in ſpecie tale ſit. II. Tit. 21. p. 130. & ſeq.

B.

Baptiſmus eſt neceſſarius neceſſitate medii. III. Tit. 42. p. 228. materia & forma baptiſmi. ibid. miniſter baptiſmi. ibid. effectus baptiſmi. ibid.

Bellum eſt licitum, ſi habeat requiſita. I. Tit. 34. p. 172. In bello juſto quæ licita ſint. ibid. p. 173. Etiamſi bellum juſtum ſit, non licet contra fideles inire fœdus cum ſarracenis. V. Tit. 6. p. 35.

Benedictio Abbatum differt à Conſecratione. I. Tit. 6. p. 78. Benedictio Eccleſiarum quomodo

do fiat. III. Tit. 40. p. 219. benedici debent paramenta. ibid. p. 221. Benedictio nuptiarum non est adhibenda secundis nuptiis. IV. Tit. 21. p. 113.

Beneficium quid sit & quotuplex. III. Tit. 5. p. 24. & seq. Beneficia quibus conferenda. ibid. p. 28. quomodo conferenda. ibid. p. 29. plura beneficia incompatibilia uni non sunt conferenda. III. Tit. 5. p. 30. Beneficia conferendi potestas quibus competat. ibid. p. 31. Beneficiorum unio. ibid. p. 34. dismembratio, divisio, sectio beneficiorum. ibid. p. 36. Beneficiorum reservationes in genere. ibid. p. 37. Beneficium quomodo vacare debeat, ut alteri conferri possit. III. Tit. 8. p. 57. Beneficii non vacantis promissio est nulla. ibid. p. 59. Beneficia sine diminutione conferenda. III. Tit. 12. p. 70. Circa beneficia Ecclesiastica quid de Simonia statuendum. V. Tit. 3. p. 22. Beneficiis præficiendi quas debeant habere qualitates. I. Tit. 14. p. 107.

Beneficiati Curati tenentur ad emittendam Professionem fidei intra bimestre. I. Tit. 1. p. 16. ad residentiam in suis Ecclesiis. III. Tit. 4. p. 16. quo jure teneantur. ibidem. Beneficiatus omittens horas Canonicas tenetur ad restitutionem fructuum. III. Tit. 41. p. 227.

Bigamia quid & quotuplex. I. Tit. 21. p. 124. quomodo contrahatur. ibid. An & quis in bigamia dispenset. ibid.

Blasphemia. V. Tit. 26. p. 104. Pœnæ blasphemiæ. ibid.

Bona patrimonialia Clericorum quæ dicantur. III. Tit. 25. p. 139. quæ quasi patrimonialia, quæ Ecclesiastica. ibid. quorum bonorum Clerici sint domini. ibid. p. 140. quomodo Clerici bona sua possint expendere. ibid. p. 141.

Breviarium recitare qui tenantur. III. Tit. 41. p. 226. causæ excusantes à recitatione. ibid. modus recitandi. ibid.

Bullarium & ejus authoritas. Quæst. Proœm. p. 10.

Bulla Cœnæ. V. Tit. 7. p. 38.

C.

CAlices & patenæ qualiter consecrentur. Libr. III. Tit. 40. pag. 221.

Calumnia quid. V. Tit. 2. p. 12. pœnæ in calumniantes statutæ. ibid.

Cambium est licitum. V. Tit. 19. p. 89. tam reale quàm locale. ibid.

Campanæ Ecclesiarum rectè benedicuntur. III. Tit. 40. p. 221.

Canonicus tenetur ad residentiam. III. Tit. 4. p. 21. & seq. absentes Canonici quando habeantur pro interessentibus ad distributiones quotidianas percipiendas. III. Tit. 4. p. 23.

Capellæ nomine quid veniat. III. Tit. 37. p. 202.

Capitulum Cathedrale sede vacante Leges servandæ potest. I. Tit. 2. p. 22. Capitulares qui habeant electionem vocandi. I. Tit. 6. p. 69. cum quo consensu Capituli qui actus fieri debeant. III. Tit. 10.

10. p. 63. cum solo Capituli consilio qui actus fiant. ibid. p. 64. quid & quotuplex sit Capitulum. III. Tit. 11. p. 65. & 66. Ad Capitulum quinam pertineant. ibid. circa convocationem Capituli quid notandum. III. Tit. 11. p. 67. Validitas actûs Capitularis. ibid. Capituli tractatus, consensus, & collaudatio inter alias solennitates ad alienationem rerum Ecclesiasticarum requiritur. III. Tit. 13. p. 77. & 78. Capitulum Ecclesiæ Cathedralis quam habeat præcedentiam. I. Tit. 33. p. 168.

Cardinales soli hodie jus habent eligendi S. Pontificem. I. Tit. 6. p. 78. Cardinalium præcedentia. I. Tit. 33. p. 168. Cardinalium S. R. E. potestas & officium. I. Tit. 31. p. 157. Cardinali in Ecclesia sui tituli præstanda est obedientia. I. Tit. 33. p. 169.

Castratus est irregularis. I. Tit. 20. p. 124. non tamen, qui quid simile invitus passus est. ibid.

Casus reservati qui dicantur. V. Tit. 38. p. 135. quam ab his absolvendi Religiosi Mendicantes facultatem habeant. ibid.

Cathedraticum vi legis diœcesanæ exigere potest Episcopus. I. Tit. 31. p. 161. quid sit, & quantum ejus nomine solvi debeat. III. Tit. 39. p. 216.

Causæ connexæ quæ dicantur. II. Tit. 2. p. 25. Exceptio causæ connexæ non dividendæ ante L. C. opponi debet. ibid. In causis connexis, dum plures sunt judices, quis adeundus. ibid.

Causæ Ecclesiasticæ purè tales spectant ad forum Ecclesiasticum. II. Tit. 2. p. 23. causæ sæcu-

lares ad forum Ecclesiasticum quando trahi possint. I. Tit. 10. p. 91. & II. Tit. 2. p. 23.
Causæ feudales à quibus decidendæ. II. Tit. 2. p. 26.
Causæ mixti fori deciduntur à judice præveniente II. Tit. 2. p. 24. quænam in specie tales sint. ibid.
Causa possessionis & proprietatis. II. Tit. 12. p. 66. & seqq. quæ dicatur causa possessionis & quæ proprietatis. II. Tit. 12. p 73. Causi possessionis & proprietatis an coram eodem judice tractanda. ibid. Cumulari potest in eodem judicio. ibid. p. 76. causâ possessionis & proprietatis cumulatâ qualiter procedendum. ibid. p. 77.
Censura quid sit. V. Tit. 39. p. 138. quis & in quem ferri possit censura. ibid. p. 139. quomodo censura ferenda. ibid. p. 139. quid excusset ab incurrenda censura. ibid. p. 140. quis absolvere possit à censuris. ibid. p. 140. in causa censurarum facta appellatio non habet effectum suspensivum. II. Tit. 28. p. 193.
Census quid & quotuplex. III. Tit. 39. p. 214. censum quis possit imponere. ibid.
Emptio censûs usuraria non est, V. Tit. 19. p. 91. sive sit irredimibilis, sive etiam redimibilis. ibid. p. 92. sive realis, sive personalis. ibid.
Cessatio Legis quot modis fiat. I. Tit. 2. p. 35.
Cessatio à divinis propriè dicta censura non est. V. Tit. 39. p. 149. differt ab interdicto. ibid. is dicere potest, qui habet jurisdictionem in foro externo. ibid.

Chi-

Charitativum subsidium exigit Episcopus vi legis diœcesanæ. I. Tit. 31. p. 161. quid sit. III. Tit. 39. p. 217. Monasteria ab hoc solvendo sunt exempta. ibid.

Chrisma quid sit. I. Tit. 15. p. 110. de substantia baptismi chrismatica unctio non est. ibid.

Citatio quid sit & quotuplex. II. Tit. 3. p. 34. Est simpliciter necessaria ad valorem judicii. ibid. p. 35. In citatione reali, edictali, verbali, quid observandum. ibid. p. 36. citatio quomodo mandanda executioni. ibid. p. 87.

Clandestineitas matrimonii quotuplex sit. IV. Tit. 3. p. 25. clandestinum matrimonium à Trid. irritatum est. IV. Tit. 3. p. 28.

Clausura Monialium quid operetur. III. Tit. 35. p. 199.

Clerici non ligantur LL. civilibus. I. Tit. 2. p. 22. aliquibus tamen tenentur. I. Tit. 2. p. 31. Clerici peregrini non sunt admittendi ad Ordines altiores sine dimissoriis & literis formalitis. I. Tit. 22. p. 127. Clerici exempti sunt à jurisdictione sæculari. II. Tit. 2. p. 20. quo jure exempti sint. ibid. Actor Clericus de jure scripto non potest coram judice sæculari reconveniri. II. Tit. 4. p. 39. Clerici peregrinantes. II. Tit. 29. p. 204. Clericorum honestas vitæ interna III. Tit. 1. p. 3. honestas externa. ibid. p. 4. habitus Clericorum. ibid. p. 5. Clericorum cohabitatio cum mulieribus prohibita. III. Tit. 2. p. 8. Clerici an matrimonium contrahere possint. III. Tit. 3. p. 11. quid de Clericis con-

juga-

jugatis ſentiendum. III. Tit. 3. per tot. p. 11. & ſeq. Clerici non reſidentes, qualiter tamen ad reſidentiam teneantur. III. Tit. 4. p. 15. 16. & ſeq. Clericus ægrotans vel debilitatus an amittat beneficium vel ejus fructus. III. Tit. 6. p. 49. Clericorum peculium quid & quotuplex. III. Tit. 25. p. 139. Clerici quorum bonorum ſint domini. III. Tit. 25. p. 140. Clericis renatio quæ ſit prohibita. V. Tit. 24. p. 110. Clericis an & quomodo ſit prohibitum laicos percutere. V. Tit. 25. p. 102. & 103. Clericus cenſuratus miniſtrans quâ pœnâ afficiatur. V. Tit. 27. p. 106. Clericus actum Ordinis exercens, quem non habet, quas pœnas incurrat. V. Tit. 28. p. 107. Clericus per ſaltum promotus & Clericus furtivè ſuſcipiens Ordines quas pœnas incurrat. V. Tit. 29. & 30. p. 108.

Coadiutor dandus eſt Clericis infirmis. III. Tit. 6. p. 49. quis det Coadiutorem. ibid. p. 50. hujus officium. ibid.

Cœmeterium ſolet plerumque penes Eccleſiam vel in aditu urbium conſtitui. III. Tit. 28. p. 161. Cœmeterium vel conſecrari vel benedici debet. III. Tit. 40. p. 222.

Cognatio legalis ex quâ adoptione oriatur & dirimat matrimonium. IV. Tit. 12. p. 58. cognationis legalis impedimentum ad quos ſe gradus extendat. ibid. p. 59.

Cognatio ſpiritualis quid ſit & quas perſonas afficiat. IV. Tit. 11. p. 52. an ex baptiſmo tam ſolenni quàm privato oriatur. ibid. p. 53.

Col-

Collaterales consanguinei an & quomodo succedant. III. Tit. 27. p. 159.

Collatio beneficiorum quomodo fieri debeat. III. Tit. 5. p. 29. qui jus habeant beneficia conferendi. ibid. p. 31. & seq. per collationem beneficii quale jus collatorio acquiratur. ibid. p. 34.

Collusio quid sit, in quibus causis & inter quos possit committi. V. Tit. 22. p. 98. pœna collusionis. ibid. p. 99.

Commodatum quid, & ejus requisita. III. Tit. 15. p. 85. commodare qui possint & quæ res commodari. ibid. obligatio ex commodato nata. ibid. p. 86.

Compromissum in electione quomodo fiat. I. Tit. 6. p. 73. Compromissum in arbitros quid sit, à quibus, in quos & quomodo fieri debeat. I. Tit. 43. p. 219. & seqq.

Concilium Tridentinum. Quæst. Proœm. p. 10. ad Concilium à Papæ sententia non licet appellare. II. Tit. 28. p. 189.

Conclusio in causa quid sit. II. Tit. 27. p. 171. est necessitatis in processu ordinario. ibid. effectus conclusionis in causa. ibid.

Concordata Germaniæ à Nicolao V. & Friderico III. Imp. aliisque Principibus Germaniæ inita sunt. III. Tit. 5. p. 41. reservationes beneficiorum in his contentæ. ibid. an Pontifex possit derogare concordatis. III. Tit. 5. p. 43. Alternativa in collatione beneficiorum per concordata introducta. ibid. p. 47.

Con-

Concubinarii Clerici quomodo puniantur. III. Tit. 2. p. 9.

Conditio quomodo à modo, causa, demonstratione differet. IV. Tit. 5. p. 36. conditio an sponsalibus aut matrimonio possit adjici. ibid. p. 37. conditio turpis matrimonio adjecta habetur pro non adjecta. ibid. p. 39. non fit adjecta sponsalibus. ibid. quando committetur Sacramentum à contrahentibus matrimonium sub conditione. IV. Tit. 5. p. 38.

Conditio servilis an & quomodo annullet matrimonium. IV. Tit. 9. p. 48.

Conductoris obligationes. III. Tit. 18. p. 104. circa conductionem famulorum quid observandum. ibid.

Confessio, prout servit ad judicium, variè dividitur. II. Tit. 18. p. 103. requisita ad confessionem judicialem. ibid. Effectus confessionis judicialis. ibid. p. 104. confessio qualificata. ibid. p. 105. per torturam, vel dolum & extorta. ibid. p. 106. Confessio in judicio facta an possit revocari. ibid. p. 108. Confessio extra judicialis quomodo probet. ibid. p. 109.

Confessio Sacramentalis in foro externo confitenti non præjudicat. II. Tit. 18. p. 109. Confessio peccatorum est juris divini. V. Tit. 38. p. 135.

Confirmatio est Sacramentum N. L. I. Tit. 15. p. 111. ejus materia & forma. ibid. minister. ibid.

Confirmatio Electionis quando & qualiter petenda. I. Tit. 6. p. 75. à quo peti debeat. ibid. p. 76. per confirmationem quid electus consequatur. ibid.

Con-

Confirmatio utilis & inutilis quæ dicatur. II. Tit. 30. p. 206. In dubio an censeatur confirmatio facta in forma communi vel speciali. ibid.

Conjugium quid & quotuplex. IV. Tit. 1. p. 10. Conjugium an cum leproso consistat. IV. Tit. 8. p. 46. conjugium inter servos an & quomodo esse possit. IV. Tit. 9. p. 47. Conjuges ab intestato quomodo sibi succedant. III. Tit. 27. p. 160. Conjuges quando ab invicem separari possint. IV. Tit. 19. p. 96. Conjugicidium quando sit impedimentum dirimens. IV. Tit. 7. p. 45.

Consanguinitas quid sit. IV. Tit. 14. p. 61. arbor consanguinitatis. ibid. p. 62. pro gradibus consanguinitatis cognoscendis regulæ. ibid. p. 63. consanguinitas ad quos gradus sit impedimentum dirimens. ibid. p. 65. & 66.

Consecratio Ecclesiæ ab Episcopo fieri debet. III. Tit. 40. p. 218. & 219. De consecratione altaris quid tenendum. ibid. p. 219. consecratio calicis, patenæ, paramentorum à quo fiat. ibid. p. 221.

Consecratio Electi intra 3. menses à facta confirmatione fieri debet I. Tit. 6. p. 77. quo die fieri debeat. ibid. quid consequatur electus per consecrationem. ibid.

Consensus Principis qualis ad introducendam consuetudinem requiratur. I. Tit. 4. p. 53. Consensum vel consilium debere requirere qualiter differant. III. Tit. 10. p. 63. Consensus omnium Capitularium an ad validitatem actûs

Ca-

Capitularis requiratur. III. Tit. 11. p. 69. Consensus qualis Capitularium ad alienationem rerum Ecclesiasticarum requiratur. III. Tit. 13. p. 78. Consensum an inferat taciturnitas. IV. Tit. 1. p. 2. & 3.

Consuetudo differt à præscriptione. I. Tit. 4. p. 48. conditiones ad introducendam consuetudinem requisitæ. ibid. p. 49. & seqq. qui consuetudinem possint inducere. I. Tit. 4. p. 54. effectus consuetudinis. ibid. p. 55. abrogatio consuetudinis. ibid. p. 57. reprobatæ in jure consuetudines. ibid. p. 58. Consuetudo lictam facit usuram minùs strictè dictam. V. Tit. 19. p. 83.

Continentia non est annexa Sacris Ordinibus ex præcepto naturali. III. Tit. 3. p. 12. nec ex præcepto divino, sed humano. ibid.

Contractus à quibus iniri possint. I. Tit. 35. p. 175. pupillus sinè authoritate Tutoris contrahens nequidem naturaliter obligatur. ibid. p. 176. Filiusfam. ratione mutui exceptione S. C. Maced. utens tutus est in conscientia. ibid. p. 177. quodnam objectum contractuum sit. ibid. p. 177. contractus alius est nominatus, alius innominatus. ibid. p. 179. substantialia, naturalia, accidentalia contractuum. ibid. p. 179. & 180. Contractus ex metu initi an validi sint vel invaldi. I. Tit. 40. p. 203. contractus quomodo per dolum vitiatur. II. Tit. 14. p. 85.

Con-

Contumacia quit sit, & quot modis committatur. II. tit. 14 p. 87 quæ excusent à contumacia. ibid. p. 88 quomodo contra actorem contumacem procedendum. ibid. p. 89 & quomodo contra reum. ibid.

Conversio conjugatorum quid sit. III. tit. 32 p. 187

Conversio unius infidelis ad fidem quid operetur. III. tit. 33 p. 189

Corpore vitiati prohibentur promoveri ad Ordines. I. tit. 20 p. 122 debilitati qui prohibeantur. I. tit. 20 p. 122 qui deformes. ibid. p. 123 qui mutilati. ibid. p. 124

Corpus Juris Canonici habet 6 partes. Quæst. Proœm. p. 8 Confœderatio Juris Can. & Civilis. Quæst. Pro. p. 13

Crimen quod sit impedimentum dirimens matrimonii. IV. tit. 7 p. 43 & seq.

Crimen falsi quid sit & quotuplex. V. tit. 20 p. 92 quot modis committatur. ibid. p. 93 pœnæ crimen falsi committentium. ibid.

Culpa qualis in contractibus præstanda. I. tit. 35 p. 180 quam culpam præstet commodatarius. III. tit. 15 p. 87 quam depositarius. III. tit. 16 p. 90 quam conductor. III. tit. 18 p. 104 ex Culpâ juridicâ non datur obligatio in conscientia ante sententiam judicis. V. tit. 36 p. 128

Cultûs disparitas quod ponat impedimentum matrimonii. IV. tit. 1 p. 19

Cumulatio exceptionum licet. II. tit. 25 p. 153
Curia Romana quid sit. III. tit. 5 p. 38 Curiales quis. ibid.
Custos & ejus officium. I. tit. 27 p. 134 in Germania plura circa hoc immutavit consuetudo. ibid.

D.

Damnum datum quomodo accipiatur. V. tit. 36 p. 127 Ad compensandum damnum quomodo quis teneatur. ibid. Damnum emergens est justus titulus aliquid ultra sortem accipiendi. V. tit. 19 p. 83
Decanus & ejus officium. I. tit. 24 p. 131
Decimæ quid sint & quotuplices. III. tit. 30 p. 169 decimæ quo jure debeantur. ibid. p. 170 Cuinam debeantur præsertim decimæ Novalium. ibid. p. 171 Cuinam possit compete jus decimandi. ibid. p. 172 laici juris spiritualis incapaces sunt. ibid. p. 173 obligatio ad solvendas decimas. ibid. p. 174 solvendis decimis an immunitas obtineri poss ibid. p. 175 Decimæ quomodo solvendæ ibid. p. 176 Judex in causis decimarum. ibid. p. 176 Quarta decimationum quid sit. III. 39 p. 216
Declarationes Cardinalium quam vim habe Quæst. Procem. p. 11

Decretales earúmque divisio. Quæst. Proœm. p. 9
Decretum Gratiani qualem authoritatem habeat. Quæst. Proœm. p. 8
Degradatio quid & quotuplex. V. tit. 37 p. 132 merentur illam certa delicta graviora. ibid. p. 133
Delegatus judex quis sit. I. tit. 29 p. 141 quotuplex sit. ibid. judex delegatus quis esse possit. ibid. p. 144 Causæ delegabiles. ibid. p. 145 Delegati officium. ibid. 145 Delegati potestas. ibid. 146
Delictum facit forum competens. II. tit. 2. p. 18 & 19 Delicto in confinibus duorum territoriorum commisso quid juris. ibid. p. 19 quid & quotuplex sit delictum. V. tit. 1 p. 2
Demonstratio quid sit. IV. tit. 5 p. 37 Demonstratio matrimonio adjecta an suspendat matrimonium. ibid.
Denuntiatio criminis Evangelica. V. tit. 1 p. 6 Canonica. ibid. p. 7 Civilis. p. 8
Denuntiationes ad matrimonium præmittendæ. IV. tit. 3 p. 26 in denuntiationibus quinam possint dispensare. ibid. p. 27
Depositum qualis contractus sit. III. tit. 16 p. 88 deponi quæ res possint. ibid. p. 89 deponens & depositarius ad quid teneantur. ibid. p. 90
Desponsatio clandestina reddit matrimonium nullum. IV. tit. 3 p. 28 Desponsationes parentum filiorum loco an valeant. IV tit. 2 p. 24
Diffamatio fundat speciale forum. II. tit. 2 p. 26 locus illi est etiam contra Clericum. ibid. p. 27

Dignitas Ecclesiastica quæ. III. tit. 5 p. 26
Dilatio quotuplex. II. tit. 8 p. 53 In tribus judicii partibus intervenire possunt dilationes, ibid. p. 54 effectus dilationis, ibid. p. 56 dilationum concessarum tempus quomodo computandum, ibid. p. 56
Diminutio beneficiorum an & per quem licita sit. III. tit. 5 p. 36 generalis Regula est, ut Ecclesiastica beneficia sine diminutione conservantur. III. tit. 12 p. 70. & seq.
Dimissoriales debet habere, qui ordinatur ab alieno Episcopo. I. tit. 11 p. 99 quis dare possit dimissorias, ibid. quid continere debeant, ibid. p. 99 & 100
Dispensatio in Lege qualiter fiat. I. tit. 2 p. 36 Dispensatio cum illegitimis ad majores Ordines à quo concedatur. I. tit. 17 p. 117 Dispensatio ad plura beneficia an dari possit. III. tit. 5 p. 30 quis in impedimentis matrimonii dispenset. IV. tit. 16 p. 75 & 76 justæ causæ dispensandi. ibid. p. 77 In irregularitate quis dispenset. IV. tit. 12 p. 56 & 57
Distributiones quotidianas absentes non lucrantur. III. tit. 4 p. 22 & 23 causæ, ob quas aliqui etiam absentes distributiones percipiant, enumerantur. III. tit. 4 p. 23
Divinatio quid sit. V. tit. 21 p. 95 divinationes sunt omni jure prohibitæ. ibid. p. 96
Divortium quoad vinculum. IV. tit. 19 p. 90 seq. quoad thorum subinde fit in perpetuum ibid. p. 96. divortium quando non licent facere,

cere. ibid. p. 97 Divortium an liceat propria authoritate. ibid. p. 99 Aliæ cauſæ divortium faciendi. ibid. p. 100

Dolus bonus & malus definitur. II. tit. 14 p. 84 quomodo dolus vitiet contractus. ibid. p. 85 & ſeq. Dolum paſſis quomodo ſuccurratur. ibid.

Domicilium, ejúsque vis in ordine ad forum conſtituendum. II. tit. 2 p. 14 & ſeq. Vis quaſi domicilii. ibid. p. 15 Forum domicilii eſt univerſale. ibid. p. 16

Dominium aliud plenum, aliud non plenum. II. tit. 12 p. 71 dominium quot modis acquiratur. ibid. p. 71

Domus Religioſa quæ dicatur. III. tit. 36 p. 200 Epiſcopo debet eſſe ſubjecta. ibid.

Donatio quid. III. tit. 24 p. 135 donare qui poſſint. ibid. p. 136 quænam donari poſſint. ibid. p. 137 donatio ex quibus cauſis revocetur. ibid. p. 138

Donationes inter virum & uxorem regulariter ſunt prohibitæ. IV. tit. 20 p. 102 an donatio inter conjuges putativè tales ſit valida. ibid. p. 103 morte confirmatur. ibid. p. 104

Dos cui reſtitui debeat, ſoluto quoad vinculum matrimonio. IV. tit. 20 p. 105 ſoluto quoad thorum, cui. ibid.

Dubium ſpeculativum impedit præſcriptionem inchoandam. III. tit. 16 p. 163 non interrumpit cœptam. ibid. p. 163

Duellum quid & quotuplex. V. tit. 14 p. 59 duellum an & quale sit illicitum. ibid. p. 59 duellum in quibus casibus licitum sit. ibid. p. 61 pœnæ duellantibus statutæ. ibid.

E.

Ecclesiæ nomine quid veniat. Libr. III. tit. 13 p. 73 ad Ecclesiæ novæ constructionem quæ requirantur. III. tit. 48 p. 237 Ecclesias reparandi obligatio penes quos sit. ibid. p. 238 Ecclesiis quibus jus asyli competat. III. tit. 49 p. 242 Ecclesiæ Parochialis jura. III. tit. 29 p. 168 Ecclesiæ Parochiali qui præficiendus. III. tit. 37 p. 203 Ecclesia consecrari debet. III. tit. 40 p. 218 Ecclesia quando polluti dicatur. ib. p. 222 Ecclesiarum violatores. V. tit. 17 p. 76

Electio quid sit. I. tit. 6 p. 65 Eligere qui possint. ibid. p. 65 & seq. eligibiles qui sint. ibid. p. 67 ad electionem quinam vocandi. ibid. p. 69 Electio quo loco, & tempore celebranda. ibid. p. 70 Electionis forma. ibid. p. 71 electores quando debeant intimare electo electionem. ibid. p. 74 jus per electionem quæsitum acquiratur. ibid. p. 75 electi confirmatio. ibid. p. 75 electio summi Pontificis. ibid. p. 78

Emphyteusis quid & quotuplex. III. tit. 18 p. 103 Emphyteusin quis & cui concedere possit. ibid. p. 107 in Emphyteusi qui succedant. ibid. p. 108 obligationes ex Emphyteusi ibid. p. 108

108 quot modis finiatur & fiat caduca Emphyteuſis. ibid. p. 109

Emptio & venditio ab aliis contractibus differt. III. tit. 17 p. 92 Subſtantialia emptionis-venditionis. ibid. p. 92 & 93 conſenſus qualis eſſe debeat. ibid. p. 93 res quæ emi vendíque poſſint. ibid. p. 94 pretium. ibid. p. 95 emptio venditio quæ pacta recipiat. ibid. p. 96 obligatio venditoris & emptoris. ibid. p. 98 actio ex empto. ibid. p. 99

Epiikia in quibus Legibus locum habeat. I. tit. 2 p. 34 & ſeq.

Epiſcopatus an ſit Ordo adæquatè diſtinctus à ſacerdotio. I. tit. 11 p. 94

Epiſcopus quomodo eligendus. I. tit. 6 p. 70 Epiſcopi confirmatio & conſecratio. ibid. p. 75 & 76 Epiſcopi translatio. I. tit. 7 p. 79 & ſeq. Epiſcopatum reſignandi cauſæ. I. tit. 9 p. 88 Epiſcopi negligentis jurisdictio ad quem devolvatur. I. tit. 10 p. 90 Epiſcopis ſolis conſecratis competit poteſtas Ordinandi. I. tit. 11 p. 98 Epiſcoporum malè Ordinantium pœnæ. ibid. p. 100 Epiſcopus, qui renuntiavit Epiſcopatui, an Ordines validè & licitè conferat. I. tit. 13 p. 105 quæ ætas in promovendo in Epiſcopum requiratur. I. tit. 14 p. 107 Epiſcopus qualiter ſit delegatus juris. I. tit. 29 p. 141 Epiſcopi poteſtas & officium. I. tit. 31 p. 160 Epiſcopi in materiâ odiosâ nomine Clericorum non veniunt. III. tit. 1 p. 2 Epiſcoporum reſidentia. III. tit. 4 p. 18 Epiſco-

scopi habent fundatam intentionem in jure, beneficia suæ diœcesis conferendi. III. tit. 5. p. 32. Episcopus an unire possit beneficia. ibid. p. 35 an dismembrare. ibid. p. 36 Episcopus habet jus instituendi. III. tit. 7 p. 52 Episcopus an & quomodo pensionem possit beneficio imponere. III. tit. 12 p. 71 Episcopus an alienare possit res Ecclesiæ. III. tit. 13 p. 73 & seqq. Episcopus commutat ultimas voluntates. III. tit. 26 p. 151 Episcopus an in votis dispensare possit. III. tit. 34 p. 195 Episcopo sunt subjectæ domus Religiosæ. III. tit. 36 p. 200 Episcopus quid circa census, exactiones & procurationes possit. III. tit. 39 p. 214 & seqq. Episcopus consecrat Ecclesias &c. III. tit. 40 p. 219 & seqq. Episcopus in quibus impedimentis matrimonii dispenset. IV. tit. 16 p. 75 Episcopi qualiter absolvant ab hæresi. V. tit. 7 p. 39 Episcopi quomodo in irregularitate dispensent. V. tit. 13 p. 57

Eremitæ an veniant nomine Clericorum. III. tit. 1 p. 2

Error quale impedimentum matrimonii ponat. IV. tit. 1 p. 21 versans tantum circa qualitates non est impedimentum dirimens. ibid.

Eucharistia decenter asservanda. III. tit. 44 p. 251 Eucharistiæ Sacramento illata injuria per vicomburio expianda. V. tit. 17 p. 76

Examen Ordinandorum. I. tit. 12 p. 102 pericula sine examine ordinatorum. ibid. p. 103 Examen

men prævium ad inſtitutionem requiritur. III. tit. 7 p 53
Exceptio quid ſit & quotuplex. II. tit. 25 p. 151 & ſeqq. à quibus proponi debeant exceptiones. ibid. p. 152 Dilatoriæ quando opponendæ. ibid. p. 153 peremptoriæ quando. ibid. p. 154 effectus exceptionis. ibid. 155
Exceſſus Prælatorum contra ſubditos qui ſint. V. tit. 31 p. 109
Excommunicatio major & minor. V. tit. 39 p. 142 Excommunicationis effectus. ibid. p. 143 & ſeq. Excommunicatio canonis. ibid. p. 145
Excommunicatus non eſt eligibilis. I. tit. 6 p. 68 non poteſt eligere. I. tit. 6 p. 66 non habet perſonam legitimam ſtandi in judicio. II. tit. 1. p. 7 Exceptiones poteſt opponere. II. tit. 25 p. 153 Excommunicati vitandi qui. V. tit. 39 p. 142
Executio ſententiæ regulariter fieri debet à judice, qui ſententiam tulit. II. tit. 27 p. 180 quando & quomodo facienda. ibid. p. 181 Executores Teſtamenti qui & quomodo eſſe poſſint. III. tit. 26 p. 150
Exemptio Clericorum à foro ſæculari. II. tit. 2 p. 20 Exemptio, quæ per conceſſionem privilegii fit. V. tit. 33 p. 113
Exhæredatio filiorum. III. tit. 26 p. 149 An poſſint exhæredari liberi propter nuptias ſine conſenſu parentum contractas. IV. tit. 2 p. 25

Expositi habentur pro legitimis. IV. tit. 17 p. 80 & V. tit. 11 p. 48.

F.

Falcidia quid. III. tit. 26 p. 155

Falsi crimen quotupliciter accipiatur. V. tit. 20 p. 95 quot modis committatur. ibid. Falsariorum pœnæ. ibid. p. 94

Falsitas Instrumentorum quomodo probanda. II. tit. 22 p. 134 & 135

Fama, prout ad probationem facit, quid sit. II. tit. 19 p. 115 quam probationem faciat. ibid. Ad tuendam famam an licitum sit duellum. V. tit. 14 p. 60

Fatalia appellationis. II. tit. 28 p. 195

Feriæ aliæ ordinariæ, aliæ extraordinariæ. II. tit. 9 p. 57 indicere ferias sacras potest Magistratus Ecclesiasticus. II. tit. 9 p. 57 Feriæ quando incipiant. ibid. p. 58 In feriis qua jurisdictio exerceri possit. ibid. p. 59

Feudum improprium varias habet species. III. tit. 20 p. 114 In feudum quæ res concedi possint. ibid. Feuda qui constituere, & qui recipere possint. ibid. p. 115 Feuda quomodo acquirantur. ibid. p. 116 In feudis qualiter succedatur. ibid. p. 117 Amissio feudi. ibid. p. 118

Fictio juris facit, ut lex in ea fundata procedat in conscientia. I. tit. 2 p. 29 Fictio juris differt à præsumptione. II. tit. 23 p. 137

Fidejussio super quibus causis cadat. III. tit. 22 p. 125 pro quibus personis possit interponi. ibid. p. 126 fidejussionis effectus. p. 128 fidejussores qui esse possint. ibid. p. 127 fidejussoribus quæ beneficia competant, ibid. p. 129

Fides Catholica pro quo sumatur. I. tit. 1 p. 16 subinde jure divino, aliàs jure humano fidei professio necessaria est. ibid.

Filii Presbyterorum quinam à Sacris Ordinibus arceantur. I. tit. 17 p. 114 an etiam à beneficiis Ecclesiasticis. ibid.

Filius familias consensum patris ad Ordines non habet necessarium. I. tit. 18 p. 119 Filiusfam. impubes ne quidem consentiente patre validè contrahit. I. tit. 35 p. 176 Filiusfam. mutuum accipiens tutus est in conscientia. ibid. p. 177

Fornicatio omni jure est prohibita. V. tit. 16 p. 71 fornicator cum ficta matrimonii promissione ad quid teneatur. IV. tit. 1 p. 1

Forum competens ex variis principiis deducitur. II. tit. 2 p. 13 Forum domicilii. ibid. forum rei sitæ. ibid. p. 15 forum contractûs. ibid. p. 17 forum delicti. ibid. p. 18 forum Clericorum. ibid. p. 20 Forum causarum spiritualium. ibid. p. 23 fori extraordinarii species. ibid. p. 26

Frigidi in ordine ad matrimonium qui dicantur. IV. tit. 15 p. 70 & seq.

Fructus, dum quis in integrum restituitur, quos jussus restituere debeat. I. tit. 41 p. 214 Fructus quos spoliator teneatur restituere. II. tit. 13 p. 83

Funeraria quid. III. tit. 28 p. 165

Furtum quando censeatur committi. V. tit. 18 p. 77 Furtum Theologicè & juridicè magnum. ibid. p. 79 ex furto quænam actiones competant. ibid. pœnæ in furtum statutæ. ibid. p. 80.

G.

Gradus Academici varii sunt V. tit. 5 p. 28 & seq. An pro illorum collatione liceat aliquid amittere. ibid.

Gradus consanguinitatis. IV. tit. 14 p. 62 & seq. regulæ pro his gradibus cognoscendis. ibid. p. 63 gradus affinitatis. ibid. p. 67 & 68.

H.

Hæres quis possit aut debeat institui. III. tit. 26 p. 148 Vel unus vel plures institui possunt. ibid. p. 149

Hæresis, hæreticus, Credentes hæreticorum. V. tit. 7 p. 36 cum hæreticis communicare qualiter

liter sit prohibitum. ibid. p. 37 hæreticorum libros legere est prohibitum. ibid. p. 38 Judex in causa hæresis. ibid. p. 39 absolvere ab hæresi quis possit. ibid. p. 39

Homicidium voluntarium & casuale. V. tit. 13 p. 50 homicidii rei qui constituantur. ibid. p. 50 quæ pœnæ in homicidas statutæ. ibid. p. 53

Honestas publica quid importet. IV. tit. 1 p. 17 solo jure Ecclesiastico est introducta. ibid. p. 18 constituit impedimentum perpetuum. ibid. non agit retro. ibid.

Horæ Canonicæ à quibus recitari debeant. III. tit. 41 p. 227 modus recitandi horas. ibid. causæ excusantes. ibid.

Hypothecæ differentia à pignore. III. tit. 21 p. 120.

I.

Jejunium in quo consistat. Libr. III. tit. 46 p. 233 ad jejunium qui teneantur. ibid. p. 235

Ignorantia qualis excuset à Legum transgressione. I. tit. 2. p. 32 Ignorantia non excusat ab incurrenda irregularitate. V. tit. 37 p. 132

Illegitimi non ordinantur licitè. I. tit. 17 p. 116 illegitimi quot modis habilitari possint ad Ordines. ibid. p. 117 illegitimi in genere qui sint. IV. tit. 17 p. 79

Immemorialitas quid sit in præscriptioue. II. tit. 26 p. 157 immemoriali tempore quæ præscribantur. ibid. p. 170

Immissio in possessionem ex primo & secundo decreto. II. tit. 15 p. 90 & 91 quomodo ad immissionem in bona rei contumacis ex primo decreto procedatur. ibid. p. 91 quomodo differat immissio in bona in actione reali & personali. ibid. p. 92 immissio in quibus actionibus locum habeat. ibid. p. 94

Immunitas Clericorum à Legibus sæcularibus. I. tit. 2 p. 31 Immunitas Clericorum à foro sæculari. II. tit. 2 p. 20 Immunitas Ecclesiastica personalis. III. tit. 49 p. 239 Immunitas Ecclesiastica realis. ibid. p. 240 Immunitas localis in quo consistat. ibid. p. 241 immunitas à solvendis decimis quomodo obtineri possit. III. tit. 30 p. 175

Impedimenta impedientia matrimonii. IV. tit. 1 p. 16 & IV. tit. 16 p. 73 & seq.

Impedimenta dirimentia matrimonii sunt error circa personam, de quo IV. tit. 1 p. 21 conditio servilis. IV. tit. 9 p. 47 votum. IV. tit. 6 p. 40 & seq. cognatio spiritualis. IV. tit. 11 p. 52 cognatio legalis. IV. tit. 12 p. 57 cognatio carnalis. IV. tit. 14 p. 61 crimen IV. tit. 7 p. 43 Cultûs disparitas. IV. tit. 1 p. 19 Vis. IV. tit. 1 p. 14 & I. tit. 40 p. 204 Ordo. IV. tit. 6 p. 42 ligamen. IV. tit. 4. p. 33 Honestas publica. IV. tit. 1 p. 17 Ætas. IV. tit. 2 p. 24 Affinitas. IV. tit. 14 p. 67 clandestineitas. IV. tit. 3 p. 28 Raptus. IV. tit. 1 p. 20

Imperium merum & mixtum. I. tit. 31 p. 153 Etiam de jure Canonico merum Imperium datur. ibid. p. 154

Impotentia, ut matrimonium dirimat, qualis esse debeat. IV. tit. 15 p. 71 Impotentes qui sint, ut matrimonium nequeant contrahere. ibid. p. 71 & seq. In casu impotentiæ an qualiter putatitii conjuges separandi. ibid. p. 72

Impuberes an ex pactis & contractibus obligentur. I. tit. 35 p. 176 impuberum sponsalia. IV. tit. 2 p. 23 impuberum delicta quomodo puniantur. V. tit. 23 p. 99

Incendiarii qui dicantur, & quæ eorum pœnæ. V. tit. 17 p. 74 &c.

Incestuosus. IV. tit. 14 p. 69 Incestus punitur gladio. V. tit. 16 p. 71

Indulgentiæ vel plenariæ vel partiales dantur à S. Pontifice. V. tit. 38 p. 137 Requiritur ad earum valorem justa causa. ibid. tit. 38 p. 137

Infantes pacisci non possunt. I. tit. 35 p. 176 Infantes expositi. IV. tit. 11 p. 48

Infideles ad fidem conversi. III. tit. 33 p. 189 ad infideles arma non sunt deferenda. V. tit. 6 p. 31

Injuria variè dividitur. V. tit. 37 p. 124 inferre & pati injuriam qui possint. ibid. p. 125 contra injuriantem quæ in foro externo detur actio. ibid. p. 125 injuriarum actio quot modis cessset. ibid. p. 126

Innocens non est condemnandus, etiamsi judici nocens probatus sit, dummodo aliunde judici de

de innocentia conſtet. I. tit. 32 p. 165 Innocentem occidere directè non licet. I. tit. 34 p. 173

Inquiſitio generalis & ſpecialis. V. tit. 1 p. 9 ad inquiſitionem quando & quomodo procedendum. V. tit. 1 p. 9

Inſpiratio locum habet in electione facienda. I. tit. 6 p. 71

Inſtitutio ſpecificè accepta. III. tit. 7 p. 51 qui poſſint inſtitui. ibid. p. 52 jus inſtituendi cui competat. ibid. Inſtitutio quomodo facienda. ibid. p. 53 effectus inſtitutionis. ibid. p. 54 Inſtitutio authorizabilis. ibid. p. 55

Inſtitutio hæredis quomodo fieri debeat. III. tit. 26 p. 148

Inſtrumentum quid & quotuplex. II. tit. 22 p. 128 ad inſtrumentum publicum quæ requirantur. ibid. Inſtrumenta publica quomodo probent. ibid. p. 130 Inſtrumenta privata non authentica. ibid. p. 131 Inſtrumentorum productio. ibid. p. 133 Inſtrumentorum fides quomodo enervetur. ibid. p. 134

Interdicta poſſeſſoria. II. tit. 12 p. 73 & ſeq.

Interdictum Eccleſiæ in materia matrimoniali. IV. tit. 16 p. 73

Interdictum pro cenſura acceptum differt ab excommunicatione. V. tit. 39 p. 146. & ſeq. aliud locale, aliud perſonale, aliud mixtum ibid. etiam communitates integræ poſſunt interdici. ibid.

Interpretatio Legis quotuplex. I. tit. 2 p. 33 per interpretationem quomodo lex extendatur. ibid. p. 34

Interpretatio quæ in privilegiis fieri possit. V. tit. 33 p. 118

Interstitia quid sint. I. tit. 11 p. 95

Investitura fieri debet in beneficiis. III. tit. 3 p. 51 laicis non potest competere jure proprio. ibid. p. 55 quomodo fieri debeat. ibid. p. 56

Investitura in feudis. III. tit. 20 p. 116

Irregulares non sunt eligibiles. I. tit. 6 p. 68 Irregulari facta collatio beneficii est nulla. I. tit. 14 p. 109 Irregulares sunt omnes illegitimi. I. tit. 17 p. 116 Irregulares sunt servi. I. tit. 18 p. 117 Irregulares sunt obligati ad ratiocinia. I. tit. 19 p. 120 Irregulares sunt corpore vitiati. I. tit. 20 p. 122

Irregularitas ex delicto à quibus contrahatur. V. tit. 12 p. 54 ex defectu lenitatis Christianæ à quibus. ibid. p. 55 Fur quomodo incurrat irregularitatem. V. tit. 18 p. 81 Irregularitas à Clerico excommunicato vel suspenso, si ministret, incurritur. V. tit. 27 p. 106 Irregularitas quid sit. V. tit. 37 p. 131

Irritatio à Lege inducta. I. tit. 11 p. 26 Irritari quæ vota & à quibus possint. III. tit. 34 p. 193

Jubilæum est species indulgentiæ plenariæ. V. tit. 38 p. 137

Judæi an licitè à Principibus Christianis recipiantur. V. tit. 6 p. 32 Quid commodi ex sui receptione consequantur. ibid. qualis communicatio cum judæis sit prohibita. ibid. p. 33

Judex quis dicatur & esse possit. l. tit. 32 p. 163 officium judicis. ibid. p. 164 judicis obligatio. ibid. p. 165 non datur casus pro amico. ibid. judex non potest damnare innocentem, licèt probatus sit nocens. ibid. circa acceptionem munerum quid notandum. ibid. p. 166

Judex Ordinarius, & qui hoc nomine veniant. l. tit. 31 p. 155 Coram quo judice causa in judicium deducenda. ll. tit. 1 p. 9

Judex delegatus. l. tit. 29 p. 140 Varia divisio judicum delegatorum. ibid. p. 141 Delegatus Papæ etiam subdelegare potest. ib. p. 143 Judex delegatus quis esse possit. ibid. 144 judicis delegati officium. ibid. p. 145 potestas judicis delegati. ibid. p. 146 quomodo cesset officium judicis delegati. ibid. p. 147

Judicium variè accipitur. ll. tit. 1 p. 2 & seq. judicium constituunt judex, actor, reus. ibid. p. 4 In judicio quinam stare possint. ibid. p. 5 forma & effectus judicii. ibid. p. judicium ex quibus causis reddatur nullum. ibid. p. 11

Juramentum est honestum & laudabile. ll. tit. 24 p. 140 juramentum assertorium differt à promissorio. ibid. p. 142 Quotuplex requiratur veritas ad juramentum promissorium. ibid. p. 142 & seq. juramenti promissorii qualis sit obligatio. ibid. p. 144 quomodo firmet contractus. ibid. p. 145 Cessat obligatio juramenti vel hujus irritatione vel relaxatione, vel remissione, vel commutatione. ibid. p. 147

Juramentum calumniæ quid continere debeat. ll. tit. 7. p. 48 remitti tacitè potest, non expressè. ibid. p. 49 quinam præstare debeant. ibid. p. 50

Ju-

Juramentum judiciale in ſpecie ſumptum quis deferre poſſit. II. tit. 24 p. 148 An neceſſariò præſtandum. ib. p. 149 effectus hujus juramenti. ib.
Juramentum neceſſarium an & cui judex deferre debeat. ibid. p. 150
Jurisdictio in genere alia Eccleſiaſtica eſt, alia ſæcularis. I. tit. 31 p. 153 jurisdictio quomodo acquiratur. ibid. p. 154 quomodo amittatur. ibid.
Jurisdictio Confeſſario ad validam Pœnitentiæ adminiſtrationem neceſſaria eſt. V. tit. 38 p. 135
Jurisdictio Vicarii Generalis eſt Ordinaria. I. tit. 28 p. 136 Ad omnes cauſas, quæ pertinent ad jurisdictionem Epiſcopi ordinariam, ſe extendit. ibid. variè ceſſat. ibid. p. 137
Jus variè ſumitur. Quæſt. Procem. p. 1 & ſeq. Jus naturale. Quæſt. Procem. p. 3 Jus poſitivum. ibid. Jus Gentium Q. Procem. p. 4 Jus Civile. ibid. Jus Canonicum. Quæſt. Pro. p. 7 Juris Canonici partes. ibid. p. 8 Juris utriusque uſus in utroque foro. ibid. p. 13
Jus patronatûs. III. tit. 38 p. 204 Jus Patronatûs Eccleſiaſticum & laicale. ibid. p. 205 Juris patronatûs etiam laici capaces ſunt. ibid. p. 206 modi acquirendi Jus patronatûs. ibid. p. 207 Jura patronis competentia. ibid. p. 208 Jus patronatûs quomodo in alios transferatur. ibid. p. 211 probatio juris patronatûs ibid. 212 amiſſio Juris patronatûs. ibid. p. 213

L.

Læſio qualis eſſe debeat, ut cenſeatur competere reſtitutio in integrum. I. tit. 41 p. 207

Laici non possunt ferre Leges, vel personas Ecclesiasticas vel Ecclesiam concernentes. I. tit. 2. p. 22 Laici non sunt capaces juris eligendi. I. tit. 6. p. 66 laico non potest beneficium conferri. I. tit. 14 p. 109 Laicus solus in causa spirituali arbiter esse nequit. I. tit. 43 p. 220 laicorum forum. II. tit. 2 p. 23 laicis Magistratus nequit ferias sacras indicere. II. tit. 9 p. 57 laici sunt incapaces juris decimandi. III. tit. 30 p. 173 laicale Jus patronatûs. III. tit. 38 p. 204 & seq.

Laudum ab arbitro latum. I. tit. 43 p. 222

Legatum quid. III. tit. 26 p. 154 legari res etiam aliena potest. ibid. quibus relinqui possint legata. ibid. p. 155

Legatus alius est natus, alius missus. I. tit. 30 p. 148 Legatorum communis potestas quæ. ibid. p. 149 Legati à latere prærogativa. ibid. p. 150 Legati missi potestas. ibid. p. 151 officium Legati quomodo finiatur. ibid. p. 152

Legislator nec vi coactivâ, nec directiva suis Legibus tenetur. I. tit. 2 p. 30 Legislator humanus nequit ferre Leges contra jus divinum vel naturale. ibid. p. 23

Legitima quæ & quanta sit. III. tit. 26 p. 150

Legitimatio quid sit. IV. tit. 17 p. 81 quotuplex citer fiat. ibid. quomodo à dispensatione distinguatur. ibid. effectus legitimationis. IV. tit. 17 p. 83 legitimatio per rescriptum. ibid. p. 84

Legitimus est non tantùm natus ex matrimonio valido, sed etiam ex putativo. IV. tit. 17 p. 79. ex uxore, de qua certum, eam esse adulte-

ulteram. ibid. p. 80. expoſiti etiam pro legitimis habentur. ibid. p. 80 legitimati per ſubſequens matrimonium de jure non ſuccedunt in feudis. ibid. p. 83

Lepra ſuperveniens ſponſalibus dat juſtam cauſam reſiliendi. IV. tit. 8 p. 46 Per lepram ſupervenientem non diſſolvitur matrimonium quoad vinculum. ibid. p. 47 leproſo an ſanus teneatur reddere debitum. ibid. p. 47

Lex quid ſit. I. tit. 2 p. 17 forma Legis. ibid. p. 18 promulgatio Legis Eccleſiaſticæ ſufficit, ſi Romæ ſit facta. ibid. p. 19 Ad Legem acceptatio populi non requiritur. ibid. p. 19 materia Legis. ibid. p. 20 cauſa finalis legis. ibid. p. 21 Legum cauſa efficiens. ibid. p. 21 penes quem ſit poteſtas condendi leges civiles. ibid. p. 23 Leges humanæ obligare poſſunt in conſcientia. ibid. p. 25 Lex pœnalis. ibid. p. 25 Lex irritans. ibid. p. 26 Lex fundata in præſumptione. ibid. p. 28 Lex in fictione juris fundata. ibid. p. 29 Legibus Eccleſiaſticis qui obligentur. ibid. p. 29 Legibus civilibus qui. ibid. p. 31 ab obſervatione Legis an metus excuſet. ibid. p. 31 an ignorantia. ibid. p. 32 Legis interpretatio, ibid. p. 33 ceſſatio legis. ibid. p. 35

Lex diœceſana & Lex jurisdictionis reſpectu Epiſcopi quid ſit. I. tit. 31 p. 160

Libellus ſummarius & articulatus. II. tit. 3 p. 29 conſtat narratione facti, medio concludendi, & concluſione. ibid. p. 30 Vitia libelli. ibid. p. 31 libellus emendari poteſt etiam poſt litem

contestatam, non mutari. ibid. p. 32 & 33 effectus oblati libelli. ibid. p. 33

Liberi seu ingenui soli ordinandi. I. tit. 18 p. 117 & seq. Liberi seu ingenui qui dicantur. IV. tit. 10 p. 50

Libri hæreticorum de Religione tractantes vel hæresin continentes legendi non sunt. V. 7 p. 38

Linea consanguinitatis quid. IV. tit. 14 p. 62

Lis pendens quando dicatur. II. tit. 16 p. 95 Effectus pendentiæ litis. ibid. lite pendente possessio immutari non debet. ibid.

Literæ dimissoriæ à quo & quomodo concedi possunt. I. tit. p. 98

Litigiosa res vel res vitio litigii affecta II. tit. 16 p. 95 Res litigiosa si alienetur, quibus pœnis subjaceant alienans & accipiens. ibid. p. 97

Litis contestatio quomodo fiat. II. tit. 5 p. 42 Est de substantia processûs ordinarii. ibid. p. 43 recensentur causæ, ubi litis contestatione opus non est. ibid. p. 43 litis contestatio per quos fieri possit. ibid. p. 44 lite non contestatâ procedi non debet ad testium receptionem vel ad sententiam definitivam. II. tit. 6 p. 45

Loca pia an & cui Episcopo sint subjecta. III. tit. 36 p. 200 In loca Religiosa quid juris Episcopo competat. ibid. p. 201 circa mutationem statûs locorum Religiosorum quid possit Episcopus. ibid. p. 202

Locare qui possint. III. tit. 18 p. 101 quæ res possint locari. ibid. p. 102 locatoris obligationes. ibid. p. 103 locati actio. ibid. p. 105

Lucrum ceſſans juſtus eſt titulus, aliquid ultra ſortem accipiendi. V. tit. 19 p. 83
Luxuria, ejúsque ſpecies. V. tit. 16 p. 71

M.

Magia quæ dicatur. V. tit 21 p. 96 pœna Magiæ. ibid. p. 98
Magiſtrorum nomine qui veniant. V. tit. 5 p. 28
Majorennes an ſubinde reſtitui in integrum poſſint. I. tit. 41 p. 210.
Mojoritas unde naſcatur. I. tit. 33 p. 167 ratione dignitatis quæ majoritas. ibid. p. 168
Maledictum quid & quotuplex. V. tit. 26 p. 103 pœna maledicorum. ibid. p. 104 & 105
Maleficiati. IV. tit. 15 p. 70
Mandato an & qualiter egeat Procurator. I. tit. 38 p. 194 Effectus mandati procuratorii. ib. p. 196
Matrimonium Clericis an & quo jure ſit prohibitum. III. tit. 3 p 11 matrimonium contrahendo an & qualiter Clericus amittat beneficia. ibid. p. 14 matrimonio nondum conſummato ſponſis de præſenti licet Religionem ingredi. III. tit. 32 p. 187 matrimonio conſummato quomodo conjugibus Religionem ingredi liceat. ibid. p. 187 matrimonium ratum diſſolvitur per ſolennem profeſſionem. ibid. p. 188 matrimonium infidelium quomodo ſolvatur. III. tit. 33 p. 189. Matrimonium ad morganaticam. IV. tit. 1 p. 11 requiſita ad matrimonii valorem. ibid. p. 11. Matrimonium eſt verum Sacramentum. ib. p. 12 matrimonii conſenſus qualiter exprimi debeat. ib. p. 14 matrimonium invalidum quomodo reſtaurandum. ib. p. 15. Ad matrimo-

nium quæ ætas requiratur. IV. tit. 2 p. 24 Matrimonium clandestinum, quid. IV. tit. 3 p. 25 matrimonium clandestinum an sit irritum. ib. p. 28 irritatione matrimonii clandestini quinam afficiantur. ib. p. 28 & 29. Matrimonio an possint conditiones apponi. IV. tit. 5 p. 37 & segq. Matrimonium an dirimant vel solùm impediant vota simplicia. IV. tit. 6 p. 41. Matrimonium leprosorum. IV. tit. 8 p. 46. Matrimonium servorum. IV. tit. 9 p. 47. Matrimonium contra interdictum Ecclesiæ contractum. IV. tit. 16 p. 73. & seq. Matrimonium habet vim legitimandi proles. IV. tit. 17 p. 79 & seq. Matrimonii judex. IV. 18 p. 85. Matrimonium accusare qui possint. ib. p. 86. qui non. ib. p. 87. Matrimonium est indissolubile quoad vinculum. IV. tit. 19. p. 90 & seq.

Mendicantes Religiosi an transire possint ad aliam Religionem. III. tit. 31 p. 185

Menses Papales in concordatis. III. tit. 5 p. 47. Mensis Papalis quando finiatur. ibid. p. 48

Merum & mixtum imperium. I. tit. 31 p. 153

Metu facta beneficii resignatioest irritanda. I. tit. 9 p. 87. Metus quid sit & quotuplex. I. tit. 40 p. 202. Metu gesti actus an sint validi vel invalidi. ibid. p. 203 & II. tit. 24 p. 143. Metum passo quomodo subveniatur. ibid. p. 205. Metu initum matrimonium. IV. tit. 1 p. 14

Minor an possit esse judex. I. tit. 32 p. 164 minor an possit compromittere in arbitrum. I. tit. 43 p. 219 an arbiter esse possit. ibid. p. 220.

Mi-

Minoribus an & quomodo competat beneficiũ restitutionis in integrum. I. tit. 41 p. 208
Missa an sit sacrificium. III. tit. 41 p. 224 quæ sit obligatio sacrificandi ibid. p. 225
Missio in possessionem ex primo & secundo decreto. II. tit. 15 p. 90 & seq.
Modus quid sit. IV. tit. 5. p. 36. quomodo afficiat matrimonium. ibid. p. 40.
Mohatræ contractus illicitus est. V. tit. 19. p. 88
Monachorum status. III. tit. 35 p. 169.
Monasteriorum erectio quid requirat. III. tit. 36 p. 201 Monasteriis quid juris competat in parochiis sibi unitis. III. tit. 37 p. 203 Monasteria libera sunt à cathedratico solvendo. III. tit. 39 p. 216 Monasteriis jus asyli competit. III. tit. 49 p. 242
Moniales in materia sibi adaptabili favoribus Clericatûs gaudent. III. tit. 1. p. 2. Monialium clausura. III. tit. 35 p. 199
Montes pietatis immunes sunt ab usura. V. tit. 19 p. 90
Mora præstatur in commodato. III. tit. 15 p. 87 mora in Emphyteusi Ecclesiastica per celerem satisfactionem purgari potest. III. tit. 18 p. 110
Mortuaria vel quarta funeralium Parocho competens. III. tit. 28 p. 165
Munera an possit judex accipere. I. tit. 32 p. 166 & tit. 1. p. 5.
Munus à manu, munus à lingua, munus ab obsequio quid sit. V. tit. 3. p. 19
Mutilati qui sint prohibiti à sacris Ordinibus, consequenter irregulares. I. tit. 20 p. 124 & V. tit. 12 p. 55 & 56

N.

NAti ex libero ventre Libr. IV. tit. 10 p. 50 *Negativa facti* an & quomodo probari possit. II. tit. 19 p. 113 Negativa juris potest & debet probari. ibid. p. 114

Negligentia Prælatorum qualiter suppleatur. II. tit. 10 p. 89 Negligentia Prælatorum in materia jurisdictionis per quem suppleatur. ibid. p. 90 per quem in materia beneficiali. ib. 92

Negotia sæcularia quæ prohibita sint Clericis. III. tit. 1 p. 7 & tit. 50 p. 250 & seq. pœnæ in Clericos negotia sæcularia tractantes statutæ. ibid. p. 253

Negotiatio quæ Clericis & quomodo sit prohibita. III. tit. 50 p. 250

Notarius quis esse possit. II. tit. 22 p. 128 quid præterea in Notario requiratur. ibid. p. 129

Novalia propriè dicta sunt, dum terra ad culturam redigitur, de qua non extat memoria, nec fuit cus, quòd fuerit aliquando culta. III. tit. 30 p. 171 Novalia Parocho debentur. ibid. p. 171

Novi operis nuntiatio quid sit & quotuplex. V. tit. 32 p. 111 Novi operis nuntiatio quibus competat. ibid. effectus nuntiationis novi operis. ibid. p. 112

Novitiatus præmitti debet professioni III. tit. 31 p. 181

Novitiis quæ privilegia competant. III. tit. 31 p. 182

Nuntius Apostolicus quam habeat potestatem I. tit. 30 p. 151 quid operetur clausula: *cum potestate legati à latere* subinde addi solita. ibid. p. 151

Nuptiæ secundæ, tertiæ, quartæ sunt licitæ. IV. tit. 21 p. 107 Nubentibus secundò quæ pœnæ statutæ. ibid. p. 108 & seq. an correctæ per Jus Canonicum. ibid. p. 110 ad secundas nuptias ut liceat transire, quomodo de obitu conjugis constare debeat. ibid. p. 112 nuptiarum benedictio quid, & non adhibenda secundis nuptiis. ibid. p. 113.

O.

Obedientia in quo consistat, & cui debeatur. I. tit. 33 p. 169 in obedientiâ superioribus præstandâ quomodo procedendum. ibid. p. 170. Obedientia Religiosorum. III. tit. 35 p. 198
Oblationes facere nemo tenetur. III. tit. 30. p. 178 ad quem spectent. ibid. p. 178
Obligati ad ratiocinia quinam ab Ordinibus sacris arceantur. I. tit. 19 p. 120
Obligatio Legis an in conscientiâ locum habeat I. tit. 2 p. 25
Officium divinum qui recitare debeant. III. tit. 41 p. 226 quas pœnas non recitantes incurrant. ibid. p. 227 causæ à recitatione divinii officii excusantes. ibid.
Ordo est verum Sacramentum. I. tit. 11 p. 93 prima tonsura Ordo non est. ibid. p. 93 tactus physicus materiæ non est necessarius. ibid. p. 94 tempora, interstitia in Ordinibus servanda. ibid. p. 94
Ordinis Minister est Episcopus. I. tit. 11 p. 98 ut licitè conferat, præter alia debet esse proprius ordinandi. ibid. p. 98 pœnæ malè ordinantium & ordinatorum. ibid. p. 100

Ordinandorum qualitates enumerantur, l. tit. 11 p. 95 quid circa congruam ordinandi sustentationem requiratur. ibid. p. 97 ordini conferendo debet examen præmitti. l. tit. 12 p. 102. pœnæ ordinantinm & ordinatorum absque examine. ibid. p. 103 Ordinatus an validè sit & licitè, qui accepit Ordines ab Episcopo, dum Episcopatui renuntiavit. l. tit. 13 p. 105 Ordinandi non sunt filii Presbyterorum. l. tit. 17 p. 114 non servi. l. tit. 18 p. 117 non obligate ad ratiocinia. I. tit. 10 p. 120 non corpori vitiati. l. tit. 20 p. 122 non bigami. l. tit. 21 p. 124 Ordines malè suscepti V. tit. 29 p. 108

Ordo cognitionum quid sit ll. tit. 10 p. 60 Regula circa Ordinem cognitionum observanda. ibid. p. 61.

P.

Pactum differt à contractu propriè tali. l. tit. 35 p. 174 pacta nuda pariunt obligationem naturalem, civilem. ibid. p. 175 paciſci qui prohibeantur. ibid. p. 175 & 176 de quibus rebus liceat inire pacta. ib. p. 177 Forma pactorum. ib. p. 178 Pacta quæ possint contractui emptionis venditionis adjici. lll. tit. 17 p. 97 quæ pacta possint contractui pignoratitio adjici. lll. tit. 21 p. 123 pactum Simoniacum quando interveniat. V. tit. 3 p. 16 & quando non interveniat. ibid. p. 17

Pallium Archi-Episcopale quid sit. l. tit. 8. p. 83 Figura hujus pallii. ibid. p. 84 antiquus usus pallii. ibid. quinam utantur pallio. ibid. p. 84.

Papa fert Leges Ecclesiasticas universales. I. tit. 2 p. 21 per se Papæ potestas legislativa in sæcularibus non extenditur extra territorium D. Petri ibid. p. 23 Papa triplicem habet jurisdictionem. I. tit. 31 p. 155 Papatus est juris divini. ibid. p. 156 è cathedra loquens est infallibilis. ibid. 156

Parentes qualiter possint liberos despondere. IV. tit. 2 p. 24. Parentum consensus ad matrimonium non est necessarius. IV. tit. 1 p. 11 & IV. 2. p. 25.

Parochia quid, & quæ ad illam constituendam requirantur. III. tit. 29 p. 167 Parochiæ quæ jura competant. ibid p. 168

Parocho quid juris competat, si parochianus alibi sepeliatur. III. tit. 28 p. 164 Parochi officium III. tit. 29 p. 169 Parochus proprius debet assistere matrimonio, ad hoc ut valeat. IV. tit. 3 p. 28 quis nomine Parochi proprii veniat. ibid. p. 29 quales qualitates in parocho proprio requirantur. ibid. p. 31

Parricida quis. V. tit. 10 p. 45 pœna parricidii. ib.

Patriarchæ majores alii, alii minores. I. tit. 31 p. 158

Patrinus contrahit cum batizato ejusque parentibus cognationem spiritualem. IV. tit. 11 p. 52 patrini qui possint esse. ibid. p. 55

Patronatus sive Jus patronatus multiplex est. III. tit. 38 p. 204 & seq. differentiæ inter jus patronatus Ecclesiasticum & laicale. ibid. p. 205 Juris patronatûs quinam sint capaces. ibid. p. 206. modi jus patronatûs acquirendi. ibid. p. 207

207 Jura patronorum. ibid. p. 208 modi jus patronatûs in alios transferendi. ibid. p. 211 quomodo jus patronatûs probetur. ibid. p. 212 quomodo amittatur. ibid. p. 213

Paupertas Religiosa ad quid Religiosum obliget III. tit. 35 p. 196

Pax quid sit, & quid Treuga. I. tit. 34 p. 171 an Princeps subditos ad pacem possit cogere. ibid. p. 171 Potest Princeps pace initâ remittere illata subditis tempore belli damna. ibid. p. 172

Peculium Clericorum quid III. tit. 25 p. 139 triplex Clerici peculium habent. ibid. quomodo possint expendere. ibid. p. 140 & 141

Pensio in beneficiis à quo possit imponi. III. tit. 12 p. 71

Percussio Clerici facit incurri excommunicationem. V. tit. 39 p. 145

Percussor Clericus. V. tit. 25 p. 102

Peregrini non tenentur Legibus patriæ, à qua absunt, nec locorum, quæ transeunt. I. tit. 2. p. 30 Clerici peregrini qui sint, & quid sit circa eos statutum. I. tit. 22. p. 127. Clerici peregrinantes, effectúsque est peregrinationis Romanæ post litem motam appellatio. II. tit. 29 p. 204

Periculum rei venditæ statim transit ad emptorem. III. tit. 17 p. 93 periculum amittendæ sortis est justa causa aliquid ultra sortem accipendi. V. tit. 19 p. 83

Permutatio quid sit. III. tit. 19 p. 110 effectus permutationis. ibid. p. 111 res, quæ permutari possint. ibid. p. 112

Pignus quomodo differat ab hypotheca. III. tit. 21. p. 102 pignus expreſſum & tacitum. ibid. p. 120 res, quæ pignori dari poſſunt. ibid. p. 121 qui poſſunt conſtituere pignus. ibid. p. 122 effectus & jura conſtituti pignoris. ibid. p. 122 & 123 pignoratitio contractui quæ pacta poſſint adjici. ibid. p. 123

Plus-petitio fit 4. modis. II. tit. 11 p. 63 plus petentium pœna. ibid. p. 65 quomodo pœna plus petentium poſſit evitari. ibid.

Pœna Legibus adjecta quando teneat. I. tit. 2 p. 33 pœnæ ſcienter poſtulantium indignum. I. tit. 5 p. 63 pœnæ malè ordinantium & ordinatorum. I. tit. 11 p. 100 pœnæ contra contumaces ſtatutæ. II. tit. 14 p. 89 & 90 pœnam an liceat ſponſalibus adjicere. IV. tit. 1 p. 5 pœnæ binubentibus ſtatutæ. IV. tit. 21 p. 107 & ſeq. quænam pœnæ in Simoniacos ſint ſtatutæ. V. tit. 3 p. 24 pœnæ contra hæreſin decretæ. V. tit. 7 p. 38 pœnæ ſchismaticorum. V. tit. 8. p. 41 pœnæ parricidii. V. tit. 10 p. 45 pœnæ exponentium liberos ſuos. V. tit. 11 p. 47 pœnæ contra homicidas ſtatutæ. V. tit. 12 p. 53 pœnæ duellantium. V. tit. 14 p. 62 pœnæ adulterii. V. tit. 16 p. 68 *per omnes titulos hujus libri in malefactores pœnæ ſtatutæ ſunt.* Pœna in genere quid ſit. V. tit. 37 p. 128 pœnam quis & qualem poſſit imponere. ibid. p. 129 pœnæ juris Canonici in ſpecie. ibid. p. 131

Pœnitentia variè ſumitur. V. tit. 38 p. 134. Pœnitentiæ Sacramentum. ibid. Pœnitentia quatenus eſt ſatisfactio. ibid. p. 136

Po-

Polygamia quo jure prohibita. IV. tit. 4 p. 34 DEus dispensavit in polygamia & potuit dispensare. ibid. p. 35

Possessio alia naturalis, alia civilis. II. tit. 12 p. 67 acquisitio possessionis. ibid. p. 68. amissio possessionis. ibid. p. 69 commoda possessionis. idid. p. 70 quænam possessio ad præscriptionem requiratur. II. tit. 26 p. 167

Possessoria remedia. II. tit. 12 p. 73 quomodo petitorium & possessorium cumulari possit. ibid. p. 76

Postulare quid sit. I. tit. 37 p. 148 postulare vel advocare qui possint. ibid. p. 185

Postulatio Prælatorum differt ab electione. I. tit. 5 p. 59 & seq. postulari qui possint. ibid. p. 61 forma postulationis. ibid. p. 63

Præbenda quid sit. III. tit. 5 p. 24 præbendâ tripliciter dicitur vacare. III. tit. 8 p. 57

Præcedentia unde nascatur. I. tit. 33 p. 167 Judex controversiæ propter præcedentiam ortæ. ibid. p. 169

Prædatio quid sit. V. tit. 17 p. 73

Prælati Episcopis inferiores quam potestatem habeant. I. tit. 31 p. 161 quæ à Prælato fieri possint sine consensu Capituli. III. tit. 10 p. 63 & seq. Prælatus quomodo res Ecclesiæ alienare possit. III. tit. 13 p. 73 & seq. ne Prælati vices suas vel Ecclesias sub annuo censu concedant. V. tit. 4 p. 26 & seq.

Præscriptio & usucapio hodie pro eodem sumuntur. II. tit. 26 p. 156 varia est præscriptio. ibid. unde orta sit præscriptio. ibid. p. 157 et.

effectus præscriptionis. ibid. p. 158 qui & contra quos præscribere possint. ibid. p. 159. requisita ad præscriptionem. ibid. p. 160 & seq. impedimenta præsciptionis. ibid. p. 170

Præsentatio quid sit. III. tit. 38. p. 210. præsentatus debet esse dignus. ibid. pluribus ab eodem patrono præsentatis dignior debet institui. ibid. p. 211 Tempus præsentandi. ibid. p, 205 & 206

Præstationes annuæ unâ 30. annorum præscriptione non extinquuntur. II. tit. 26 p. 161

Præsumptio alia est hominis, alia juris. II. tit. 23 p. 136. differt à conjectura, indicio, fictione juris. ibid. p. 137. vim qualem probandi præsumptio habeat. ibid. p. 138 Effectus præsumptionis. ibid. p. 138 & 139

Prævaricari quid sit, & quæ pœna prævaricationis. V. tit. 2. p. 13

Præventio locum habet, si delictum in confinio duorum territoriorum patratum. II. tit. 2. p. 19 item in causis mixti fori. ibid. p. 24. Forum præventionis quid sit. ibid. p. 27

Precariæ & precarium quomodo differant, & quid circa utrumque notandum. III. tit. 14. p. 82 & seq.

Preces primæ Imperatori non competunt vi Majestatis Imperatoriæ. II. tit. 5. p. 45

Presbyter ut ordinetur, requiritur, ut sit 25. annorum saltem inchoativè. I. tit. 11 p. 96 Presbyter non baptizatus an valide conferat Sacramenta. III. tit. 43 p. 230

Pretium emptionis venditionis. III. tit. 17 p. 95 pretium Simoniacum. V. tit. 3 p. 19
Primates qui sint. I. tit. 31. p. 158
Primicerius, ejusque officium. I. tit. 25 p. 132
Primitiæ sunt primi fructus, qui DEI beneficio ex agris producuntur III. tit. 30 p. 177 Semel tantùm debentur. ibid. hodie præcepto tantùm Ecclesiastico. ibid p. 178
Princeps non potest cum præjudicio & diminutione subditorum sine justâ causâ aliquid statuere. I. tit. 2. p. 24 Non tenetur legibus propriis. ib. p. 30
Privilegium fori competens personis Ecclesiasticis. II. tit. 2 p. 20 privilegia quæ competant Clericis conjugatis. III. tit. 3 p. 14 & 15 Privilegium quid & quotuplex. V. tit 33 p. 113. 114 & seq. qui & quibus possint privilegia concedere. ibid. p. 115 acquisitio privilegiorum. p. 116 in usu privilegiorum quomodo se gerat privilegiatus. ib. 117 interpretatio & extensio privilegiorum. ibid. p. 118 Cessario & amissio privilegiorum. ibid. p. 119
Probatio quid & quotuplex. II. tit. 19. p. 110 effectus probationis. ibid. p. 111 actori incumbit probatio. ibid. p. 112 objectum probationis. ib. p. 113 species probationum. ibid. p. 114
Procurationum nomine quid veniat. III. tit. 39 p. 217
Procurator quis sit & quotuplex. I. tit. 38 p. 189 Procuratorem qui possit constituere. ib. p. 190 Procurator qui possit constitui. ibid. p. 192 in quibus causis possit constitui procurator. ib. p. 193 Procurator qualiter mandato egeat. ibid. p.

p. 194 Procuratoris officium quot modis finatur. ibid. p. 197
Professio fidei à quibus fieri debeat. I. tit. 1 p. 16 & V. tit. 7 p. 38
Professio Religiosa quid sit. III. tit. 31 p. 183 effectus Professionis. ib. p. 184 Professio an nunquam liceat à Religione recedere. ibid. p. 185
Promissio beneficii nondum vacantis non valet. III. tit. 8 p. 59 promissio matrimonii qualis esse debeat, ut sit valida. IV. tit. 1. p. 1. & 2
Proprietas quomodo differat à possessione. II. tit. 12 p. 71 causa proprietatis quæ sit. ib. p. 173 causa proprietatis & possessionis coram eodem judicè tractanda. ibid. p. 75 causa proprietatis & possessionis cumulari potest. ibid. p. 76
Prorogatio jurisdictionis quid sit. II. tit. 2 p. 28 quæ causæ prorogari non possint. ibid. p. 28 prohibiti prorogare jurisdictionem judicis non sui. ibid. p. 28 & 29
Protocollum eandem vim probandi habet, quam instrumentum. II. tit. 22 p. 130
Puberes an & quomodo à sponsalibus resilire possint. II. tit. 2 p. 23 pubertas legalis vel etiam naturalis ad matrimonium contrahendum sufficit. ib. p. 24 pubertati proximi delinquentes pœnæ saltem extraordinariæ subjacent. V. tit. 23 p. 99
Publicatio attestationum quid sit & quomodo fiat. II. tit. 20 p. 125 effectus publicationis. ibid. p. 126
Pueri & puellæ an obligentur Legibus. I. tit. 2 p. 30 puerorum delicta. V. tit. 23 p. 99
Pupillus nequit contrahere absque authoritate Tu-

toris, & si contraxerit nequidem naturaliter obligatur. I. tit. 35 p. 176

Purgatio vel est Canonica vel vulgaris. V. tit. 34 p. 122 quomodo olim, & quomodo hodie fiat purgatio Canonica. ibid. p. 122 effectus purgationis Canonicæ. ibid. p. 123 de purgatione vulgari quid sentiendum. ibid. p, 123

Purificatio post partum adhuc hodie licitè adhibetur. III. tit. 47 p. 236 & 237

Q.

Qualitates Ordinandorum quæ sint. Libr. I. tit. 11. p. 95 qualitates promovendorum ad dignitates & beneficia. I. tit. 14 p. 107 & III. tit. 5 p. 28

Quarta funeralium. III. tit. 28 p. 165 quarta decimarum. III. tit. 39 p. 216

Quitantia vel quietantia quomodo probet. II. tit. 22 p. 131.

R.

Rapina quæ sit. V. tit. 17 p. 73 pœnæ raptoribus statutæ. ibid.

Raptus est impedimentum dirimens à Trid. introductum. IV. tit. 1. p. 20 quomodo dirimat matrimonium. ibid. raptus personarum quid sit, & quæ pœnæ raptoribus constitutæ. V. tit. 17 p. 72

Ratiociniis obligati qui censeantur, ut sint prohibiti ab Ordinibus. I. tit. 19 p. 120 ratiociniis obstrictus si defacto ordinatus fuerit quid juris ibid. p. 121

Rationum libri an & quomodo probent. II. tit. 22 p. 132
Rebaptizantes & rebaptizati quas pœnas incurrant, V. tit. 9. p. 44
Reconciliatio Eccleſiæ quomodo fiat. III. tit. 40 p. 222
Reconventio eſt ab utroque jure approbata. II. tit. 4 p. 39. De jure Clericus non poteſt reconveniri coram judice ſæculari. ibid. p. 39 & 40 reconventio in quibus cauſis locum habeat. ibid. p. 40 effectus reconventionis. ibid. p. 41
Recuſatio juramenti calumniæ non procedit. II. tit. 7 p. 52 Nec in totum juramentum judiciale voluntarium. II. tit. 24 p. 149 multò minùs juramentum judiciale neceſſarium. ibid. p. 150
Recuſatio judicis quomodo differat ab appellatione. II. tit. 28 p. 199 judex tam ordinarius quàm delegatus de jure Canonico recuſari poteſt. ibid. p. 200 cauſæ juſtæ recuſandi quæ ſint. ibid. p. 201 effectus recuſationis. ibid.
Regulæ Cancellariæ quid ſint. Quæſt. Proem. p. 11 quæ beneficia per Regulas Cancellariæ reſerventur. III. tit. 5 p. 41
Regulæ juris quotuplices ſint. V. tit. 41 p. 151 unde ſint natæ. ibid. liberant ab onere probandi. ibid. p. 152
Regulares in favorabilibus nomine Clericorum veniunt. III. tit. 1 p. 2 Regulares fieri qui poſſint & non poſſint. III. tit. 31 p. 180 & 181 circa Regulares utriusque ſexûs quid de jure communi ſtatutum. ibid. p. 198
Relatio quid ſit. II. tit. 28 p. 202 quomodo con-

veniat & quomodo differat ab appellatione, ibid. quomodo relatio ad Principem fieri debeat, ut sit legitima. ibid. p. 203

Relaxatio juramenti à quo fieri possit. II. tit. 24 p. 147 à quo voti relaxatio. III. tit. 34 p. 195

Religio sive status Religiosus quid sit. III. tit. 31 p. 179 Requisita ad substantiam statûs Religiosi, ibid. p. 180 Religionem qui teneantur, & qui possint ingredi. ibid. p. 180 & 181 & III. tit. 32 p. 187

Religiosus Professus an nunquam possit recedere à Religione. III. tit. 31 p. 185 Religiosus ad quid vi voti paupertatis obligetur. III. tit. 35 p. 196 ad quid obligetur vi voti castitatis. ibid. p. 197 ad quid vi voti obedientiæ. ibid. 198

Reliquiæ Sanctorum quæ dicantur. III. tit. 45 p. 232 quid circa illas statutum. ibid. p. 232 & 233

Remissiones seu indulgentiæ concedi possunt à S. Pontifice. V. tit. 38 p. 137 causæ speciales, ut ritè concedantur, requiritur. ibid.

Renuntiatio quid & quotuplex. I. tit. 9 p. 81 quibus beneficiis renuntiari, vel quæ resignari possint. ibid. p. 85 & 86 Renuntiare sive resignare qui possint ibid. p. 86 ad renuntiationem vel resignationem beneficii quæ requiratur. ibid. p. 87 Renuntiationis effectus. ibid. p. 88

Repudiatio hæreditatis & legati Ecclesiæ relictæ fieri possit à Prælato absque solennitatibus. III. tit. 13 p. 74

Res judicata quid sit. II. tit. 27 p. 177 quando in rem judicatam sententia transeat. ibid. p. 178 Rei judicatæ effectus. ibid. p. 179

Rei sitæ forum quomodo locum habeat. II. tit. 2 p. 15 & 16 an in loco rei sitæ necessariò reus conveniendus. ibid.

Rescriptum quid & quotuplex. I. tit. 3 p. 37 quis rescriptum possit dare. ibid. p. 38 à quo impetrari possit rescriptum. ibid. p. 39 forma rescripti. ibid. p. 40 narratio & conclusio rescripti. ibid. p. 41 in rescriptis justitiæ quæ exprimenda. ibid. p. 42 in beneficialibus quæ debeant exprimi. ibid. rescripta quibus modis vitientur. ibid. p. 43 & 44 Tempus rescriptorum præsentandorum. ibid. p. 45 interpretatio rescriptorum. ibid. p. 46 executores rescriptorum. ibid. p. 47

Reservatio beneficiorum qualiter ab eorum affectione differat. III. tit. 5 p. 37 Reservationes beneficiorum in Corpore Juris clausæ. ibid. p. 38 extra Corpis juris. ibid. p. 39 Reservationes beneficiorum in concordatis. ibid. p. 41 reservationes beneficiorum ex primis precibus resultantes. ibid. p. 45

Reservatio casuum. V. tit 38 p. 135

Residentia in beneficiis curatis est juris divini & naturalis, in simplicibus juris positivi. III. tit. 4 p. 16 causæ à continuâ residentiâ excusantes. ibid. p. 17 Residentia Episcoporum. ibid. p. 18 Prælatorum Episcopo inferiorum. ibid. p. 20 residentia Canonicorum. ibid. p. 21

Restitutio in integrum quid rei sit. I. tit. 41 p. p. 206 & 207 restitutio in integrum quib. competat. ibid. p. 208 restitutionis beneficio qui præter minores gaudeant. ibid. p. 209 & 210 causæ specialiter in jure expressæ, in quibus competit restitutio in integrum. ibid. p. 211. restitutio in integrum coram quo judice petenda. ibid. p. 211 & 212 intra quod tempus. ibid. p. 212 & 213 effectus restitutionis in integrum. ibid. 214

Restitutio spoliatorum ante omnia fieri debet. II. tit. 13 p. 81 ut restitutioni locus sit, quid probandum. ibid. p. 82

Retrovenditio est licita. III. tit. 17 p. 97

Revisio est vicina supplicationi. II. tit. 28 p. 184 quomodo institui possit & debeat. ibid. p. 184 & 185

Reus quis in judicio esse possit. II. tit. 1. p. 1 Reus quando teneatur probare. II. tit. 19 p. 112

Rota Romana. Quæst. procem. p. 11

Rubrica quam habeat authoritatem. Quæst. procem. p. 12.

S.

Sacramenta quæ & cur non debeant iterari. tit. 16 p. 113 in Administratione Sacramentorum siquid omissum, quid fieri oporteat. p. 114 Sacramentalia quomodo asservanda III. tit. 44 p. 231

Sacramentorum administratio quando involvat Simoniam. V. tit. 3 p. 21
Sacrificum missæ. III. tit. 41 p. 224
Sacrilegi fures qui sint. V. tit. 17 p. 76
Sacristæ officium. I. tit. 25 p. 133
Sagittari qui dicantur, & quid circa illos jura statuant. V. tit 15 p. 64
Sancti colendi sunt. III. tit. 45 p. 233
Sarraceni qui sint. V. tit. 6 p. 31 qualis communicatio cum Sarracenis prohibita. ibid. p. 33 & 34
Schisma quid & quotuplex. V. tit. 8 p. 40 pœnæ schismaticorum. ibid. p. 41 an ordinationes à schismaticis factæ valeant. ibid.
Scientia juris alieni an obsit bonæ fidei in præscriptione. II. tit. 26 p. 164.
Scrutatores in electione. I. tit. 6 p. 72
Scrutinium quid in electione. I. tit. 6 p. 71 forma scrutinii. ibid. p. 72 scrutinium in ordinibus conferendis quotuplex. I. tit. 12 p. 102
Sedes dum vacat, nihil innovandum. III. tit. 9 p. 60 sede vacante quæ non possit Capitulum. ibid. p. 61 quæ Capitulum possit vacante sede. ibid.
Senatûs-Consultum Macedonianum reddit filium familias etiam in conscientia tutum. I. tit. 35 p. 177 non potest, etiam juratò, huic renuntiare. ibid.
Senatûs-Consultum Vellejanum mulieribus non semper prodest. III. tit. 22 p. 127
Sententia judicis quid sit & quotuplex. II. tit. 27 p. 172 requisita ad sententiæ difinitivæ valorem intrinsecum. ibid. p. 172 requisita ad valorem ex-

extrinsecum. ib. p. 173 sententia contra quem & intra quod tempus ferenda. ib. p. 174 effectus sententiæ latæ. ibid. p. 175

Sepultura quàm variè sumatur. III. tit. 28 p. 161 & 162 In quo loco quis sepeliendus. ibid. p. 163 quid juris competat Parocho, si Parochianus alibi sepeliatur. ibid. p. 164 & 165 quinam arceantur à sepultura Ecclesiastica. ibid. 166

Sequestrum differt à depositio. II. tit. 17 p. 98 sequestratio alia voluntaria, alia necessaria. ib. p. 99 sequester etiam judex esse potest. ib. p. 99 sequestratio quibus casibus sit permissa. ibid. p. 99 & 100 effectus sequestrationis. ibid. 101 quomodo tollatur sequestrum. ibid. p. 102

Servi non sunt ordinandi. I. tit. 18 p. 117 servorum conjugia. IV. tit. 9 p. 47 & seq.

Simonia unde dicatur. V. tit. 3 p. 13 divisio Simoniæ. ib. p. 14 ad Simoniam constituendam requisita. ib. p. 15 & 16 pactum Simoniacum. ib. p. 17 pretium Simoniacum. ib. p. 19 materia Simoniaca. ib. p. 20 Simonia circa beneficia. ib. p. 22 Simonia circa ingressum Religionis. ib. p. 23 pœnæ Simoniacorum. ib. p. 24.

Solennitas in postulatione Prælatorum. I. tit. 5 p. 63 solennitas in electione. I. tit. 6 p. 71 solennitas alienationis rerum Ecclesiasticarum. III. tit. 13 p. 77. Solennitates ad Testamentum requisitæ. III. tit. 26 p. 142 & seqq.

Solutio latè & strictè sumpta. III. tit. 23 p. 130 solvere qui ritè possint. ib. solvere qui teneantur ib. p. 131 quid solvendum. ib. p. 132 quibus & quomodo solvendum. ibid. p. 133

Sortes & sortilegia quid. V. tit. 21 p. 95 quæ sortes permissæ & quæ prohibitæ. ibid. p. 96 pœnæ sortilegorum. ibid. p. 97

Spoliatus habet interdictum unde vi. ll. tit. 13 p. 78 spoliato etiam contra 3tium succurritur. ibid. p. 80 quis modus in restitutione spoliati observandus. ib. p. 81 spoliato quid probandum pro obtinenda restitutione. ib. p. 82

Sponsalia qualiter ex parte promissionis esse debeant, ut valida sint. IV. tit. 1 p. 1. & seq. verba, quæ denotant sponsalia. ib. p. 4 facta, per quæ sponsalia inferantur. ibid. p. 4 effectus sponsalium. ib. p. 5 dissolutio sponsalium quomodo fiat. ib. p. 6 & seq. ætas ad sponsalia requisita. IV. tit. 2 p. 22 an liceat à sponsalibus in impubertate contractis resilire. ib. p. 23 sponsalia à parentibus pro liberis contracta. ib. p. 24 sponsa duorum. IV. tit. 4 p. 33 sponsalia conditionata. IV. tit. 5 p. 37

Statuta & Leges possunt Principes in Imperio suis subditis condere. l. tit. 2 p. 23. Statuta Legatorum. l. tit. 30 p. 149. Statuta Capituli sede vacante. lll. tit. 9 p. 61. Statutum usuras licitas facere potest. V. tit. 19 p. 83

Studiosi habent forum privilegiatum. ll. tit. 2 p. 22 prorogare in se non possunt jurisdictionem judicis non sui. ibid. p. 28

Stuprum quid & quotuplex. V. tit. 16 p. 69 pœnæ stupro statutæ. ibid. p. 70

Subditus quomodo quis fiat. ll. tit. 2 p. 13

Suc-

Succeſſio in Emphyteuſi quæ III. tit. 18 p. 108 ſucceſſio in feudis. III. tit. 20. p. 117 ſucceſſio ab inteſtato. III. tit. 27 p. 156

Supplicatio quid ſit, & quomodo ab appellatione differat. II. tit. 28 p. 184

Suſpenſio propriè dicta quid ſit, & quid circa illam ſtatutum. V. tit. 39 p. 145

Syndicus quis & quomodo conſtitui poſſit. I. tit. 39 p. 199 Syndici officium & poteſtas. ib. p. 200 Synodaticum quid. III. tit. 39 p. 216

T.

Tempora Ordinationum. I. tit. 11 p. 94

Tempus, intra quod electio facienda. I. tit. 6 p. 70 tempus, intra quod confirmatio petenda. ib. p. 75 tempus conſuetudinem introducendi requiſitum. I. tit. 4 p. 51 tempus ad præſcriptionem requiſitum. II. tit. 26 p. 168 tempus ſolutionis. III. tit. 23 p. 133 tempus feriatum, quo non licet ſolennitas nuptiarum. IV. tit. 16 p. 73

Teſtamentum quid & quotuplex. III. tit. 26 p. 142 ſolennitates teſtamenti. ib. p. 142 quomodo ſolennitates ad teſtamentum requirantur. ib. p. 144 teſtamentum privilegiatum. ibid. p. 145 teſtamentum condere qui poſſint. ibid. p. 147 teſtamenti executores. ibid. p. 150 quot modis infirmetur teſtamentum. ib. p. 152

Teſtes qui poſſint eſſe. II. tit. 20 p. 117 teſtes inhabiles non in omnibus cauſis repelluntur. ibid. p. 119 teſtes producendi modus. ib. p. 120 teſtes recipiendi modus. ib. p. 121 teſtes examinandi mo-

modus. ib. p. 122 testium iterata productio super iisdem articulis an liceat. ib. p. 122 testes de quibus rebus possint deponere. ib. p. 123 probatio per testes. ib. p. 124 testium reprobatio. ib. p. 127

Titulus ad acquirendum dominium. II. tit. 12 p. 71 & 72 titulus ad præscriptionem requisitus qui. II. tit. 26 p. 165

Titulus mensæ quid. I. tit. 11 p. 97

Tonsura prima probabilius non est ordo propriè dictus. I. tit. 11 p. 93

Torneamenta quid & quotuplicia. V. tit. 13 p. 57 torneamenta sub quibus pœnis sint prohibita. ibid. p. 57 & 58

Traditio à consuetudine differt. I. tit. 4. p. 49

Transactio quid. I. tit. 36 p. 181 transigere qui possint. ibid. de quibus rebus liceat transigere. ib. p. 182 effectus transactionis. ib. p. 182 & 183 ex quibus causis rescindi possit transactio. ib. p. 183

Translatio Episcopi cujus authoritate fiat. I. tit. 7 p. 81 quomodo fiat. ibid. p. 82 ejus effectus. ibid. p. 82

Treuga alia legalis, alia conventionalis. I. tit. 34 p. 171

Tridentinum. Quæst. Procem. p. 10

Trinitas summa, & quid de ea credendum. I. tit. 1 p. 14 & 15

V.

VAcatio apud sedem vel in Curia quæ dicatur. III. tit. 5 p. 38

Vacatio beneficii quotupliciter contingere possit. III. tit. 8 p. 87 vacante sede quid possit, & quid non possit Capitulum. III. tit. 9. p. 61
Vagi ubi inveniuntur, ibi conveniri possunt. II. tit. 2 p. 15
Vasallus qui esse possit. III. tit. 20 p. 115 Vasallus quomodo admittat feudum. ibid. p. 118
Venatio quid. V. tit. 24 p. 110 venatio quæ prohibita sit Clericis. ibid. p. 101
Venditio quid. III. tit. 17 p. 91 & 92 substantialia hujus contractûs. ibid. p. 92 & 93 vendi quæ possint. ib. p. 94 & 95 venalium rerum pretium. ib. p. 95. Venditoris obligationes. ibid. p. 98
Veneratio sanctorum licet. III. tit. 45 p. 233
Verborum significatio quid sit, & quæ de interpretatione verborum regulæ. V. tit. 40 p. 150
Vetitum Ecclesiæ quomodo accipiatur in materia matrimoniali. IV. tit. 16 p. 74
Vicarius alius natus, alius datus. I. tit. 28 p. 135. Vicarium Generalem potest Episcopus constituere. ib. p. 134 & 135. Vicarii Generalis jurisdictio. ibid. p. 136 Vicarius Capituli sede vacante. ibid. p. 138. Vicarius in divinis. ibid. p. 139
Vidua inter annum luctûs nubens quas pœnas incurrat. IV. tit. 21 p. 107
Violatores Ecclesiarum qui sint, & quæ contra eos statutæ pœnæ. V. tit. 17 p. 76
Vis quomodo dividatur, & quis ejus effectus. I. tit. 40 p. 201

Vitiati corpore ordinandi non ſunt. I. tit. 20 p. 122

Vitio litigii affecta res. II. tit. 16 p. 95 vitium rei venditæ tenetur venditor emptori interroganti aperire. III. tit. 17 p. 98

Unctio ſacra. I. tit. 15. 111 & 112

Unio beneficiorum tripliciter fieri poteſt. III. tit. 5 p. 34 unire beneficia diœceſis ſuæ poteſt Epiſcopus. ibid. p. 35 requiſita ad validam unionem. ibid. p. 35

Univerſitas Heidelbergenſis gaudet privilegio, ut Studioſi ejus etiam alibi delinquentes ad eam remittantur. II. tit. 2 p. 22

Votum quæ ad ſui valorem requirat. III. tit. 34 p. 190 voti obligatio. ibid. p. 191 voti obligatio quomodo tollatur. ibid. p. 193 irritatio voti. ibid. p. 193 commutatio votorum. ibid. p. 194 diſpenſatio in votis. ibid. p. 195 votum paupertatis. III. tit. 35 p. 196 votum caſtitatis. ibid. p. 197 votum obedientiæ. ibid. p. 198 votum ſimplex caſtitatis regulariter eſt tantùm impedimentum impediens matrimonii. IV. tit. 6 p. 41. Votum ſimplex ſponſalia poſt votum contrahenda reddit nulla. ibid. p. 42 votum ſolenne eſt impedimentum dirimens. ibid. p. 42

Votum, vel vocem activam in electione qui habeant. I. tit. 6 p. 65 votum vel vocem paſſivam qui. ibid. p. 67

Uſucapio & præſcriptio olim differebant. II. tit. 26 p. 156

Uſura

Usura quid & quotuplex. V. tit. 19 p. 81 Usura quo jure sit prohibita. ibid. p. 82 tituli ab usura excusantes. ibid. p. 83 usuras promissas an teneatur solvere debitor. ibid. p. 84 usurarius an acquirat dominium rerum per usuram veram acceptarum. ibid. p. 85 usurarius an & quomodo teneatur ad restitutionem. ibid. p. 86 pœnæ usurariorum. ibid. p. 87 usura an in aliis contractibus præter mutuum committatur. ibid. p. 87 & 88 in quibus pactis licèt usura videatur committi, non tamen committatur. ibid. p. 89 & seq.

Uxor adultera an debeat dimitti à marito innocente. IV. tit. 19 p. 97 uxorem inter & virum qualiter donatio sit prohibita. IV. tit. 20 p. 102.

O. A. M. D. G.

FINIS.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Errata in V. Libris Decretalium
sic corrige

In Libro I. Decretalium.

Pag.	*Lin.*	*Error.*	*Lege.*
1	8	deciduntut	deciduntur
7	14	fpecies	ſpecies
ibid.	ult.	pœoam	pœnam
10	27	uoviſſimi	noviſſimi
ibid.	ult.	pblus	plus
13	10	ſœcnlaris	ſœcularis
14	ult.	DFO	DEO
21	22	Pontiſex	Pontifex
24	12	poteſt	(omittatur)
29	2	fuudetur	fundetur
ibid.	8	cauſa	caſu
ibid.	10	cenſetut	cenſetur
39	12	etiam (ſupple)	etiamſi
43	3	poſſeſſiio	poſſeſſio
45	29	de legato	delegato
46	25	beneſicium	beneficium
48	11	gtatiæ	gratiæ
49	2	contro	contra
59	19	pcrſona	perſona
ibid.	22	admitratur	admittatur

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Pag.	*Lin.*	*Error.*	*Lege.*
60	6	interreſſe	intereſſe
63	27	id	in
ibid.	28	jns	jus
69	15	Retio	Ratio
91	10	captivirate	captivitate
ibid.	22	illus	illius
92	8	ſupplebet	ſupplebit
ibid.	11	Eccleſiaſticns	Eccleſiaſticus
96	28	literatns	literatus
103	12	Decauus	Decanus
109	20	dictia	dictis
ibid.	24	habere	habere
ibid.	26	tequiritur	requiritur
117	- - -	TUTILUS	TITULUS
120	11	repugnatia	repugnantia
121	3	Conſilarii	Conſiliarii
124	7	ab	ob
128	17	addmittitur	admittitur
130	21	immitit	immittit
137	12	noſtro	noſtra
146	28	etſimentio	etſi mentio
163	16	controverſiiis	controverſiis
177	21	licct	licet
184	9	*Quid ſit. poſtulare.*	*Quid ſit [poſtulare*
199	2	adminlſtrare	adminiſtrare

In Libro II. Decretalium.

Pag.	*Lin.*	*Error*	*Lege*
3	ult.	*Litinm*	*Litium*

Pag.	*Lin.*	*Error.*	*Lege.*
7	2	in Judicia	in Judicio
10	13	*de for. camp.*	*de for. comp.*
11	11	iuducit	inducit
ibid.	24	judiciatii	judiciarii
21	29	Nobilis	Nobiles
25	16	proceſſns	proceſſus
38	10	effectus	effectus
53	12	conſuetutine	conſuetudine
54	27	decennii	decendii
62	penult.	quæſiio	quæſtio
69	11	actum	actus
ibid.	28	abſtante	obſtante
72	3	*hæreditariu*	hæreditaria
79	20	dominum	dominium
102	ult.	ad adverſario	ab adverſario

In Libro III. Decretalium.

Pag.	*Lin.*	*Error*	*Lege*
35	4	Uni	Unire
ibid.	5	veniuut	veniunt
52	6	inſttutio	inſtitutio
57	6	tantùmt	tantum,
99	2	Tenditori	Venditori
123	28	adjiure	adjicere

In Libro IV. Decretalium.

68	2	Filiam	Filium

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

In Libro V. Decretalium.

Pag.	*Lin.*	*Error.*	*Lege.*
4	27	forumque	ſuorumque
9	19	in notitia	in notitiam
17	22	Timoniacum	Simoniacum
33	ult.	celebrate	celebrare
34	1	poſſuut	poſſunt
35	26	qua	quia
37	19	*cnmmunicare*	*communicare*
41	3	cum	eum
46	7	pœga	pœna
47	8	tnto	tuto
62	3	dueltum	duellum
66	30	interreſſe	intereſſe.

HUTH
JUS CANON.

Th
4838

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN